ANTHOLOGIA LATINA: RELIQUORUM LIBRORUM CARMINA

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

FRANCISCVS BVECHELER ET ALEXANDER RIESE

PARS PRIOR:

CARMINA IN CODICIBVS SCRIPTA

RECENSVIT

ALEXANDER RIESE

FASCICVLVS I:

LIBRI SALMASIANI ALIORVMQVE CARMINA

EDITIO ALTERA DENVO RECOGNITA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIIII.

Digitized by Google

98368

871.06
A628
v. 1
c. 1

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Digitized by Google

PRAEFATIO[1])

I

Novam Anthologiae quae dicitur Latinae editionem qui parare instituit, eum hoc primum docere oportet, quas in eo opere rationes sequi sibi proposuerit. Quas meas rationes ita demonstrabo, ut primum quae carmina quoque ea ordine in anthologiam recipienda sint indicem. Notum enim est, eam, si totam rem spectes, nulla antiquorum auctoritate niti Anthologiae Graecae instar in codice Palatino traditae, sed nostris demum saeculis e diversis fontibus nullo certo ordine hinc illinc conglutinatam esse. Etenim, ut exiguas G. Fabricii et Cl. Bineti collectiones taceam, primus *Iosephus Scaliger* in appendice Vergiliana veterum poetarum '*catalecta poematia*' Lugduni 1573 (repetita Lugd. Bat. 1595; 1617) edidit; quem maioribus copiis usus secutus est *Petrus Pithoeus* cum '*Epigrammata et poematia vetera, quorum pleraque nunc primum ex antiquis codicibus et lapidibus, alia sparsim antehac errantia, iam undecunque collecta emendatiora eduntur*' Parisiis a. 1590 publici iuris faceret, repetita Lugduni 1596; Genevae 1619. Sed uterque opera satis tumultuaria, id quod et ipsi cum temporis angustiarum excusatione confitentur, cum egregie multa agerent,

1) [Praefationem quae est in editione priore ita denuo imprimendam curavi, ut in ipsis verbis quaedam tacite delerem sed nihil fere aut mutarem aut novi adderem. Quae addenda erant, uncis inclusa adnotavi.]

Digitized by Google

alia quoque licentius instituerunt, cum et fontes suos fere nusquam indicarent et poetarum nomina carminibus ἀδεσπότοις audacter adponerent et multa ab antiquitate aliena perperam admiscerent, saepe etiam in verbis poematum a fontibus suis tacite discederent. Quod eo magis dolendum est, quia eorum qui deinde anthologiam ediderunt (*Petrum Burmannum Secundum* dico, cuius opus Amstelodami a. 1759 et 1773 duobus voluminibus prodiit, et *Henricum Meyerum Turicensem* qui Lipsiae a. 1835 duobus tomis edidit) neuter is erat, qui errorum fundamenta et strenue et sagaciter detegeret, sed opibus paratis parum utentes prioresque editiones magis quam par erat repetentes 'augendi' praecipue studio per se laudabili avehebantur in eis quoque partibus, quae potius ut minuerentur efflagitabant. Accedit quod in verbis constituendis modo traditae in editionibus lectionis iusto tenaciores erant, modo vero — praecipue Burmannus, N. Heinsii felix interdum imitator — liberrime mutantes ad Augusteae aetatis elegantiam omnia revocare temptabant. Ordinem hae editiones adhibent eundem, quem in inscriptionum syllogis nuper demum relictum videmus, a *rebus* in carminibus tractatis desumptum, e. c. Burmanni liber primus hisce partibus 'De diis, de deabus; heroes et heroides' constat, secundus 'Viri illustres vel docti' inscribitur, tertius qui inscriptione caret de singulis rebus carmina complectitur similiterque quintus 'Miscellanea' et 'De animalibus' continens, sextus denique Priapeis constat Luxoriique carminibus. Nec liber quartus, quo inscriptiones metricae leguntur, fontium magis quam rerum rationem habet. Neque aliter Meyerus egit, nisi quod certorum auctorum carmina ordine temporis adhibito conlecta reliquis praemisit, duas rationes miscens. Mihi vero neque a *temporibus* neque a *rebus* ordo instituendus videtur, cum ille in longe plurimis omnino non possit adhiberi, hic et nullius fere usus sit, praesertim cum index rerum in fine operis totius

Digitized by Google

addendus sit, et ne ipse quidem ubique adhiberi possit, aliis carminibus in nulla, aliis in plura horum argumentorum quadrantibus. Sed quem ordinem sequamur? Eum ni fallor, quem ipsius rei natura atque indoles indicat. Nulli enim alii usui hoc corpus nostris demum ut diximus saeculis institutum inservire potest, nisi ut carmina minora dispersa et errantia, quo minus e memoria hominum labantur, sub uno conspectu componantur: est igitur tamquam *supplementum* quoddam poesis Latinae[1]), eodem quo illa modo edendum. Sicut igitur Horatium editurus non amatoria carmina vel sympotica vel didactica a ceteris separabis, sed codicum ordinem sequeris, sic in nostra quoque re in librorum manu scriptorum auctoritate ita nitendum erit, ut singulorum codicum (quos temporum ordine quantum fieri potest adhibito se excipere par est) carmina eo ordine quo in antiquissimis quibusque libris extant proponamus. Id quod multis nominibus utile esse paulatim elucebit. [Alium carminum ordinem Baehrensius instituit, de quo infra dicam.][2])

Ex ea vero quam descripsi Anthologiae indole hoc quoque certo efficitur, quae in universum carmina sint recipienda: non recipienda sunt et maiora omnia et minora ea, quae in scriptorum editionibus, ad quas quidem iuste pertinent, facile parantur: recipienda, quaecunque praeter illa restant. Sic Christianorum quoque minora tantum carmina hic illic sparsim errantia recepi.

1) Hoc equidem nomine opus appellare malim, quod omni modo aptius est quam usitatum illud 'Anthologiae'; *ἄνθη* sane non pauca insunt talia, qualia *οἱ ἀνθολογοῦντες* intacta relinquere quam decerpere malint. Cf. iudicium Fr. Passovii in 'Vermischte Schriften' p. 75 sqq. vel in Erschii et Gruberi Encyclop. ser. I tom. IV p. 262—268.

2) [In Jahresbericht d. klass. Philol. 1878, II, 259 ipsos codices non saeculorum sed rerum ratione habita ordinandos censui, ut codices Ausonii, Vergilii, astronomicon sqq. se exciperent: quod tamen ne ipsum quidem plene planeque fieri potest.]

Digitized by Google

Quae vero carmina apud Burmannum Meyerumve extantia quibusque rationibus ductus omiserim, hoc in alterius fasciculi praefatione singillatim exponetur. Interim hoc adnotasse sufficiat, [libri Salmasiani carmina me omnia recepisse, in ceteris] me omnia omisisse, quae vel poetarum aliunde notorum (e. c. Ennii Lucilii Ciceronis) sunt, vel ut integra carmina vel partes carminum a quovis antiquitatis scriptore citantur, e. c. a Cicerone, Suetonio, scriptoribus hist. Aug., grammaticis: quae ex supplemento nostro litterarum Latinarum propterea exclusa volumus, quod in illis fontibus iamiam leguntur. De Senecae autem et Petronii quae dicuntur carminibus illa conferenda sunt quae in Fleckeiseni annalibus philologicis disputavimus [ann. philol. 1869 p. 282 sqq.]

Terminum carminibus eligendis sexti p. Chr. saeculi finem constitui, cum hoc ad antiquitatem licet infimam totum pertineat, septimo vero in Italia et Gallia vestigia rei poeticae extent nulla, in Britannia vero et Hibernia tunc demum carminibus pangendis indulserint antiquos quidem hi quoque imitantes, sed tempore locoque ab eis prorsus separati. Nullus tam certus in Hispania terminus est, quare latius evagari quam artius adstringi ibi malui. — Hoc denique cavendum est, ne in reiciendis carminibus ullo modo rationibus elegantiae et venustatis ducamur: cui vitio incidit et Duebnerus, qui in libri Meyeriani recensione ceterum sagaciter instituta (Ztschr. f. althswiss. 1837 p. 1—42) carmina mutila reicienda dicit, et Luc. Muellerus, cum mus. rh. XVIII 432 sq. centones Vergilianos excludi inscriptionesque non nisi pulcriores recipi iubet. Quanto rectius et *φιλολογώτερον* Lessingius de Anonymo qui Neveleti dicitur disserens: 'Ich schäme mich nicht zu bekennen, dass ich selbst einer von denen bin, die durchaus nichts wollen untergehen lassen, was auf sehr altem Pergamen (obsoletissimis membranis) stehet, wenn es auch schon noch ein wenig schlechter ist als die

Digitized by Google

angeführten Zeilen doch wirklich nicht sind.' 'Anthologiae' nomine illi in pravam opinionem ducti sunt, quod nomen a Burmanno exortum huic operi ut dixi haudquaquam aptum est.

Omnino igitur huius Anthologiae ratio haec erit, ut volumen prius carmina contineat in libris manu scriptis servata, quos quantum potero ex saeculorum ordine collocabo. Prioris autem fasciculi pars maxima Salmasiani libri carminibus occupatur, qui syllogae antiquitus iam institutae imaginem prae se ferens optimo iure pro fundamento operis habendus est. Altero huius voluminis fasciculo carmina in aliis libris inde a saeculo nono servata comprehendentur, ibique illa quoque, quorum nullus hodie codex scriptus superest quaeque dubia adeove spuria iudicanda sunt, ponentur vel illustrabuntur. Indices praeterea locupletissimos, qui illam quoque utilitatem omnem praebebunt, quam ordine carminum a rebus desumpto priores editores assecuturi erant, fasciculus ille habebit. [Cum liber meus a. 1869 et 1870 duobus fasciculis prodiisset, postea *Aemilius Baehrens* 'Poetarum Latinorum minorum' corpus composuit, in cuius tomis a primo (1879) usque ad quintum (1883), maxime vero in quarto (a. 1882) huius anthologiae carmina insunt. Is vero temporum ordine servato poematum ordinem institui vult. Qui ordo cum in permultis eorum prorsus incertus sit, ubi via ac ratione nihil profecit, ad arbitrium et libidinem progressus est. Accedit quod Salmasiani libri carmina temporum ordine neglecto una serie posuit, ita tamen ut quaedam (e. c. Pervigilium Veneris) ex sua serie excepta in alienos locos detruderet. Sic ordine carminum ad libidinem et instituto et corrupto nil docuit nisi eum temporum ordinem recte fieri non posse.]

Iam nunc vero gratias agere viris doctissimis huius fasciculi adiutoribus licet: Alfredo Holder amico Badensi, qui indefessa et opera et amicitia codices Durlacensem F. 36 et Vossianos fol. 111 et quart. 86

Digitized by Google

et Valencenensem 389 meum in usum contulit; deinde Gastoni Boissier Parisino et Ernesto Martin Friburgensi [nunc Stratisburgensi], [et Maximiliano Bonnet amico optimo], qui quosdam librorum Parisinorum locos, in quibus mea adnotata non sufficiebant, contulerunt; Gulielmo du Rieu Leidensi, qui carmina 5 et 6 ex libro Vossiano q. 9 officiose mihi descripsit: Guignardio denique bibliothecario Divionensi, qui de bibliothecae suae copiis interrogatus officiose mihi respondit [et Wustmanno qui codicem Lipsiensem petenti huc misit. Novae editionis plagulas iam prelo subiectas Iulius Ziehen collega et doctrina et comitate insignis mecum legit et utilissima quaedam invenit, quae suis locis adnotavi.]

Alterius voluminis, quo inscriptiones metricae conligentur, edendi curam in se suscepit Franciscus Buecheler, cuius [sylloga brevi in lucem prodibit]. [Ut haec altera iam editio recognita paretur, id fit propter bibliopolae honestissimi voluntatem, qui a me petivit, ut nunc quidem fasciculum priorem retractarem: cui obsecutus sum.]

II

Antiquissimam sed eam non optimam anthologiae ex variis poetis apud Romanos compositae memoriam mihi videor repperisse (nam apud Graecos hic usus antiquior erat [cf. Plato Legg. VII 811 a]: Meleagri Gadarensis *Στέφανον* [et Philippi *Στέφανον* cum Agathiae *Συλλογῇ*, quorum 'praefationes' in quarto Anthologiae Palatinae libro invenies] memoro)[1]). Est ea apud Catullum. Qui cum c. 14 Calvo amico iocose queratur:

Nam quid feci ego quidve sum locutus,
Cur me tot male perderes poetis?

1) [Cf. Inscriptionum sylloga Polemonis apud Ath. X 436 d, 442 e; Diogeniani apud Suid. s. v. *ἀνθολόγιον ἐπιγραμμάτων*; Stratonis Sardiani *Μοῦσα παιδική* qua constat liber XII Anthologiae Palatinae; denique haec ipsa. Plinium H. N. 20, 77 et 21, 13 testem citare noli.]

Digitized by

Isti di mala multa dent deaeque,
Qui tantum tibi misit impiorum!
Quod si, ut suspicor, hoc novum ac repertum
Munus dat tibi Sulla litterator . .

tot poetas in uno eodemque libro fuisse monstrant v. 12 sqq.

Di magni, horribilem et sacrum libellum!
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti, continuo ut die periret.

Sed isto anthologiae exemplo statim valere iusso hoc commemoro, [Atticum poemata de Amalthea collegisse, Cic. ad Att. I 16, 18, et] Florum quendam (Horatii amicum, si Porphyrioni ad Hor. epp. II 2 init. credendum) 'Electa ex Ennio Lucilio Varrone', i. e. saturarum anthologiam, edidisse. Amicorum autem carmina suis ipsorum adiuncta non raro tunc temporis vel poetae edidere vel post poetarum mortem amici edenda curavere; testis est sylloga Tibulliana. Priapea quoque tempore satis vetusto concinnata esse videntur. Multo saepius florilegia talia confecta esse mihi quidem verisimile videtur, quorum memoria postea evanuerit. Ausonius quoque carminibus suis alia quoque inseruit: 'versum sine auctore' quem ipse refellit et 'Q. Ciceronis versus' idem argumentum tractantes quod ipse sibi proposuerat; qui, si codicis antiquissimi Vossiani fol. 111 verba consideramus, non possumus dubitare, quin ab ipso Ausonio inserti sint. Denique vero ultima regum Vandalorum aetate ea sylloga instituta est, quae in codice Salmasiano ad nostram aetatem pervenit. De qua cum nunc dicendum sit, pauca tamen de carminibus in libris etiam vetustioribus servatis (c. I—6[a]) praemittam.

[Omnium primum ponenda erant carminis de bello Actiaco quae supersunt in papyro Herculanensi ante a. 79 scripto; quae cum in ed. pr. suo tempore locoque exhibere neglexissem, ad alterum tunc fasciculum de-

Digitized by Google

trudere coactus eram. Primus edidit idque accurate Nicolaus Campittius in Voluminum Herculanensium tomo II Neapoli a. 1809 edito; maiore etiam cum cura Ioannes Hayterus Anglus et descripsit et tabulas aeri incidendas curavit, ad quarum exemplar Baehrensius Poet. Lat. min. I 212 sqq. quem sequor, carmen edidit. Litteris uncialibus scriptum est; verba punctis, sententiae vel lineis vel post v. 37, 51, 64 gravioribus signis separatae sunt. Pleraque feliciter Ciampittius, alia Hayterus, quaedam Kreyssigius, qui in appendice Sallustianae disputationis Misenae a. 1835 uberrimo commentario carmen instruxit, pauca alii emendaverunt. Quis carmen scripserit, non constat (cf. adn. p. 1); quod Rabirium multi auctorem putant, innititur Senecae verbis qui *M. Antonium apud Rabirium poetam, cum — videat sibi nihil relictum praeter ius mortis,* dicit *exclamare: Hoc habeo quodcumque dedi.* Quibus tamen verbis probatur nihil.]

Tum monosticha et decasticha posui et tetrasticha quaedam libris Vergilianis in codicibus non paucis praemissa, quia ex parte in libro *R* (Romano Vat. 3867 saeculi V vel VI) inveniuntur. Huius, ut etiam codicum *bcγ*, lectiones ex Vergilii Ribbeckiani tom. III p. 369 sqq. deprompsi. *C* ipse contuli, *E* et *X* Holdero debeo. Baehrensius *VZ* atque *E* quoque contulit. *E* est liber praestantissimus Ausonii, qui in his carminibus lectiones saepe a reliquis libris diversas et eas non nunquam meliores, hic illic autem minus bonas praebet: accuratius describetur in praefatione fasciculi alterius. Praefationes ad c. 1 et 2 *R* omittit; nec tamen ideo suspectae sunt, cum habeant eas et *E* et alii: auctor quoque ficto in his se nomine infert, qui Ovidius Naso cluere gestit. Ceterum 'Ovidius' ille se ipsum si dis placet versibus primis '*Vergilius magno quantum*' sqq. imitatur; sic enim in Remediis amoris 395 sq. legitur: *Tantum se nobis elegi debere fatentur, Quantum Vergilio nobile debet epos.* — Monosticha,

Digitized by

hucusque separatim edita, codices *R* aliosque secutus cum decastichis coniunxi.

In carmine 3 edendo Ribbeckium secutus sum. Ab huius libri consilio certe non est alienum.

Carmen 4 [cuius v. 57—62 et 106—109 iam Salmasius ediderat] primus a. 1867 edidit Leopoldus Delisle (biblioth. de l'école des chartes sér. VI tom. III p. 297 sqq.) ex codice Prudentiano saeculi V inter Parisinos 8084, cuius folia tria ultima misere afflicta tenet, saeculo ut videtur sexto Prudentio additum. Inde sumpsi, verborum emendationes partim Delislii, partim meae sunt. Sed primis editionis meae foliis iam prelo subiectis, poema codice denuo examinato edidit C. Morel (revue archéol. 1868 p. 451 sqq.) [qui optime locos quosdam emendavit. Hunc secutus est P. Kruegerus qui quam accuratissime descripsit codicem; cuius collatione et Hauptii emendatione usus Mommsenus carmen et retractavit et adnotavit Herm. IV 350 sqq. Quaedam praestiterunt de Rossi, Ellis, Maehly, Baehrens. Ubi viri docti in codicis lectione enotanda discrepant, quod raro accidit, Kruegerum solum sequi satis habui.][1])

Carmina 5. 6 ex libro Vossiano quart. 9 saec. VI a me rogatus benigne descripsit *Gulielmus du Rieu*. Bandinius catalogi bibl. Laur. tom. III p. 35 sqq. 77 sq. e codice saec. XIII (Laurentiano 73, 16) edidit et in cod. s. XI (Laur. 73, 41) extare docuit; sed nil novi fructus inde percepi. Schneiderus ex cod. Vratislaviensi bibl. univers. III F 19 saec. XI edidit. In his libris quaedam Antonio Musae et Apuleio adscripta, medici praecipue generis, inveniuntur; Apuleianam, id est Plautinam (cf. c. 712) rei metricae formationem haec quoque carmina prae se ferunt. Quae emendare

1) [v. 31 *Sic Iovis* 87 *Silvanus custos* 96 *quid rapta Proserpina matri:* has Morelii coniecturas commentario si placet adde.]

Digitized by

ea maxime re difficile fuit, quia certo apparet, ea antequam in codices nostros transcriberentur, ab hominibus sensu poetico destitutis in formam prosae orationi similiorem hic illic iam detorta fuisse. [Frustra aggressus est rem Maur. Schmidt in progr. hiberno Ienensi a. 1874.]

III

Primarium autem syllogae nostrae fundamentum est *A* (*A*) codex olim Salmasianus nunc Parisinus 10318 (olim supplementi latini 685), quem inde ab initio saeculi XVII multi et inspexerunt et ex parte transcripserunt[1]), nemo autem ita descripsit, ut aliqua saltem codicis imago inde possit animo formari. Equidem

1) Apographa quorum aliquam mentionem accepi haec composui: Antiquissimum a Fr. Iureto Burgundione († a. 1626) factum, cuius in bibliotheca Parisina [17904] (n. 160 fundi Buheriani) hodie servati Quicheratius meminit bibl. d. l'éc. d. chart. sér. I tom. II p. 130, s. III t. I p. 205. — Apographum N. Heinsii, inter annos 1631 et 1649 descriptum, quo Burmannus usus est; hodie extat Heidelbergae cf. p. XV. — Codex Vossianus oct. 16, quo *A* inde a p. 46 descriptus est, recenti manu (iam saeculo XV incredibiliter adscribit Duebnerus) 'vitiosissime scriptus': i. e. omnia libri *A* vitia accurate reddere videtur: hunc ego inde novi, quod Burmannus apographi Heinsiani margini lectiones eius addidit. Vossianus etiam Salmasii emendationes adscriptas continet. Ex eo c. 70. 91. 92. 93. 162. 241. 280. 281 primus edidit L. Muellerus mus. rh. XVIII p. 436 sqq. — Vossianus oct. 63, Is. Vossii manu scriptus, continet *A* p. 1—46: item ex Burmanno eum novi. [Ex his Vossianis Baehrens suam libri *A* notitiam hausit.] — Luxorii fere LX libri *A* carminum cod. Guelferbytanus sive Gudianus 187 cf. Lessingius IX p. 184 sqq. ed. Lachm. — Antonii Clementii apographum, [unde Cuperus quaedam excerpsit in codice Cuperiano Q. 21 Hagae Comitum servato.] — Schedae Divionenses, quas saeculo XVI scriptas Parisiis hodie servari Duebnerus dicit ztschr. f. althswiss. 1837 p. 8; sed cf. p. XIV. — Schedae Divionenses, quibus Burmannus usus est quaeque hodie Heidelbergae extant; de quibus statim dicam. — Apographum Burmannianum L. Muellerus memorat ann. phil. 1867 p. 802.

Digitized by

primus librum a. 1865 contuli, [a. 1869 quosdam locos iterum inspexi]. Quare eum describere nunc conabor. Liber [*S* apud Baehrensium, qui non ipsum, sed apographa Vossii contulit] est membranaceus, in forma quae dicitur quarta maior, una manu ab initio ad finem scriptus ab eademque ut videtur [vel] ad alius libri fidem (A^1) [vel ad ipsum exemplar, a quo iam aberraturus erat, inter scribendum] emendatus, et vix ullam praeterea ante Salmasii tempus corrigentis manum passus. [Singulae paginae sunt vicenorum octonorum novenorumve versuum.] Exaratus est litteris uncialibus, [quarum formae specimine in Wattenbachii et Zangemeisteri Exemplis codicum latt. tabula 46 exhibito monstrantur]. Singulae voces plerumque interse continuantur; puncta saepe ita satis recte posita inveniuntur, ut vel caesuram vel versus finem vel minus aliquod vocis intervallum significent. Inscriptiones omnes et secundi cuiusque versus litterae primae rubro colore pictae sunt, qua re species quaedam exoritur, quasi omnia distichis conscripta essent, quae eo augetur, quod secundi versus sub secundis demum tertiisve priorum versuum litteris incipiunt. Scriptus est liber saeculo septimo vel (ineunte) octavo, ut censent Duebnerus, Silligius, Hauptius opusc. I p. 218; ad octavum referunt Quicheratius et Leopoldus Delisle (bibl. de l'école des chartes s. III t. I p. 205; s. V t. III p. 506); ad nonum inepte Avezacius. Ubi scriptus sit quibusve in locis per medium aevum et amplius latuerit, ignotum est. Vestigium quoddam sed incertum, eum in Gallia iam olim fuisse, ex c. 364, 4 cognosci olim, sed falso, putavi. [Sannazario (c. a. 1500) notum fuisse neque Baehrens PLM IV 9 neque Schenkl Stud. Vindobon. I 59 sqq. probarunt: licet enim cod. Vindob. 9041 ab illo scriptus multas habeat lectiones cum *A* congruentes, tamen nulla in eo insunt carmina nisi quae insunt in *B* quoque: unde veri fit similius, libri *B* archetypum qui adhuc propius ab *A* distaret, non *A*

A^1

Digitized by Google

ipsum illi notum fuisse. — In bibliotheca monasterii Cluniacensis, quod sane his regionibus proximum erat, codicem duodecimo quidem saeculo non fuisse, Gasto Boissier docuit revue crit. 1869 p. 201.] Primo innotuit, cum 'Jean Lacurne, bailli d'Arnai le Duc' Claudio Salmasio codicem dedit[1]), quod ante a. 1609 non potuit fieri, quo anno Salmasius Heidelberga Divionem rediit. Nec Scaliger (a. 1573)[2]) nec Pithoeus (a. 1590) de eo quidquam compertum habebant. Salmasius autem, cuius nomen summo primae paginae margini ita inscriptum legitur: 'Cl; Salmaſij~~', et in scriptoribus historiae Augustae a. 1620 et in exercitationibus Plinianis a. 1629 ab eo editis nonnulla ex eo publici iuris fecit; idemque omnibus fere carminibus signa et emendationes suas adscripsit. Deinde [cf. Burmannus ad III 111] Salmasius postquam a. 1631 Lugdunum Batavorum migravit, ibi Petro Scriverio codicem commodavit[3]) (et quidem

1) 'Ex veteri libro, cuius nobis copiam fecit eruditissimus et ingeniosissimus castissimique iudicii vir Iohannes Lacurnaeus, quem honoris caussa nomino' Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 44. cf. Menagianorum t. III (a. 1716) p. 14. 81 et Burmannus in anthol. tom. I praef. p. XLVI sqq. qui multa de his rebus sed incondite disserit.

2) In notis tamen Scaligeri manu ad Pithoeanae poematiorum et epigrammatum editionis exemplar, quod in bibliotheca Vindobonensi (cf. Burm. I p. XXXVIII sq.) extat, adscriptis, quarum apographum, in Burmanni usum a Swieteno factum, Heidelbergae nunc adservatur (cf. infra), nonnullae lectiones ex *V. C.* vel *vet. cod.* exhibentur, quae in nullo praeter *A* libro extant, e. c. ad c. 103, 7. 111, 5. 113, 5. 131, 7. 156, 7. 183, 1. 5. Quod quamquam non habeo quo satis explicem, tamen non hoc inde efficio, Scaligerum novisse librum *A*, cuius notitiae praeterea nec vola nec vestigium extat; sed in illam potius sententiam inclino, non Scaligeranas solum sed aliorum quoque notas in margine libri Vindobonensis extare, quas omnes is, qui apographon fecit, Scaligero perperam adtribuerit; quode iudicent, qui librum illum suis oculis viderint.

3) Scriverius quidem iam in 'Collectaneis veterum tragicorum' p. 187 sqq. quae Lugd. Bat. a. 1620 prodierunt, Medeae tragoediae (c. 17) partem priorem (v. 1—134) ex *A*

Digitized by

ante a. 1637, cf. Salmasii epistolae ed. Clementii I p. 205), qui in 'Dominici Baudii amoribus' a. 1638 Pervigilium Veneris aliaque inde edidit. Porro apud Scriverium vidit ab eoque[1]) accepit codicem Nicolaus Heinsius, qui et in Ovidii Claudianique editionibus (Ovidium primum edidit a. 1652, Claudianum a. 1650) eum tangit et ipse apographum codicis sibi confecit, quod Burmanno praesto erat et inde ab a. 1867 Heidelbergae in bibliotheca Palatina servatur[2]). Sed et alii

desumptam edidit. Nec tamen inde hoc efficitur, Scriverium, qui e Batavia sua nunquam egressus est, codicem tunc ipsum vidisse. Sic enim ipse p. 190 'Lectori' indicat: '*Vetus ea Tragoedia . . . extat penes eruditissimum Claudium Salmasium, magnum Galliae suae ornamentum; propediem forte ex vetustissimis membranis in lucem emittenda, cum aliis antiquis monumentis compluribus, hactenus ineditis. quorum spem nobis facit in notis ad Historiae Augustae scriptores.*' Hinc iam videmus, eum tunc ex apographo aliquo a Salmasio ad se misso, quo ille exempli loco hanc priorem Medeae partem ei descripsit, centonem nosse, non ex ipso codice. Id quod ea quoque re firmatur, quod in Senecae tragoediarum, quas Scriverius a. 1621 edidit, praef. fol. 2 v. sqq. carmina 232, 236, 237 (Senecae) ut 'ex schedis Pithoeanis deprompta' affert neque ea in *A* extare indicat; quod profecto fecisset, si ipsum iam tunc codicem vidisset. Salmasius autem quae promiserat, ex parva tantum parte a. 1629 praestitit. — In Gallia apud Salmasium Balzacius codicem viderat et c. 86 et 239 exscripserat, cf. eius opp. (ed. Paris. 1665) tom. I p. 610 sq.

1) Non a Salmasio [cuius iam anno 1645 erat 'hostis capitalis']: cf. Burm. l. c. p. XLVIII.

2) Hunc apographorum fasciculum, quo Burmannus in anthologia edenda utebatur quique a. 1867 ex Radinck antiquarii Amstelodamensis auctione meo rogatu a bibliotheca Heidelbergensi emptus est, accuratius paulo describendum puto. Incipit a Salmasiani apographo 'N. Heinsii manu scripto' ut Burmannus addidit, satis diligenter nec tamen prorsus ad amussim facto, quem nonnullis in locis cum mea collatione non inutiliter comparavi. Neque solum 'Burmannus Heinsianis schedis saepe deceptus' est (Meyer. tom. II ad c. 894), sed multo saepius bonam eius lectionem neglegenter et vitiose exscripsit. Eo continentur Salm. c. 7—16. 18—21. 17. 22—98 (c. 99—106 Burmannus ex

Digitized by Google

codicem dum in Batavia commoratur viderunt et ex parte, nullus vero totum, descripserunt; cf. p. XII adn.

cod. Voss. oct. 15 supra commemorato addidit, c. 107—198 (omisso carmine 197). Hic undecim folia iniecta sunt, in quibus Burm. ex cod. Vossiano c. 198, 83—89. c. 380—382. 201—276 (omissis c. 203. 217. 219 aliis) descripsit; quem rursus Heinsius c. 277—285 et 287—379 scribens sequitur. Heinsius etiam Salmasii emendationes, Burmannus codicum Leidensium (Voss. oct. 63 a Vossio scripti et oct. 16, de quibus vide p. XII, 1) scripturas in mg. addiderunt. — Sequuntur 'Epigrammata ex codice Divionensi descripta' manu Gallica, de quibus et infra et in ann. philol. 1868 p. 698 sqq. disputavi. — 'Epigrammata quaedam vetusta ex codice u. c. Iohannis Gerardi Vossii descripta.' Codicem non potui indagare, sed recentissimus est, ut cui etiam 'Pii Papae' (Aeneae Silvii) carmina insint. Aliqua ex eo cod. Leid. bibl. publ. 78 (cf. Naekii Val. Cato p. 369 sqq.) continet, non omnia. Vt haec, ita et 'Varias lectiones in quaedam vetera Epigrammata ex antiquo codice qui olim fuit Scaligeri *τοῦ μακαρίτου*' N. Heinsius sua manu scripsit. Carmina ex eis sunt quae ad rem astronomicam et similia spectant. — Sequitur Calculi Dionysiani (in *A* p. 189—195) apographum, Salmasiani scripturae in carminibus quibusdam iam ab aliis editis et supra praetermissis, etiam in Symphosio: omnia itidem Heinsii manu, sed a Burmanno neglecta. Sequuntur 'Inedita in v. c. Vossiano [quart. 86] catalecta', 'Epigramma ad Christum ex u. c. bibl. Leid.', 'Marbodii poema' (Burm. I 105. M. 640) et varia minuta huc non quadrantia, inter quae ex cod. Leid. quodam inter prosodiae exempla ex Flaviano, Livio, Numitore, Caesare, Gratio etiam c. 181, v. 3 ut 'ex Sophocle' laudatur; lectiones Petaviani codicis; variae lectiones Cl. Salmasii manu adscriptae appendicis Vergilianae margini; Vossiani oct. 15 (saec. XIII) variae lectiones (cuius ut codici B simillimi ex eoque ni fallor descripti nullam rationem habui) — manibus diversis omnia mihique ignotis scripta — 'Excerpta ex libro adversariorum mss. Iosephi Scaligeri qui est penes u. cl. Tiberium Hemsterhusium', in quibus cod. Voss. q. 86 multo curatius quam supra descriptus est, et tamen ne ibi quidem plene habetur. — Albini versus. Scaligeri emendationes in libri Pithoeani margine scriptae (cf. p. XIV sq. adn. 2). Ruhnkenii apographum codicis Salm. c. 198, 83 — c. 276 (eius scilicet codicis partis quam aut Heinsius praetermiserat aut Burmannus ab illo non habuit), nitide sed non satis accurate

Digitized by Google

Deinde Salmasio a. 1653 mortuo in Galliam liber rediit, ubi filius eius Claudius Salmasius iunior possedit et inde ab a. 1661, quo ille mortuus est, I. B. Lantinus parliamenti Divionensis consiliarius [non Burmanni ille Philibertus de la Mare, cf. Delisle, Cabinet des mss. de la bibl. imp. I 362sq.] (cf. Lessing. opp. IX 185 Lachm. et Menagiana tom. III p. 14 ap. Burm. l. c.). Hic filio reliquit, qui et in munere ei successit. Mansitque codex in familiis Divionensibus, quae 'la noblesse de la robe' cluebant, si quidem etiam a. 1726 Dorvillio philologo Batavo Divione in itinere 'praeses Bouherius et senator Bazinus videndum exhibuerunt'. Parisiis cum nondum fuerit anno 1744, quo catalogo bibliothecae regiae sine eius commemoratione finis impositus est, ibi erat a. 1756; tunc enim Ruhnkenius Burmanni gratia multa in Heinsii apographo omissa Parisiis ex eo descripsit et apographo suo addidit: 'nuper admodum a Salmasii heredibus in Burgundia emptus'. [Cf. Boissier l. c. Delisle, l. c. 426.] Per saeculum fere Divione fuerat codex; inde 'Divionensis' non raro tunc praecipue nominabatur. Etiam 'schedae Divionenses', de quibus agam infra, eo saeculo ex codice descriptae sunt. Inde autem in Parisina iam bibliotheca extat, numero olim 685 supplementi Latini, nunc 10318 totius fundi Latini signatus. [Librum pretiosissimum contuli a. 1865, quaedam iterum inspexi a. 1869. In Studemundi exemplari anthologiae Burmannianae, in cuius margine doctus nescio quis collationem addidit, cum quaedam a mea collatione discrepare animadvertissem, M. Bonnetus a me rogatus officiose ut adsolet hos codicis locos iterum contulit. Unde quae a me errata esse non multa didici, ea in ann. philol. 1880,

scriptum. Pithoei in suae editionis exemplari ab ipso scripta addenda et corrigenda permulta. Item ab anonymo in exemplari bibliothecae Rohaneae scripta. Denique carmen recens, de quo cf. Burm. tom. II p. 384, eius qui ad Lipsium misit manu scriptum.

Digitized by Google

259 sqq. correcta edidi.] [Praeter manum scribae raro invenitur alia quam saeculo IX Bonnetus tribuit, rarissimeque tertia saeculi fortasse XII. Tum saeculo XVI pauca adscripta, saeculo XVII cum alii passim tum per omnia fere carmina paucis exceptis Salmasius ut supra dixi verba poetarum emendavit: cuius emendationes *a* ubi attuli, siglam apposui *a*.]

Et haec quidem hactenus; iam age codicem describamus. Incipit hodie a quaternione duodecimo, id quod inde patet, quod in imo margine p. 16 a prima manu adpositum *XII* legitur, pag. 32 *XIII*, p. 48 *XIIII*, p. 64 *XV*, p. 80 *XVI*, p. 94 *XVII*, p. 108 *XIII* [sic] (horum duorum quaternionum singula folia post p. 99 et 100 excisa sunt antequam codex scribebatur, ut nulla existat lacuna), p. 124 *XIIII* [sic], p. 140 *XX*, p. 156 *XXI*, p. 172 *XXII*, p. 188 *XXIII*, p. 204 *XXIIII*, deinde p. 234 *XXVI* (nam post p. 204 lacuna, inter 206 et 207 folium excisum, numerus autem *XXV* omissus est), p. 250 *XXVII*, p. 266 *XXVIII*, p. 270 *XXX*, p. 274 *XXXI*, p. 290 *XXVIIII*. nam etiam post p. 268 et 272 singula folia excisa sunt et p. 275—290 inter p. 266 et 267 collocandae fuerant. Folium p. 205 sq. post p. 217 sq. suum habet locum. Ultimum igitur codicis folium illud est, quod nunc (id quod a Salmasii ipsius ut videtur manu in toto codice factum est) paginarum numeris 273/274 insignitum est, ut codex a fine pariter atque ab initio mutilus sit.

Codex igitur hodie ab Anthologia incipit, cui postquam p. 188 his verbis

Epigrãmaton · exp̃li · feliciter ☙ ✠

finis est impositus, statim sequitur (uncialibus haec quoque omnia litteris scripta sunt)

Incip. calculus. Dionisi. episcopi Alexandrini. decemnovemnalis c · I ·

cui in ima paginarum 192—193 parte adduntur

c II Versus domni Petri Referendarii (c. 380—382);

deinde p. 196

III Brevis pimentorũ [lege *pigm.*] *q; indomo esse debeant ut condimentis nihil desit*

et [*IV*]

Apici excerpta a Vinidario vir inlut.

cui libello p. 203 fin. ita subscriptum est:

Expli.brevis ciborum.

Pag. 204 nil nisi [*V*] inscriptionem *Incipit de ponderibus* habet. Tunc post folium excisum [*VI*] p. 207 de Honorio scholastico narratiunculae incipiunt, quas Hauptius [opusc. III 150 sqq.] edidit. Initium deest, in margine numeri a *VII* ad *X* adscripti sunt. Sequitur p. 211

XI Postolatio muneris, carmen ut ex codd. *BV* manifestum fit, ad anthologiam pertinens, in qua *A* p. 116 praetermisit (c. 216).

XII Incipit sententie. sci. Syxti epi e filosophi, paginis 212—218, 205—206, 219—228.

P. 228 ex.: [*XIII* in margine nunc abscisso erat] *Incip. Luci Anei Senice monita. Licit cunctorum poetarum carmina* sqq. In ima p. 238 accuratius describitur: *Luci Anei Senece ad Gallionem fratrem de remediis fortuitorũ expl.*

P. 238: *XIIII Incipit cronica Iulii Cesaris. Iulio cesare et marco antonino consulibus omnis orbis* sqq. [quae inde edidi in Geographis latinis minoribus p. 21 sqq.].

P. 262: *XV Incipit de remediis salutaribus* (p. 262—266, 275—290, 267—273), quae ex Plinii libro XIX sumpta esse recens manus adnotavit; edidit Silligius ed. Plin. tom. V p. XXII sqq. Cf. Detlefsenus ed. Plin. t. III p. 3.

P. 273: *Apulei. Platonice. explicit de remediis salutarib; feliciter. XVIII* [sic] *Incipit uersos de singulis causis sunt uer LXX* (c. 383—388): p. 273—274, ubi fine codicis decurtati praematuro abrumpuntur. —

Digitized by Google

Numeris igitur insignita sunt opuscula post anthologiam omnia, quorum duo (II et XI; fortasse XVI quoque) ad eandem pertinent. Sed ipsa anthologia hos numeros praecedit. Hinc fortasse effici potest, illam tamquam primarium codicis argumentum fuisse, reliqua cum per membranorum spatia ascribi multa liceret, addita esse; unde sequi, eam primam codicis partem tenuisse totam eiusque quaterniones undecim deperditos, quae paginis constabant 176, versuum fere quinque millibus anthologiam nostram, si mansissent, ditaturos fuisse. [Miro casu accidit ut ex catalogo monasterii S. Nazarii Laurishamensis saec. X scripto compertum habeamus, '*Epitaphia seu ceteros versus in quaternionibus VIII*' in ea bibliotheca fuisse, cf. A. Wilmanus mus. rhen. XXIII 392: quae num pars codicis *A* iam dudum lacerati fuerit, sane poterit quaeri.]

Iam ipsa quoque libri *A* sylloga [cui antiquitus *libri Epigrammaton* inscriptum fuit: cf. adn. ad c. 200. (287.) 379] in capita vel libros divisa est; quod cum nemo adhuc observaverit[1]), tamen non est nullius momenti. Post centones igitur Vergilianos (p. 1—46) aliaque in ima p. 47 rubro itidem colore a prima manu in margine adscriptum est *VIII.* Deinde post longum illud carmen declamatorium 21[2]) et alia quaedam et versus serpentinos p. 66 ad Porfiri anacyclica numerus *X* legitur, p. 67 ad versus de tabula *XI,* ibidem ad carmen Didonis ad Aeneam missum *XII,* ad carmen de rosis p. 73 *XIII.* Sequuntur permulta ad genus *ἐπιδεικτικὸν* maxima ex parte pertinentia; p. 108

1) Quod Duebnerus l. c. p. 7 sq. dicit: 'ich lege um so mehr Gewicht auf diese Ordnung [carminum in codice], weil sie einigemal, durch beigesetzte Nummern, zu verstehen gibt, dass mehrere bis jetzt anonyme Epigramme einem wirklich angegebenen Dichter gehören', non recte de horum numerorum usu iudicavit.

2) [Ad. c. 22, 1 p. 58 rubro scriptum erat IX sed erasum est — unde corrige quae in eius adn. dixi —; non igitur debuit huic loco adscribi.]

Digitized by Google

legitur *Liber grãmaton explicit XVI ∴ incipit · per-virgiliũ · Veneris.* Pagina 118 ad Coronati 'thema Vergilianum' adscriptus est numerus *XX:* p. 121 ad Senecae versus numerus *XXI;* in reliquis talia non occurrunt, nisi quod p. 156 Luxori *liber epigrammaton* incipere dicitur. Numeros enim nonnullos omissos esse non est mirum, cum codex quamquam antiquissimus tamen procul ab anthologiae archetypo non quidem tempore absit sed librariorum socordia deflexerit. Qui et carmina tota omiserunt: quorum unum (v. supra) p. 212 in *A* postea additum est.

Iam quae horum anthologiae Salmasianae librorum sive capitum indoles ac ratio fuisse mihi videatur, paucis describam [ita tamen ut ultra obvia non procedam neque cum Baehrensio c. 20—37 pleraque Octaviani, 38—80 Luxorii, 217. 219—221. 224 Felicis esse etc. harioler]:

Lib. I—V in hoc quidem codice deperditi sunt.

VI Centones Vergiliani p. 1—46.

VII 'Praefatio' et carmen p. 46 sq.[1])

VIII Carmen declamatorium cum aliis quibusdam p. 47—61.

IX Versuum serpentinorum disticha p. 61—66.

X Carmina anacyclica, quorum unum tantum nunc servatum est p. 66—67.

XI De tabula p. 67.

XII Epistola declamatoria p. 67—73.

XIII Carmina de rosis p. 73—74.

XIV (a 'Praefatione' p. 74 incipiens) carmina multa *ἐπιδεικτικὰ* continet; saepe plura easdem res 'Aliter' rursusque 'Aliter' [sicut *Ἄλλως* in Anthologia Palatina] quasi e certamine poetico orta describunt; quorum multa tribus distichis constant. p. 74—101.

XV Carmen declamatorium p. 101—104.

XVI Carmen ludicrum p. 104—108.

1) [Capita VII, X—XII, XV—XVII pluribus olim carminibus constitisse verisimile est.]

Digitized by Google

XVII Pervigilium Veneris p. 108—112.

XVIII Carmina ad Vandalos spectantia p. 112—116.

XIX Carmina amatoria p. 116—118[1]).

XX Coronati aliorumque carmina, quibus nomina poetarum plerumque addita sunt p. 118—121.

XXI Senecae aliorumque carmina p. 121—134.

XXII Alia carmina, nominibus scriptorum plerumque additis p. 134—141.

XXIII Aenigmata Symphosii p. 141—156.

XXIIII Luxorii liber epigrammaton aliaque p. 156—188.[2])

Horum vero singulorum librorum plures comprehensos singula quaedam maioris ambitus corpora formasse ex re quadam necessario consequitur, quae hucusque non nisi ex parte nota neque recte explicata erat. Pagina enim 47, in qua liber VIII incipit, post inscriptionem *Versus Octaviani* sqq. hoc additum est: *sunt vero versi CLXXII.* At carmen illud duodecim, sequens vero 285 versibus constat. Deinde *Pervigilii Veneris* inscriptioni p. 108 adscriptum est: *sunt vero versus XXII,* cum constet versibus 93. Porro p. 118 liber XX incipit a *Loco Vergiliano Coronati,* cui additur: *u(e)rsus XXIII.* Paulo post (p. 134) *Flavii Felicis postulatio honoris .... sunt ũr XXXII.* Coronati vero carmen 29, Felicis 40 versibus continetur. Deinde in *Luxorii* carminum initio legitur: *sunt ũr' LXXXXVII,* quorum primum viginti sex, cuncti vero

1) Vt p. 116 ab *Epistula amantis* (c. 217) novum librum incipiam, hoc et re ipsa efficitur et ea de causa, quod in libris Thuaneo et Vossiano huic carmini praepositum est '*Incipit*', id quod nisi in librorum initiis in hac sylloga nusquam factum est, cf. Salm. p. 108, 118, 156, (188,) (212,) 273. In Thuaneo *Incipit* Iudicio coci et pistoris (c. 199) praescriptum est: quare libri XVI, hoc quoque re ipsa efflagitante, a p. 104 initium feci. cf. etiam Thuan. ad c. 223 et 389.

2) [Litterae initiales librorum XVII, XX, XXII, XXIII v. 18, XXIV variis coloribus pictae sunt.]

Digitized by Google

plus quam septingentis versibus constant. Denique p. 273, ubi *versus de singulis causis* ad anthologiam hanc fortasse pertinentes incipiunt, '*sunt ũer LXX*' additum est. Horum numerorum cum adhuc ni fallor solus ille Pervigilio adscriptus notus fuerit, viri docti ut corruptum emendare conati sunt: sed omnes hi numeri ab ipsis sequentium carminum numeris versuum ita absunt, ut omnem emendandi conatum frustrentur. Quid vero, si omnia facillima ratione enodabo? Ecce inde a p. 47 usque ad p. 108 (c. 20—199), ubi proximus numerus legitur, carmina 180, si vero inscriptiones in codice extantes sequimur, carmina 172 numerantur. Hoc est quod illis '*sunt vero versi CLXXII*' significat librarius; versuum igitur pro carminum vocabulo utitur, ut factum est c. 120, 5 et in Gruteri inscrr. 703, 2 [et postera aetate saepe]. Sic a p. 108, ubi *versus XXII* indicantur, ad p. 118 revera 22 extant carmina (c. 200—222, exc. 216). In archetypo enim anthologiae his iniuncta erat *postulatio muneris* c. 216: consequitur inde, hos numeros non ab ipso anthologiae confectore, sed postea demum, cum iam duae codicum familiae ortae erant, quarum altera tantum in excerptis codd. *BV* servata *postulationem muneris* suo loco retinuit, a librario familiae libri Salmasiani additos esse. Cave igitur numerum mutes, quo cum Pervigilii versibus congruat! Iam p. 118 *uersus XXIII* indicantur: scilicet hinc ad p. 134 viginti quattuor carmina (c. 223—253; sed 245—252, nullis titulis discreti, pro uno habentur) sunt. Ad p. 134 progredior, quamvis nullus ibi novi libri numerus extet; sed ibi Felicis carminis titulo additur: *versus XXXII.* Nempe a Felicis carmine si per triginta duo (c. 254—285) progredimur, ad Symphosii initium pervenimus. In hoc nil tale legitur, Luxorius vero quod *versuum LXXXXVII* esse dicitur, ipsius quidem carmina 89, deinde alia octo (378 in quinque dividitur) leguntur ad finem (p. 188) usque, quibus is numerus

Digitized by Google

efficitur. '*De singulis causis*' denique carmina, quorum sextum iam abrumpitur codicis fine, septuaginta olim fuisse apposito numero discimus. [Bobii a. 1493 reperta esse '*LXX epigrammata*' ex Rafaele Volaterrano adfert Lachmannus ed. Terentian. Maur. p. V: quae nescio an haec fuisse possint.] — Adponam indicem:

p. ? — 47	(lib. ?— VII)	— carmina	?
p. 47—108	(lib. VIII—XVI)	— —	CLXXII
p. 108—118	(lib. XVII—XIX)	— —	XXII
p. 118—134	(lib. XX—XXI)	— —	XXIII
p. 134—141	(lib. XXII)	— —	XXXII
p. 141—156	(lib. XXIII)	— —	[I (ni mavis C)]
p. 156—188	(lib. XXIIII)	— —	LXXXXVII

Atque haec cum primo obtutu ita facillime intellegi posse videantur, ut ex variis fontibus singula corpora deducta putemus, [tamen ea omnia eadem aetate in una Africa aut compilata aut saltem expolita sunt. Apparet enim, in omnibus his partibus inesse quae originem Africanam et aetatem Vandalorum prodant. Veluti prorsus fere ad Africam et ad Thrasamundi et Hilderici aetatem, quorum ille anno 496, hic post Thrasamundum anno 523 Vandalorum regnum suscepit, liber XVIII (c. 201—216) pertinet; ad eandem liber XXIIII spectat, qui est Luxorii sociorumque eius. [Luxorius in sexto quoque et in octavo (c. 37)[1]) libro est. Liber undecimus (c. 82) Fridi illius Luxoriani (c. 18, 49) commemoratione ad Africam nos vocat. In libris XIV—XV c. 120—122, 131, 149, 156, 182 variis causis Africanam originem vel produnt vel prodere videntur. Liber XX (c. 223—231) Coronatum Luxorii amicum Carthaginiensem ter habet, liber XXII Flavium Felicem 'virum clarissimum,' idem gotica i. e.

1) [Cave autem ex hoc de Luxorio carmine id sumas quod Baehrens inde sumendum putavit, versus illos serpentinos (c. 38—80) a Luxorio scriptos esse: quae sententia neque argumentum habet ullum neque per se probabilis est.]

Digitized by Google

vandalica c. 285, liber XXIII Symphosium 'scholasticum.' Nam poetae titulis insigniti omnes Africani et quidem ultimae aetatis sunt (v. p. XXVI). Et *de singulis causis* carmina ad Vandalorum aetatem referenda videntur, et quidem c. 387 ad Hunerici regnum (ann. 477—484) certe pertinet. [Nullum igitur adiumentum ea re nanciscimur, quo singulorum librorum origines discernamus.]

Haec quoque de Africana syllogae nostrae indole addenda puto. Quaeretur enim, quis eam concinnaverit. Et Luxorium quidem id fecisse vel aliquem eius amicum possit quis ita probare, ut dicat et illius carminibus longe plurimis totum eumque ultimum librum reservatum esse, et quae eiusdem in aliis partibus occurrant, nomen eius diligenter prodere: quem quo refellam equidem non habeo. [Luxorium tamen Baehrens respuit, quia eius carmina in *A* vitiis scateant. Quasi non aut per duo saecula vitia ut in cetera ita vel in auctoris syllogae carmina irrepere potuerint aut ipsius ille Octavianus quem omnia collegisse putat (v. infra) non minus male in *A* habitus sit! Sunt tamen qui Faustum Luxorii amicum composuisse malint: quod quamquam carmine 287 non defenditur, tamen per se satis probabile est. Certe vel Luxorius vel quivis eius amicus opus confecit.] Quando autem sylloga concinnata sit, inde ut puto intellegi poterit, quod et Hilderix rex c. 203 nominatur, qui a. 523 regnum adeptus est, et post Vandalos a Byzantinis a. 534 subiectos tale quale extat florilegium [cum laudibus regum Vandalorum] compositum esse parum est probabile[1]). [Ex c. 341 sq. Schubertus recte putat hoc quoque effici posse, intra annos 532 et 534 syllogam esse insti-

1) Illa autem aetate Luxorium quoque rei poeticae incubuisse carmen 203 docet; quem iam sub Thrasamundo vel antea scripsisse, [inde apparet, quod eos versus quos *'olim puer in foro paravit'* (287, 5) in syllogam libri XXIV recepit.]

Digitized by Google

tutam.] In qua quod praeter Luxoriana Symphosii quoque, ut Vergiliana omittam, carminum longa series recepta est, est hoc factum ad instar anthologiae Palatinae, in qua Gregorii τοῦ θεολόγου et Christodori poematis singuli libri dicati sunt. Sed in ceteris rebus, quamquam non desunt quae comparari possunt, Graeca tamen anthologia in capita sua multo curatius quam Latina illa distributa est.

In poetis, quorum nomina *A* tradit, recensendis hoc primum tenendum puto, omnes illos, quibus *viri clarissimi* nota vel alia eius generis additur, et tempore et regione illi qui anthologiam compilavit fuisse proximos. Nam Luxorius ipse 'vir *clarissimus et spectabilis*' audit, Coronatus Luxorii amicus 'vir *clarissimus*'[1]), Felix et (si modo is alius est) Flavius Felix eodem titulo ornantur, Octavianus 'vir *inlustris*' est idemque filius Crescentini 'viri *magnifici*'. Porro Symphosius '*scholasticus*'[2]), Petrus '*referendarius*', Calbulus '*grammaticus*' audiunt. Quae omnia ratione carerent, nisi scriptores illi carminum tunc cum anthologia illa componebatur etiamtum ipsi inter vivos fuissent vel saltem non diu vitam reliquissent, memoria eorum adhuc vigente. Et ne quis mihi obiciat, alios quoque

1) [Hic inserendum est, Coronati ad Luxorium extare epistolam libello de finalibus praemissam, de cuius libelli paucis reliquiis cf. Keilius Gramm. lat. IV p. L. Epistolam edidit Keilius progr. hiberno Erlangensi a. 1868 p. 4, ex qua haec decerpam: *Domino eruditissimo †rum atque inlustri fratri Luxorio Coronatus. Cum considerarem temporis nostri lectores, vidi quam plurimos ad fontes vel flumina venisse librorum bibentes avide . . sed . . pedibus pocula conculcasse . . Sed tu, amicior carissime, praebe mihi magis ac magis, Luxori, peritiam tuam et ardorem tui excellentiorem ingenii. In tuo gremio sofistarum novi cuncta versari . . et quae inepta cognoscas te saepe damnare cognovi.* — De titulo *viri clarissimi* grammaticis dato cf. Codex Iustinianus XII 15, 1.]

2) i. e. aevi illius usu 'vir doctus'. Coronatus quoque 'scholasticus' appellatur, cf. Keilius l. c.

Digitized by Google

scriptores posterioris aetatis ut Vegetium et Macrobium talibus titulis etiam in libris complura post ipsos saecula scriptis insigniri, hoc etiam firmatur sententia mea. Horum enim libris cum ab ipsa origine notae inscriptae essent, a meris librariis propagabantur; anthologiae autem concinnator ob certas tantum causas talia retinere potuit. Neque illorum poetarum quisquam, quos diu ante vixisse constat, ullo in *A* ornatur titulo. Cf. ephem. gymnas. Austr. 1868 p. 484 sq. Nonnullorum autem ex his quos dixi aetas aliis quoque rebus nota est. Et *Luxorius* quidem sub Hilderige (c. 203) Carthagine vixit [et postea alteram carminum suorum iuvenilium editionem fieri curavit, cui c. 287—289 et c. 341 et 342 addidit, cf. Schubertus p. 15: in his enim Bonifatium Gelimeri regis illius crudelis (a. 530—534) ministrum Eutychum vocabat] regisque duci Oageis post filiolae eius mortem c. 345 obtulit, de quo Oageis cf. Procop. bell. Vandal. I 9, qui *Εὐαγέην* nominat Hilderici regis *ἀνεψιόν* (quem cave ne Meermannum sequens confundas cum Eugeto c. 332). Luxorio in schedis Divionensibus etiam c. 80 et 90 tribuuntur, sed ea nulla de causa. Nomen eius c. 203 in *BV Luxorii* legitur, et omnino illud *o* pro *u* positum nil nisi corruptela ei aevo propria est; *A* saltem qui Luxorium, etiam *luxoriam* [319, 4] ponit, non *luxuriam*. Sed nolui ab *A* desciscere, qui etiam cum libris omnibus *Symphosium* dixit, quem elegantiori sermone appellare debuit Symposium. [Ceterum Luxorius et ipse res grammaticas tractavit, id quod discimus ex codice Cheltenhamiensi 4626 saec. XII (cf. Ellis, Journal of philology VIII 120) quo scriptum est '*Lisorius* (l. Luxorius) *in Ortographia dicit, quod d ante omnes consonantes mutari potest praeter m et q ut adquiro admitto admodum* sqq., et carmina ab *A* aliena scripsit, quorum in eodem codice hi versus leguntur:

Lisorius: Candacis ethiopum ditant eraria parvos.

Digitized by Google

Lisorius: Prompserat obrizum, dum Licida sterteret, aurum.

Lisorius: Non perĭtum tendis si vis audire perītum.

Lisorius: Annuus ut reditus, quo pascar vestiar ungar.

Lisorius: Pectus ysopo mundatur cerebrumque sinapi.

Lisorius: Nec frondĭtura pinus Nec floritura ficus. (idem metrum est in c. 309).

Addatur his *Faustus* (Luxorii amicus) *in epylogo: De lavacro redeunt, numerantur et inde videntes.*]

Iam ut eo redeam, *Coronati* aetatem et patriam Luxorii amicitia, *Felicis* carmina de thermis Thrasamundiacis scripta demonstrant, libro XVIII inserta (210—214); sequitur *Postulatio muneris* 216, sine nomine, sed cui c. 254 *Flavii Felicis* ita ad verba fere simile est, ut eidem poetae utrumque facile possit adscribi. Suspicor igitur, et unum fuisse Felicem [*'virum clarissimum'*], qui c. 210—214 et 254 scripsit, neque ab eo alienum esse c. 216. Quae cum ita sint, illos quoque poetas titulis ornatos, de quorum aetate nil constat, argumento illo freti Vandalorum et aevo ultimo et regioni adtribuemus: *Octavianum* (c. 20) dico et *Symphosium* et *Petrum* et *Calbulum.* Carmen autem 21 ad Octavianum nulla auctoritate vocatur. In illis vero poetis, quorum nominibus nil in inscriptione additum est, dubitari potest, utrum hoc factum sit, quia vita ipsorum iamdiu praeterlapsa erat, an quia titulus ad eos nullus pertinebat (quamquam 'scholasticus' saltem unusquisque facile dici poterat), an denique librariorum tantum culpa tituli evanuerint. Nam *Florentinus* quidem (c. 376) Thrasamundi, *Cato* (c. 387) regis Hunerigis temporibus sine dubio scripserunt. Prorsus nihil constat de *Avito, Bonoso, Donato, Lindino, Mavortio, Modestino, Ponnano, Regiano, Reposiano, Tucciano* sive *Lucano, Vespa, Vincentio.* Sed *Hosidium Getam* Medeam tragoediam consarcinasse ex Tertulliani verbis p. 61 relatis novimus, quibus hoc quoque com-

Digitized by Google

probatur, Getam iam non multo ante Tertulliani aetatem vixisse. *Mavortius* autem duorum centonum scriptor (c. 10. 16) utrum idem sit atque Vettius Agorius Basilius Mavortius, a. 527 consul, Horatii carminum emendator, iure dubites: mihi quidem poetarum Luxorio aequalium nulli nisi Africani in syllogam recepti esse videntur. [Quare *Avitum* c. 29 nolo cum Peipero mus. rhen. XXXI 194 putare Alcimum Avitum episcopum Viennensem, qui a. 523 mortuus est, quamquam is in prologo libri de initio mundi (Auct. antiquiss. VI 2, 201) haec dicit: 'recolo equidem nonnulla me versu dixisse, adeo ut si ordinarentur, non minimo volumine stringi potuerit *epigrammaton* multitudo'. — *Alcimus* autem ille, de quo dixi adn. ad c. 233, est Latinus Alcimus Alethius rhetor, quem Ausonius aequalis eius 'palmae forensis et Camenarum decus' appellat (prof. 2, 5). cf. quae dixi in ephem. gymnas. Austr. 1867 p. 398 sqq. et c. 233 adn., c. 713—715, 740.]

Superiorum autem poetarum recepta sunt in anthologiam *Vergiliana* (256—263, fortasse ex parte spuria, inter quae Ovidii est 262) quibus 161 est adnumerandum (cf. ibi adn.), et *Propertianum* 264. Quorum carminum quattuor in Vergilii vita a Donato ex Suetonio descripta eiusve appendice leguntur et apud ipsum Suetonium fortasse omnia legebantur. *Ovidiana* recepta sunt duo c. 269 et (v. supra) 262. *Petronii* est c. 218, libri tamen Binetiani, non Salmasiani testimonio. Ad *Martialem* spectant c. 26, 275, 276; ad *Senecam* c. 232, 236, 237. [cf. adn. ad c. 396 et quae dixi p. XL sq. et ann. philol. 1869 p. 279 sqq.] — *Flori* epigrammata (c. 245—252), quem P. Annium Florum Hadriani aequalem fuisse probabile est, partim disticha partim tetrasticha, septenariis trochaicis composita sunt, quod versuum genus ex vetustorum poetarum imitatione rursus tunc inter Romanos increbuit (cf. c. 200). cf. etiam c. 87. — Constantino regnante *Porfirius* argutiarum in versibus pangendis sectator

Digitized by Google

industriosissimus scripsit, cuius est anacyclicum carmen 82. Eiusdem porro et indolis et fortasse aetatis [Lactantius quidem fratrem habebat Pentadium] *Pentadius* est, quem postquam Barthius aliique plurimis carminibus oneraverunt, nunc demum quid eius esse traditum sit (c. 234—235; 265—268), in conspectu positum vides; nullum autem carmen, quod non dicatur eius esse in *A*, in aliis libris ei tribuitur. — [Iam cum poetarum antiquorum epigrammata hic illic inter novicios sparsa viderimus, minus probabile putabimus, primos potissimum anthologiae libros nunc deperditos ipsis antiquis dicatos fuisse.]

[Hoc tandem loco de miro quodam Baehrensii errore dicendum est, qui omni eius operae magno est detrimento. Is ex c. 19 (p. 82 sqq.) efficere sibi visus est PLM IV p. 28 sqq., eam 'praefationem' ab adulescentulo (*conrumo sensu* 83, 10 *fellibrem* 83, 20) eo consilio scriptam esse, ut post veteres poetas Romanos quos antea separatim collegerit (*post artitum Nasonem* 82, 4, *anitas diribita* 82, 4) iam iussus a domino nescio quo novos poetas Africanos conponeret. Atqui cum carmen insequens 20 ab Octaviano 'viro inlustri annorum XVI' conscriptum sit, eum ipsum fuisse adulescentulum eius anthologiae auctorem, cuius lacerum exemplar superesset in *A*. Verum fundamentis nititur Baehrensii opinio infirmissimis vel potius nullis. Nam ut taceam, adulescentulo annorum XVI talia committi non solere — cuius inceptum vel maximo plausu Carthaginienses prosecutos esse B. p. 51 opinatur, cum tamen p. 47, 7 eundem ne perspicue quidem dicere potuisse quae obscure sentiret harioletur — et *conrumus* quid sit ignotum est, et *fellibrem* non significat 'infantem' nisi ex Baehrensii coniectura, quae vel si recte se haberet, non ipse esset '*recens*' sed *favore* frueretur *recenti* (vide 83, 20); et *anitas diribita* vel potius *diributa (separata)* nil dicit nisi antiquitatem ab ipsius nugis alienam esse eisque longe praestare;

Digitized by Google

se *post Nasonem* h. e. se Nasone inferiorem esse. His tam frivolis rationibus solis quas ex locis paucis male intellectis duxit, neque ullis aliis cum Baehrensii opinio innitatur, haud opus est fusius de ea disserere, praesertim cum et per se ista 'Octaviani anthologia' omni probabilitate careat. Pauca tamen addenda sunt. Quamquam 'densas tenebras esse de operis exordio' [sic] p. 33 dicit, tamen quoniam veteres poetas Romanos in priore parte fuisse propter illa *post artitum Nasonem* sibi persuasit, horum quoque ordinem se dispexisse putat: Ovidium ibi fuisse, tum Senecam atque Petronium, ex quibus c. 396—479 in *V* defluxisse; deinde Martialea (cf. codices *BV*) et Caesarum Romanorum carmina et Versus XII sapientum et Vergiliana, quorum ultima esse centones Vergilianos c. 7—18. Quorum fere omnium quaedam in *A* extare in alienos locos detrusa. Haec Baehrensius non probavit, sed posuit; charta enim, ut aiunt, patitur omnia. Ceterum cum syllogam 'Octaviani' illius adulescentuli vere ingentis magnitudinis fuisse dicat, nam et in partibus hodie servatis multa in *A* excidisse recte censet, ex opinione eius sequitur ut quaecunque poematia vetera minora aetatem tulerunt, ea fere omnia ex Octaviani opere desumpta sint: qua opinione mirum quam saepe decipitur. Omnino ille audacia et temeritate vix credibili grassatur, cuius exempla, cum refutare eam taedeat, pauca afferam: lege si placet PLM IV p. 14 lin. 8; 15, 13; 29 adn.; 38, 18; 51, 14. Scilicet melius est 'ultra obvia non procedere' quam in ea sylloga in qua pleraeque rationes, quas nos quidem hodie possumus suspicere vel excogitare, nos fallunt atque destituunt, vel occultissima nos posse rimari stulta iactare confidentia. Et Peiperus quidem, ut exemplo utar, cum et ipse mus. rhen. XXXI 183 sqq. se partes deperditas restituere posse putat, longe alia ac Baehrens se dispicere censet: I Epitaphia Pompeianorum ac Caesaris laudes, II Senecam, III elegiam de spe, IV leviora

Digitized by Google

carmina, V Petronium, VI Luxorii aequales, VII centones. Ne hic quidem veri similitudinem corum quae posuit ulla ratione probare potuit.]

Paucis denique dicendum est de *schedis Divionensibus* quas [praeter ea quae ex Claudiani codicibus α habent] ex *A* descriptas et propterea α[1]) a me signatas Burmannus maioris pretii esse quam ipsum librum Salmasianum multis locis innuit. De quibus quid statuendum sit, accuratius dixi in ann. philol. 1868 p. 698 sqq. Scilicet inter annos 1651 et 1756, carminibus et tacite emendatis et secundum argumenta, Pithoeanae syllogae instar, in ordinem redactis, Divione ex *A* descriptae sunt, et ita quidem, ut qui schedas scripsit hoc egisse videatur, ut syllogam suam tamquam Pithoeanae supplementum prelo subiceret; quare illa tantum Salmasiani carmina recepit quae, quia in *B* non extant, a Pithoeo publici iuris nondum facta erant. Non tamen ex ipso *A*, sed ex apographo eius aliquo schedas fluxisse exempla talia docent quale est 304, 17, ubi *iaculis* in α omissum est, eadem autem manus in margine *sagitta* supplevit: quod non fecisset, si *A* ipsum inspicere licuisset. Sic 305, 2 *A* recte habet *genio*, α *genis* cum signo corruptelae ab ipsius librarii manu adposito. α emendatus est ab homine prudenti, qui et Salmasii coniecturas (*a*) et hic illic suas (ut puto), inter quas egregiae sunt, in textum recepit; quid *A* habeat, nusquam fere indicat. Hanc propter causam Burmanno saepe praeferendus visus est. Hodie Heidelbergae extare supra diximus. Nonnulla ut ab α emendata in adnotationibus indicavi, quae nescio an iam *a* ita habeat. — Burmannus schedis sua manu inscripsit: ‘*Epigrammata antiqua ex codice Divionensi descripta*’: folio 1ᵛ idem addidit: ‘*Communicavit haec*

1) Symphosium non continent; quare anceps non erit, quod in hoc eandem α notam a Schenklio codici Sangallensi 273 datam servavi.

Digitized by Google

mecum Cel. D'orvillius, ad quem ex Gallia ea misit vir Nob. Iosephus de Bimard la Bastie, baro montis Seleuci'. Libro primo 75, altero 111, tertio (Luxorii) 82, quarto (christianorum) 11 carmina schedis continentur.

IV

Iam ad reliquos codices veniamus, quibus aliqua cum florilegio Salmasiano ratio intercedit. Quamquam totam quidem syllogam nullus continet.

Ac primum codice *S*, in quo cum Petronianis aliisque (c. 690—715) etiam nonnulla Salmasiani carmina inerant, usus est *Claudius Binetus*, cum Petroniana aliorumque veterum epigrammta Pictavii a. 1579 [in libello rarissimo, in bibliotheca Palatina adservato] ederet, de quibus ita praefatur: '*ne quid dissimulem, Petronii Arbitri aliorumque Epigrammatum bonam partem ex bibliotheca Ecclesiae Bellovacensis habui: quae cum veteri Isidori Ethymologico connexa erant.*' Codex, id quod dolendum est, deperditus hodie esse videtur; saltem Bellovaci non extat, si ex Haenelii catalogi silentio quidquam efficere licet. [Frustra eum m. Iulio a. 1869 ibi quaesivi, et ne in 'expositione retrospectiva' quidem quae tum forte quidquid in Bellovacensium regione rerum antiquarum est omnium oculis proposuit et codicum quoque olim ecclesiae cathedralis tunc domini Le Caron de Troussures sat magnum numerum exhibuit, inveni. Baehrensius quoque postea frustra quaesivit.] Neque vero Parisiis est [quo nonnulli eius bibliothecae codices pervenerunt]. Aetas quoque libri *S* ignoratur, [nisi quod nono decimove saeculo scriptus erat codex Isidori Etymologiarum Bellovacensis, quem anno 1664 Bellovaci fuisse testis est catalogus, cuius lectio in codice Parisino 11677 saec. XVIII enotata est: qui tamen num Binetianus ille codex fuerit non constat: neque vero carmina in eo libro Isidoro addita fuisse commemoratur.] Inerant in *S* carmina 690—692, 218, 693—705, 364, 348, 347, *S*

Digitized by Google

349, 706, 707, 346, 414, 708, 233, 709—711, 232, 712—715; eodemque ordine in codice fuisse videntur, quem omnino diligenter et fideliter Binetum expressisse apparet. De reliquis eius epigrammatis in altera huius voluminis parte dicetur, hoc uno nunc addito, carmina 112, 145, 132, 181, 217, 156, 196, 224, 436, quae eadem Binetus primus edidit, eum post 34 illa quae modo dixi carmina, et quidem '*ex munere Ios. Scaligeri*' i. e. ex codice *V*, ex quo iam a. 1573 in Catalectis suis ea edere ille praetermiserat, habuisse: quod quamquam lectionibus singulis confirmatur, Burmannus non intellexit. Sunt leviora, in quibus dubites, utrum codicis an Bineti lectionem habeas; sed in gravioribus codicem ille in contextu exhibet, emendationes suas in margine apponit. Ita c. 218, 8 *os quali compremis multe* habet *S*; Binetus in mg. *oscula cum pomis mitte* recte emendat; sic et in *A* legitur; contra *BV osque ledis morsu mitte* sive *mittite (mitate?)* exhibent. Apparet, *S* ad neutram harum familiarum pertinuisse; quibuscum ne carminibus quidem congruit: nam communia ei sunt cum *A* carmina octo (v. supra), in quibus c. 364, 4 *S* longe illo praestantior est; cum *B* 218 et 232; cum *V* nullum. Cum *C* habet c. 233.

Alterum codicum genus, quod Excerptorum dico, duobus potissimum libris constat. In utroque codice haec excerpta cum Martialis excerptis coniuncta sunt; in utroque etiam carmina alia sunt praeter ea, quae cum *A* communia habet:

B 1. Parisinus 8071, olim Thuaneus ('*Iac. Aug. Thuanj*' folio 2 inscriptum est), membranaceus, in fine mutilus, binis columnis scriptus, forma maxima (cf. Martialis ed. Schneidewini mai. p. LXXXIII sqq., Hauptius ed. Ovid. halieut. p. XII sq.), saeculi vel exeuntis IX vel ineuntis X, post Iuvenalem [in quo post satiram nonam sunt c. 392, 393], Eugenii Toletani carmina, ex Martiale excerpta (inter quae [in libri V initio] c. 26), Catulli c. 62, deinde foliis 51^{v}—56^{v} Salmasiani flori-

Digitized by Google

legii carmina tria et septuaginta eodem plerumque quo *A* ordine posita ita continet, ut a c. 96 incipiat, in c. 269 desinat; post haec quattuor Luxorii carmina sese excipiunt; in folio 57^{r} c. 30 additur. Baehrensio est *T*. Contuli. Carmina autem quae dixi, suo ordine ab *A* raro discrepante posita, haec sunt: c. 96, 98, 101, 111, 112, 113, 116, 117, 118, 200, 127, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 145, 152, 156, 160, 180, 181, 182, 183, 184, 192, 196, 197, 199, 203, 205, 206, 209, 214, 216 (quod carmen in *A* hic omissum et post Epigrammata p. 212 additum Thuanei auctoritate huic loco vindicatur), 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 232, 234, 235, 236, 237, 245—252, 103, 142, 153, 273, 256, 257, 259, 260, 261, 263, 265, 266, 268, 269; Luxorii: 296, 303, 310, 318.[1]) Statim sequitur carmen quod in *A* non exstat: c. 389; post 389, versiculis quibusdam librarii interiectis, legitur '*Explicit*', i. e. ni fallor: 'Explicit florilegium'. Sequuntur c. 30, quod suo loco omissum hic sero adiectum est; Ennodii disticha tria, aenigmata duo satis barbara (extant etiam in c. 481, cf. p. 351 sq.); excerpta ex Senecae tragoediis (Sen. ed. Peiper et Richter p. XXIII sqq.) et Lucano (IX 696), Haec excipiunt fol. 58^{r} Eucheriae versus (c. 390), Ovidii Halieutica, c. 391, Gratii Cynegeticon liber primus[2]): quae quattuor carmina, et eodem quidem ordine, etiam in libro Vindobonensi 277 saec. IX mutilo leguntur, de quo cf. Hauptius in Halieuticon editione

1) Horum carminum in Vossiano oct. 15 saeculi XIII quattuor et quadraginta (si Burmanni apographo Heidelbergensi fides est) ita descripta sunt, ut vel ex *B* vel ex libro ei simillimo derivata esse pateat; quare hunc codicem nusquam adhibui.

2) 'Inciῖ gratti cynegeticon LIBI' *B*; 'Incipit gratti cynegeticon l͡ibi' *Vindob.* Nusquam tamen adhuc observatum vidi, quod luce clarius hic extat, Gratii opus quod nunc mutilum est, pluribus libris olim constitisse [quod nunc iam a viris doctis probatur].

Digitized by Google

p. VI sq. — C. 390 sq., quamquam ad syllogam eandem non pertinuisse videntur, hic tamen, quia in *B* extant, addidi. Post Gratium Christiana quaedam, deinde in ultimae codicis paginae fine (fol. 61^{v}) haec leguntur[1]):

De natura vincente consuetudinẽ id. ẽ gattu//ı scebaĩ
De silva que petit unum ramum ad manibriũ
De campo sine aratro. De servo sine flagello
De invento pisce in sulco
De illo qui mare volebat incendere no///////
sed ut dš vidissȣ qualem voluntatem habuisset
De illo qui dicit tibi unum moysi unum//// [cf. evang. Luc. 9, 33]

Fortasse hae quoque inscriptiones carminum erant. — Ceterum praeter c. 30 et 26 nec in *B* nec in *V* ullum extat, quod in *A* ante c. 96 legatur. Quare cum in *A* c. 90 '*Praefatio*' extet, qua librum XIV incipere conieci, hoc fortasse inde effici poterit, hos Excerptorum codices ex exemplari syllogae deductos esse, quod libros VII—XIII non continuerit. — Correcturas nisi a prima manu easque raras *B* in poematiis quidem habet nullas. [Carminum verba in *B* satis recte et emendate scripta sunt, cf. tamen quae dicam p. XLIII.]

Primus P. Pithoeus in poematiis edendis hoc libro quem Scaliger nondum noverat usus est. Sed antea et a Gryphio in Martiale a. 1535 edendo est adhibitus (Schneidewin. p. XXXVIII et LXXXIII), et iam Erasmus Adagiorum a. 1508 editorum libro I 9, 1 mentionem eius ni fallor iniecit hanc: '*Amyclas perdidit silentium* (c. 200, 92): *meminit et Catullus, nisi fallit*

1) Hauptius in Herm. vol. III p. 222 ex cod. Berol. Santeniano 66 haec saeculo IX scripta, partem indicis alicuius bibliothecae efficientia exhibet: *Libri alchimi sic incipit Inadulescentiam* (l. *-tem*) | *qui Inpublico patre cadente risisset* (l. *-sit*). *et lan guenti puellae amatorium dedit* | *De controversia fullonis vel calvi.* Haec quoque, quae ad Alcimum rhetorem Hauptius refert, similis generis carmina puto fuisse.

Digitized by Google

inscriptio carminis De vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliae bibliotheca repertum'. Sic et L. Gyraldus hist. poett. dial. 10: '*Aldum Manutium memini dicere se Catulli poema habere, quod Ver inscribitur. Idem et Erasmus fatetur; necdum tamen mihi illud videre contigit*'. Quem codicem *B* fuisse multo probabilius est mihi quam *A*, qui per totum inde saeculum latuit; in aliis autem libris hoc carmen nec exstat nec tunc extitisse videtur. Quod Manutius temeritate illi aevo propria Catullo tribuisse et titulum 'De vere' ex primis Pervigilii versibus confinxisse videtur; Erasmum autem nihil nisi Manutii apographum vidisse verisimile est. [Ex *B* fluxerunt '*Epigrammata quaedam vetusta ab Actio Sincerio Sannazario exscripta*' in codice Vindobonensi lat. 9041, cf. Baehrens p. 9.]

2. [Codex hic addatur bibliothecae civitatis Lipsiensis rep. I 74 saec. IX—X, de quo cf. Hauptius opusc. I 286 sqq., quem contuli a. 1894 Francofurti. Habet c. 389 (fol. 14), aenigmata c. 481 (fol. 15^{v}—24^{r}), tum (fol. 25) c. 160 *(Anguis — pedem)*, 39, Martialea, 97, (fol. 26) 674, 23, 276, (fol. 27) 261, 259, 256, 257, Ovidiana. Pauca cum *B* communia habet. Cum *L* Sangallensis 899 saec. XI commune habet c. 160 *(Anguis — pedem)*, 39, 261; Regius musei Britannici 15 B 19 saec. IX—X c. 674, 256, 257, in quo etiam insunt c. 673, 26, 788, 392; Petropolitanus F 14, 1 olim Corbeiensis saec. VIII, qui Symphosium habet, c. 160 *(Anguis — pedem)* et 256.] *L*

3. Accedit iam Excerptorum codex alter, Vossianus (bibl. Leidensis. mss. Lat. Voss. Q. 86) membranaceus, 'ineunte potius quam exeunte saec. IX iudice Geelio scriptus' teste Schneidewino ed. Martial. p. 680, qui tamen fallitur cum hunc codicem eundem putat quem Is. Vossius in bibliotheca Petavii senatoris Parisiis vidit, cf. eiusdem prolegg. p. LXXXVIII. Antiquior igitur paulo cum sit quam Thuaneus, tamen post hunc eum *V*

afferam, quia et bonitate et carminum libri *A* numero Thuaneus Vossianum aliquanto praecedit. [Contulit in meum usum Holderus, cum cuius notis collationem Baehrensii et H. I. Muelleri Symbolas ad emend. script. lat. II 1881 comparavi.] Vossianus primum post maiora quaedam opera et c. 392, 393 et Aviani fabulas carmina plurima (fol. 91^{v}—99^{v}) continet, quorum duo quae habet folio 93^{r} (n. 236, 237) cum '*Senecae*' nomine extant in *A*, reliqua autem (c. 392—479) in illo non leguntur; quin quod fol. 96^{v} legitur c. 442 '*De monte Atho*', id a libri *A* carmine 239 [ita discrepat, cum tamen ex uno carmine utrumque ortum sit, ut appareat syllogam *A* et hanc *V* non esse eiusdem originis.] Tum (fol. 99^{v}—105^{r}) Martialis excerpta a libro IV 71 usque ad XIV (inter quae folio 100^{r} in libri V initio c. 26) eadem quae in Vindobonensi 277, de quo supra ad *B* dixi, sed alia atque in Thuaneo, interveniunt. Deinde post verbum *Explicit* a Pentadii ('*Pintadi*') carminibus initium fit syllogae carminum in *A* quoque servatorum, sed hic quoque et '*Excerptio de libris Martialis epigrammat*' a libro Spectaculorum usque ad IV 62 (fol. 105^{v}—108^{v}) et alia, praecipue duodecim sapientum carmina, de quibus ad codicem Parisinum 8069 (*C*) agendum erit (fol. 108^{v}—109^{r}. 111^{v}—116^{r}), interiecta sunt. Carmina Salmasiani in hac codicis parte occurrunt numero undequadraginta, quorum duo tantum (c. 155 *de Scaevola*, 271 *Regiani*) in *B* non inveniuntur; utrumque certe familiae *B V* ab origine non deerat. Ordo epigrammatum, si *A* vel *B* spectes, paullo liberius immutatus est: etiam verba singula, quamvis in universum spectanti hic codex cum *B* unam familiam a Salmasiano diversam (vide p. XLIV sq.) efficiat, hic illic tamen emendatorem [sive interdum corruptorem] nescio quem Carolina fortasse aetate experta sunt. Exempli causa profero 116, 2 *torrida* (*-ta*) *AB*, *torpida V*; 236, 2 *pario AB*, *graio V* (recte emendatum); ib. 7 *solutis AB*, *sepultis V*. Continentur

Digitized by Google

autem folio 105$^{r.v}$ inter Martialis epigrammata iniecta c. 265, 266, 268, 303, 318, 263; deinde post Martialea (v. supr.) et c. 603—614 (duodecim sapientum) foliis 109^{r}—111^{v}: c. 96, 116, 117, 132, 160, 182, 196, 218, 221, 222, 235, 271, 256, 257, 259, 260, 261, 296, 224, 203, 234, 216, 217, 103, 155, 219, 220, 136, 156, 132, 181; deinde inicitur Mart. III 75; tunc c. 112, 145. Sequuntur reliqui uersus XII sapientum, quos subsequitur c. 480. Inde initium habet Alcimus Avitus. [Addendum est, nonnulla horum carminum, et ea ex parte melius, in hisce libris extare: c. 397—399 in Reginensi 1414 saec. XI; c. 437—438 et 447 in Monacensi 6911 saec. XIII—XIV (in quo c. 440 quoque) et Erlangensi 840 saec. XI et Vindobonensi 2521 saec. XII (in quo etiam c. 392 sq.)]

Iam vero carmina foliorum 91^{v}—99^{v} omnia vere antiqua esse ex arte poetica sermonisque elegantia facile quivis perspicit; sunt inter illa quae ad Claudii imperatoris Britannos vincentis aetatem ascendere videantur, et quaedam Pompeii et Catonis reverentia vitaeque tranquillae laudatio saepius obvia homines veteris rei publicae sectaeque stoicae studiosos, Lucanos dico, Persios, Senecas, in memoriam revocat. Senecae ipsi in *A* ut dixi adscripta duo epigrammata huic parti insunt: nam Vossianus ipse poetarum nomina prorsus nulla habet. Quae carmina ut omnia ad unum idemque epigrammatum corpus pertinere putem, a qua opinione ne eo quidem prohibeor quod alia quoque lascivioris generis immixta sunt, hoc ideo fit, quod carmini 430 (fol. 96^{r}) '*O sacros vultus Baccho vel Apolline dignos*' nulla alia inscriptio est addita praeter hanc '*Liber IIII*'. Quae cum ex corruptela Liberi nominis non possit orta esse, quod ipsum carmen docet, aperte significat, quartum aliquem epigrammatum librum ab his versibus incipere. Iam si recordamur, florilegii Salmasiani libros sex [quinque] priores partemque septimi [sexti] in *A* deperditos esse, ad opinionem non quidem certissimis

Digitized by Google

argumentis confirmandam, sed per se non improbabilem ducimur, in his foliorum 91—99 carminibus, [quinque] illorum librorum ([sextus] enim centonibus constat) sive omnium sive partis eorum excerpta servata esse. [Hanc opinionem quam 'non improbabilem' esse olim dixi, coniectandi libidine abrepti certissimam esse censuerunt et Peiperus mus. rhen. 31, 183 sqq. et Baehrensius ib. 31, 254 sqq., et inde profecti et suis uterque rationibus usi omnem Salmasianae Anthologiae compositionem luce clarius perspexisse sibi visi sunt. Quorum placita inter se satis differentia apud ipsos si libet inspice: hic sufficiet dixisse, utrumque fumum umbramque captasse neque quidquam certi statuisse. Baehrens autem opinione postea mutata PLM IV p. 35 cum Rossbergio putavit carmen 430 ex '*libro quarto Epigrammatum Senecae*' desumptum esse: scilicet c. 396—462 omnia Senecae esse hi putant. At Birtius in dissertatione de hexametro lat. p. 65 ne ullum quidem carmen Senecae adscribendum censuit, metricis ille rationibus ductus. Iam ut proferam, quid ego nunc sentiam de c. 430: certum nihil est, nisi quartum alicuius syllogae librum ab eo carmine alicubi coepisse, cuius syllogae reliquiae c. 396—479 esse videntur. Eam autem syllogam (ut de Seneca taceam) cum sylloga Salmasiana quidquam habere commune, id certe, ut veritatis studiosi verum fateamur, non solum non verisimile sed etiam admodum improbabile esse agnovi: immo vero omnibus numeris ab Africana illa sylloga distat atque discrepat.] Quod vero *V* fol. 116^{r} in poematio 480 hanc inscriptionem habet '*De pedibus Lib. IIII*', id ita explico, hoc carmen a librario cum libri quarti [syllogae illius alioqui ignotae] excerpta describeret omissum et postea hoc ultimo loco adiectum esse[1]). — *V* Scaligero notus erat, qui eius car-

1) [Noli ad librum IV artis alicuius metricae referre: nam quae ibi proferuntur, in ipso artis initio iam dicenda erant.]

Digitized by Google

mina pleraque in Catalectis a. 1573 edidit; quaedam praetermisit, quorum octo ab eo accepta Binetus edidit a. 1579; supererant c. 103, 136, 182, 203, 218, 220, 234, 235, 296, 303, 318, 416 (427 tunc ineditum mansit), quae Pithoeus a. 1590 libri *B* carminibus adiecit. '*Schedis Scaligeri*' (cf. p. XVI adn.) ex *V* descriptis Burmannus tamquam proprio praeter Vossianum fonte usus est, quarum 'originem et sero intellexit aliquatenus et, qua erat inertia, intellectam vilipendit', ut recte dicit Schneidewinus p. 681. — Carmina 396, 402, 409, 410, 412, 441 non Scaliger sed Pithoeus primus Senecae vindicabat; ipse Scaliger c. 464—479, quorum ex duobus (c. 466 et 476) a Fulgentio verba quaedam ut Petronii afferuntur, Petronii esse fortasse recte suspicatus est; cf. adnotatio ad 464. [Metricis aliisque causis C. G. Krohnius in diss. Halensi a. 1887 probare conatur, Petronio vindicanda esse carmina libri *V* 464—479, Binetiana 690 sqq. ab eo esse abiudicanda.] [Addendum puto, c. 394 sq., quae ex *V* potissimum addo, in libris non paucis cum c. 639 sq. et 676 sq. ad astronomica pertinentibus coniuncta esse.]

BV codicum familiam quondam in re orthographica emendatam esse puto; cf. quae infra dicam. In *V* manus secunda leviora vitia correxit.

Codex Parisinus 8069 (*C*), ex quo utpote optimo *C* eorum fonte carmina XII sapientum (c. 495 sqq.) edam, tunc temporis accuratius a me describetur. Ipse contuli. Thuani is quoque erat; membranaceus est, binis columnis scriptus in folio, saeculi vel X vel ut catalogus exhibet XI. Vergilium (fol. 8—113) eiusque 'iuvenalis ludi libellum' (fol. 114—121) continet; f. 121—126 duodecim illi poetae leguntur. Reliqua in codice scholarum usui ut puto destinato variis carminibus sententiisque ad poeticam rhetoricam alia percipienda aptis referta sunt; dialogum de Terentio (f. 127 sq.) edidi ephem. gymn. Austr. 1867 p. 403 sqq. Salmasianae autem syllogae haec epigrammata insunt:

Digitized by Google

(fol. 1^{v}) 275, 276, 178 v. 5—6, 277, 269, 83 v. 4 et 6; in margine 739, (fol. 2^{r}) 268, 258, 259, 260, 262, 263, 233, 24, (fol. 2^{v}) 25, 351, 88, 264, (fol. 3^{r}) 28, (fol. 114^{r}) 351 iterum. (fol. 121^{v}) 256, 257, 261, 160. Vossiani q. 86 praeterea duo carmina (392, 393) fol. 121^{v} leguntur. Omnino in his *C* nec cum *A* nec cum *BV* arte coniunctus est, sed suas proprias habet lectiones, quas equidem hic illic memoria librarium fallente exortas arbitror. — Cetera libri *C* carmina ad Vergilium magna ex parte spectant: velut fol. 114^{v} carminis 1 praefatio, fol. 7^{r} c. 2, 1—4, fol. 7^{v} c. 2, 5—8 leguntur. — In eligendis carminibus cum *C* consentire solet codex Petavianus hodie ut videtur deperditus, cuius lectiones, si Burmanno eas afferenti fides, paullum quam *C* deteriores sunt. — Cum *C* arte cohaerere videtur codex Laurentianus plut. 33, 31 saec. XIV ineuntis, in quo sunt c. 24, 25, 261; de quo cf. Baehrens I 56; IV 25.

[Iam enumerandi sunt libri: Berolinensis Diezianus B. 66 saec. VIII—IX, in quo sunt et c. 186—188 male habita et Celeuma illud c. 388^{a}, quod primus inde edidit ad L. Muelleri apographon Baehrens in Analectis Catullianis p. 77; Casanatensis B. IV 18 saec. IX qui fol. 74 v. in mg. c. 232, 224, 318 habet; Parisinus 9344 saec. XI, in quo sunt c. 634, 1, 392 bis, 181.] —

V

[In verbis carminum recte constituendis proficiscendum est a rebus ad orthographiam spectantibus. Ea autem in *A* tam male habita est quam in plerisque eiusdem aetatis libris vulgarem dicendi usum secutis neque emendatorem ullum paulo doctiorem expertis. Persaepe enim inter se commutantur *e* et *i* (addedit, decit), *o* et *u* (luxoria, furtuna), *b* et *v* (uipedes, nobus), aliae; persaepe ponitur geminata littera pro simplici (tullit, sillua, tyrranni, tollerasse), *d* pro *t*

Digitized by Google

(pedere, scrudata), *b* pro *p* (probrius), *g* pro *c* (Vulganus), *e* vel *ę* pro *ae*, quod unum in apparatu enotare supervacaneum putavi, *i* pro *y* (limpha, sed et Cyterea), *c* pro *ch* (caos), *t* pro *th* (termae, Tetis), porro *f* pro *ph* (Foebus, elefans, limfa, sed et limpha) et aspiratio modo falso dempta est (*orrida, proibetur, ospes*) modo falso addita (*hăc, cohacmentare* 19, 18; *Symphosius; herus* 117, 24), et *au* (paene dixi gallice) pro *al* ponitur (*cauculus* 192, 1), aliaque eius generis multa sunt. Quid quod et archetypus quem ex A^1 novimus iam habet *incobuere* (8, 36), et *BV* quorum scriptura Carolingica aetate emendata est[1]), talibus corruptelis ut *furinę B* (134, 1, ubi *A* recte habet *formae*) ostendunt, archetypum eorum eadem hac formarum barbarie et corruptione fuisse? Quae nunc optime illustratur egregio M. Bonneti libro 'Le latin de Gregoire de Tours' (Parisiis 1890). —

Haec autem orthographiae vitia utrum solis scribis an ipsis poetis, qui quidem ultima aetate fuerunt, crimini danda sint, haudquaquam omnibus locis pro certo diiudicare licet. Etenim metri ratione habita affirmamus ipsum Luxorium scripsisse *quĕsumus* 314, 7 (non *quaesumus*), et *Harpўacis*) (vel *-ĭacis*) 333, 8 (non *Harpyiacis*) et alium poetam *fĕditas* 224, 4 (non *foeditas*); porro apud Luxorium versus recurrentis ratio postulat *cēdis* 325, 3 (non *caedis*); apud Felicem stichorum ratio c. 214 *Thrasamundus* et *vota* sed *cunta* (non *cuncta*) ut Romanica illa *punto, point;* et ut videtur *innobat* (non *innovat*), litterarum autem numerus in eodem carmine et *termae nimfae Foebo* et rursus *limpha* (v. 10) flagitat. Memoratu dignum est, in eo carmine diphthongum *ae* tamen nusquam in *e* transiisse! In alio autem acrosticho (c. 120) certa

1) cf. *sphinga* c. 180 *B*, *sfinga A*. — Ita in primam declinationem deflectunt *Colchida* 17, 25, *Briseida* 135, 2, *Calydona* 199, 68, *Lacedaemona* 351, 3, *Laida* 374, 1; alia.

Digitized by Google

lectio est *Filocali*, qualis scriptura quarto saeculo ('Porfirii' aetate) iam increbuit, et (v. 4) *ospes*. Vides, quibus vitiis scripturae poetae illi Africani indulserint, ut dubites, an non multo pluribus locis talia ex *A* retinenda fuerint: at contra incertum putabis in plerisque, quomodo poetae ipsi ultimae aetatis homines neque doctissimi neque vero prorsus rudes et inculti, in ea re se gesserint, praesertim cum in *A* ipso praeter vulgaria illa permultis locis scriptura rectior sive elegantior servata sit; ut dubites, an non etiam saepius scriba eam servare debuerit. Quae cum ita sint, ego in re dubia id egi, ut praeter eos locos, quos a poeta ipso barbare scriptos esse certis argumentis constet, reliquos ad antiquam normam revocarem.] — [Ad difficultates vero ex orthographia neglecta ortas eae accedunt quae ex neglegentia in rebus metricis et prosodiacis conspicua oriuntur, quam Baehrens quoque adesse concedit: quae cum in aliis horum poetarum maxima est tum in Luxorio[1]). — Praeter has duas causas et tenue multorum poetarum ingenium et sermo vitiosus Africanorum et alia efficiunt, ut in critica exercenda textuque qui dicitur constituendo] in multis horum carminum illud Hauptii valeat (opusc. I 218): '*man schwankt bei werken die unter dem mittelmaessigen stehen immer im zweifel ob man ihnen zu viel oder zu wenig zutraue*'. [Quare quam maxime cavendum putavi, ne studio poetas ipsos emendandi abriperer, quo persaepe labuntur Baehrensius aliique, sed ut singulorum indole prius perspecta statuerem, quid eis dignum sit, quid non, deinde autem ut quam proxime possem ea ratione habita ac perpensa ad libros maximeque ad *A* verba poetarum conformarem].

De quibus libris in universum recte iam statuit Orellius (ed. Phaedr. p. 218): '*Ut antiquior, sic etiam quod*

1) [Ad hanc in versu 356, 1 *candenti* a poeta neglegenti positum revocare quam verbum mutare malo.]

Digitized by Google

ad lectionem ipsam pertinet longe praestantior est Salmasianus, ita tamen, ut nonnulla necessario e Pithoeano corrigi debeant[1]). *Tanta est autem inter utrumque discrepantia, ut manifesto ex diversis exemplaribus sint descripti*'. Multo deterior et minus fidus ut supra dixi plerumque est *V*. Atque ut clarius etiam appareat quantum *A* ceteris praestet et ad primariam syllogae formam hic illic nos revocet, duas res afferam. Primum in Luxorii c. 302, 14 pro *arrectos* legitur *ularrectos*. Quid hoc sibi vult? Libro nempe nondum edito poeta voce *vel* (i. e. *ul*) eligendi sibi arbitrium reservavit, utrum v. 13 an 14 recepturus esset: quae tum vocula in *A* remansit. Altera res haec est: [Nota ℞ sive ℟ sive /℞ quae in codice *A* septies extat (17, 334; 149, 3; 151, 2; 199, 68; 78; 302, 14; 353, 7) 'retracta' vel 'require' significat vel 'requiratur' vel 'requirendum' sc. vel quis ille sit de quo in versu agatur, vel quomodo versus possit ex alio codice emendari; cf. 683, 19 et 684, 7 in Turicensi 78, et Wattenbach, Schriftthum etc. ed. II p. 281. — Alterum utrum hac quoque nota ~ (17, 240; 243; 18, 40; 21, 199; 198, 50) vel ≈ (17, 252) fortasse significatur, quae tamen recentis aetatis esse mihi a. 1869 denuo investiganti visa est. Quae est nota super *templi* (21, 192) ita ∾, hiatum videtur notare emendandum.] In tanta libri *A* praestantia tamen ne eis quidem locis, ubi omnes consentiunt, vitia absunt: quae sive in primo syllogae archetypo sive tunc saltem, cum familiae codicum A^1 et *BV* separarentur, iam adfuisse statuendum est. Velut quod c. 117, 21 *nomine bestie ABV* exhibent, ubi cum Sannazario *vomere vertit* legendum;

1) In *A* saepe in verbis sese excipientibus littera proxima aut excidit (*luc ameno* 202 pro *luco amoeno; sor* pro *sors* 193, 4) aut duplicatur (*soluit tumenti* 200, 21 pro *s. umenti; Iovem* [pro *Iove*] *mundus* 239, 8; *vellit* [pro *velle*] *dedit* 243, 2; *placens sagillis* [pro *agilis*] 354, 2). Hoc Duebnerus iam animadvertit.

Digitized by Google

quodque ib. 16, ubi *flabella* Heinsius recte coniecit, *fabilla* in *A*, *fabella* in *B*, *faula* in *V* extat. Patuit igitur campus, quamquam non ingens, ingenia experturis, cumque multa futiliter temptarentur, multa tamen inde a Scaligeri Pithoei Salmasii Heinsii curis praeclare emendata sunt.

Coniecturas autem et aliorum et meas commemoravi eas tantum, quae aut probabiles aut aliqua ratione memorabiles visae sunt. His signis [ ] verba ab emendantibus addita circumscripsi. Codicum [praeter eos quos disertis verbis excepi] lectiones omnes praeter *e* et *ae* inter se commutata quam diligentissime potui enotavi. Carminum inscriptiones ex codicibus retinui. A poetis ipsis eas provenire non dico (cf. e. c. 269); retinendo autem et editionis rationi et rerum interdum perspicuitati consulendum putavi.

[Paucis dicendum est de arte critica in Symphosio (c. 286) exercenda. In quo recensendo quas rationes secutus sim cum iam p. 221 sq. exposuerim, addo libros *A α d* ubi nil de eis adnotavi contextum meum, *β* ubi nihil dixi recensionem *B* sequi. Recensiones *D* et *B* ab ipso poeta profectas olim dixi; quod nunc non tam fidenter profero, neque tamen Baehrensio qui ex 'Octaviani anthologia' (ex *A*) genuina Symphosii verba et glossas contaminante has demum recensiones disiunctas dicit, astipulari possum, quippe qui ad 'viros doctos saeculi septimi' ut recensionum duarum auctores confugere coactus sit, cum tamen saeculo septimo docti eius generis fuerint prorsus nulli. Equidem si non ab ipso poeta, at certe ab aequalibus eius vel brevi post, cum eius aenigmata etiamtum maxime vigerent, verba ludendi causa (idque interdum et praecipue in *B* non satis feliciter) immutata recensionesque quae in *A* contaminatae, in *DB* separatae sunt ortas esse existimo.]

Digitized by Google

Ad calcem huius fasciculi aenigmata hexasticha rhythmica barbarie horrida edidi, quae e codice Bernensi 611 saeculi VIII—IX a se descripta Hermannus Hagen amicus mihi transmiserat quibusque emendandi operam utilissimam adhibuit. [Addidi lectionem libri Lipsiensis anno 1894 a me conlati et Vindobonensis Monei. Et hi quidem artius paulo inter se conexi non tamen tam boni sunt quam Bernensis, *L* autem melior est quam *V*. Ad antiquitatem haec aenigmata puto revocanda conlato et c. 383 et arte metrica vel potius rhythmica Commodiani.]

Indices addentur fasciculo alteri.

DABAM HEIDELBERGAE mense Octobri anni MDCCCLXVIII [DABAM FRANCOFVRTI AD MOENVM mense Iulio anni MDCCCXCIIII].

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM ANTIQVISSIMORVM

Digitized

CARMEN
PAPYRI HERCVLANENSIS.

I

(*columna I*) B. M. —

. . . . . c . . . un . . . . . .
. . xim . . . . . ael . . tia . . . . . .
Caesaris a . . . ap . . . hariam . . . . . s
. rt . . s ille . . . . nato cum . . . . . eiia por . .
Quem iuvenes . ra navos erat de . . . . uncta
Bella, fide dextraque potens rerumque per usum
Callidus, adsiduos tractando in munere Martis.
Imminet opsessis Italus iam turribus hostis
A . . . . . sa nec defuit impetus illis

(*col. II*)

. . . . . s . . qu . . . . . .
. . . . . nt ipso . . . . . re

I = c. 482 *ed. pr.* — *Quae litteris obliquis distinxi, in papyro iam aut plane aut ex parte perierunt, sed aut a Campittio, qui primus edidit* (*volum. Herculan. vol. II* 1809), *vel Haytero, qui iterum descripsit apographumque aeri incidendum curavit, lecta sunt, aut sine dubio recte coniecta sunt. cf. Baehrensii Poet. lat. min. I* 212 *sqq. qui lectionis minima quaedam attulit.* — Rabirium *Ciampittius et plerique* (*cl. Seneca de benef. VI* 3), L. Varium *Hayterus*, Albinum *Eggerus auctorem carminis putant.* 2 Maxim *Kreyssigius Misnensis a.* 1835 caelestia *Kreyssigius* 3 apud *Kreyssigius* Phariam *Fea* 4 Fert *et* oppugnato *Kreyssigius* portu *Kreyssigius* 5 grandaeuos *et* per cuncta *Ciampittius* secuti *Kreyssigius* 6. 7 *em. Ciampittius* Martis *suppl. Ciampittius*, belli *Kreyssigius* 8 hostis *Kreyssigius* 9 *em. Ciampittius*

Digitized by Google

. . . . . edunt pa*t*r . . . . . mia t*er*ris
. . . . a i . . . . agis, quam s . . . *nge*sta later*e*nt
Cum . u*p*er . . . . *l*ius Pelusia *m*oenia Caesar
. . . *e*rat im*p*eriis animo*s* cohi*b*ere suorum:
'Qu*i*d *c*apitis i*am* *ca*pta? iacen*t* quae . . . . . .
Subruitis *f*erro *me*a moenia? *quond*am er . . . *o*stis
Haec mi*h*i cum s . . . a plebes quoque . *u* . . . . . victrix
Vindicat h . . . . . mulam Roma*n*a tot e . . . . *us* . n . m

(*col. III*)

. . . . . liu . . . . . .
. . . . . *i*m . . . o . . . . . u . . . .
. . . . *t* Alexandro *thala*mos *in*trare deorum
Di . etiam *p*otuisse deam v*i*disse . *u*m . . . . s
Actiacos, cum *c*ausa *f*ore*s* tu *ma*xima *be*lli,
Pars etiam im*per*ii. quae femina t*an*ta? vi*r*oru*m*
Quae series antiqua *f*uit? ni gloria mendax
Multa v*e*tus*t*atis nimio *conc*edat honoris

(*col. IV*)

. . . . . an . . . . . .
Saepe e*go*, quae ves*t*ris cu*r*ae *se*rmonibus . . . . .
Qua*s* *i*gitu*r* segnis t . . n nunc quaerere causas
Exs*a*ngu*i*sque mor*a*s vitae libet? Est mihi coniunx
. . . . h . . . i posse*t* *Ph*ariis subiungere regnis

12 *suppl. Ciampittius* deformia *Ciampittius* haec praemia *Kreyssigius* 13 Et foeda illa magis, quam si nos g. l. *Ciampittius* si congesta *Kreyssigius* 14 cuperet *Ciampittius* super *Fea* illius *Kreyssigius* 15 coeperat *Fea; rell. suppl. Ciampittius* 16 *suppl. Ciampittius, qui et* quae praemia belli? 17 *suppl. id., qui et* erat hostis 18 socia *Kreyssigius* ; nunc sibi victrix *Ciampittius* 19 *suppl. Ciampittius, qui et* hanc famulam 22 *suppl. Ciampittius, qui et* Fas et Alexandro 23 Dico *Ciampittius* Diram *Kreyssigius* potuisse *Kreyssigius* doluisse *Ciampittius* tumultus *Kreyssigius* triumphos *Ciampittius* 24—27 *suppl. Ciampittius* 29 *suppl. Ciampittius, qui in fine* angor. (uestris *Kreyssigius*) 30 Quas igitur *Kreyssigius* 31 Exsanguisque *Kreyssigius;* moras *Ciampittius* 32 Parthos *Ciampittius* qui *Ciampittius* si *Kreyssigius; rell. Ciampittius*

Digitized by Google

Qui statuit nostraeque mori pro nomine gentis.
Hic igitur partis animum diductus in omnis
Quid velit, incertum est; terris quibus aut quibus undis
(*col. V*)
. . . . ctumque . . . . m quo noxia turba coiret
Praeberetque suae spectacula tristia mortis.
Qualis ad instantis acies cum tela parantur,
Signa, tubae, classesque simul terrestribus armis,
Est facies ea visa loci, cum saeva coirent
Instrumenta necis, vario congesta paratu:
Vndique sic illuc campo deforme coactum
Omne vagabatur leti genus, omne timoris.
(*col. VI*)
. . . . acet . . . . . ferro tu . . is . . le ven . . . .
Aut pendente suis cervicibus aspide mollem
Labitur in somnum trahiturque libidine mortis.
Perculit adflatu brevis hunc sine morsibus anguis,
Volnere seu tenui pars inlita parva veneni
Ocius interemit; laqueis pars cogitur artis
Intersaeptam animam pressis effundere venis;
Inmersisque freto clauserunt guttura fauces.
Has inter strages solio descendit et inter
(*col. VII*)
At . . . . alia . nc . . . . . a . . te
Sic illi inter se misero sermone fruuntur.
Haec regina gerit. procul hanc occulta videbat
Atropos inridens inter diversa vagantem
Consilia interitus, quam iam oua fata manerent.
Ter fuerat revocata dies; cum parte senatus
Et patriae comitante suae cum milite Caesar

33 *suppl. Ciampittius* 34. 35 *suppl. Ciampittius* His *et* animus *Kreyssigius* 36 Delectumque locum (forum *Ciampittius*) quo noxia *Ciampittius et Kreyssigius* 37—43 *suppl. Ciampittius* 44 Hic cadit incumbens ferro, tumet ille ueneno *Ciampittius* 45—52 *suppl. Ciampittius* (47 percutit *Kreyssigius*) 54—61 *suppl. Ciampittius, qui et* 57 sua fata 59 dominante *Morgensternius*

Digitized by Google

Gen*tis* Alexa*ndr*i ca . . e*n* . *a*d *moenia* venit
Signaque constituit. sic omnes t*e*rror in artum
(*col. VIII*)
. . . . *rere* . . . . m por*ta*rum c*l*austra nec urbem
Opsidione tamen n*e*c corpora moenibus a*rc*ent,
Castraque pro muris at*q*ue arma pedestria ponunt.
Ilos inter coetus *t*alisque ad bella paratus
Vtraque sollemnis iterum revocaverat orbes:
Consiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

60 cupiens *Ciampittius* (cingens *Kreyssigius*) 62 Obterere adnisi *Ciampittius* portarum claustra per *Ciampittius* nec *Fea* 63. 65 *suppl. Ciampittius* 63 aptant *Heynius* absunt *Fea* audent *Baehrens*.

Digitized by Google

CARMINA
CODICIS VERGILIANI VATICANI 3867.

1
OVIDII NASONIS
Argumenta Aeneidis.

Praefatio.

Burmann. AL. II 192. Meyer. 862. Baehrens. P. L.M.IVp.161.

Vergilius magno quantum concessit Homero,
Tantum ego Vergilio 'Naso poeta meo'.
Nec me praelatum cupio tibi ferre, poeta:
Ingenio si te subsequor, hoc satis est.

R = *Vaticanus* 3867 *Vergilii, saeculi ut uidetur V—VI* *E* = *Vossianus fol.* 111 *saec. IX* *bc* = *Bernenses* 165 *et* 184 *s. IX* *γ* = *Gudianus s. IX* *C* = *Parisinus* 8069 *s. X uel XI* *X* = *Valencen.* 389 *s. IX—X* *p* = *Parisinus* 7927 *s. X* *Z* = *Vaticanus* 1575 *s. X uel XI* *P* = *Palatinus* 487 *s. X. Extant in multis libris aliis, ut Bernensibus* 167 (*s. IX—X*), 172 (*s. X*), 255 + 239 (*s. IX*), *Vindobonensi* 58 (*s. X*), *Monacensi* 19413 (*s. X—XI*), *Parisino* 9344 (*s. XI*), *aliis. Vaticanus* 3252 *Bembinus s. IX habet v.* 1—10.

Praefatio in EγCP extat. Incẽpt episrammatũ (ũ *m. sec. in ras.*) Obidii Nasonis in libris eneidarum Vergili/// (*in rasura* i) praefatio *E* Ouidius Naso Publio Virgilio suo salutẽ. Praefatio *P* Versus Ouidii Nadonis *p* Carmen Ouidii Nasonis *γ* Versus Ouidii Nasonis de Virgilio (incipiunt *C*) *C, Bembinus.*

1 uirgilius *CPBemb.* magno *om. γ* quantus *γ* 2 uirgilio *γCPBemb.* 'Naso poeta meo' *ex Ouid. Trist. III* 3, 74 4 ingemo *C* subsequar *P*

Digitized by Google

Argumenta quidem librorum prima notavi,
  Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos feci legerent quos carmine versus,
  Aeneidos totum corpus ut esse putent.
Adfirmo gravitate mea, me carmine nullum
  Livoris titulum praeposuisse tibi.

B. II 191. M. 860. B. IV 176.

I

Aeneas primo Libyes adpellitur oris. —
B. II 192. M. 862. B. IV 172.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas odiis Iunonis pressus iniquae
Italiam quaerens Siculis erravit in undis.
Iactatus tandem Libyae pervenit ad oras
Ignarusque loci, fido comitatus Achate
Indicio matris regnum cognovit Elissae,
Quin etiam nebula saeptus pervenit ad urbem
Abreptosque undis socios cum classe recepit.

Recensio in E servata: I a: Libyae conpellitur undis. 4 Naufragus et tandem Libyae est advectus ad oras 7 in urbem 8 Abreptos socios undis.

u. 9—10. 5—8 *Ribbeckius* 5 priua *L. Muellerus* 6 errore γ 7 feci legerent *E* felice gerent *P* legere ut feci γ legerent feci *CBemb.* qui *ci. Ziehen* 9 grauitatẽ γ probitate *Burmannus* meae *E, sed* e *m. sec.* camine *E, sed* r *m. sec.* crimine nullo l. titulos *Tollius* 10 liboris *E* laboris *P* proposuisse γ

Decasticha, singulis monostichis praemissis, extant in RbcPpXZ; separata extant in E; de γ incertus sum (cf. Ribbeck. proll. Verg. p. 370, *sed et p.* 377). *Z cum E facit. X a libro V incipit. Leuiora librorum praeter RE uitia interdum omittam; ex pZP non nisi pauca afferam* I Ĩt monostica in libris aeneidos *E* Incipit uersus Ouidii Nasoni *c* Epigramma Ouidii Naſ̃ *cett. Z* libie *E* libyae *rell.* depellitur *libri* oras *Ribbeckius ZP = E.* Liber primus *E* 1 uello *E m. pr.* 2 praessus *R* 4 libiaę *E. P = E* 5 achatae *RP* 6 helissaę *E* alisse *p* 7 septus ꝑbenit *E* 8 adreptosque *Rbγp* arreptosque *cBern.* 167. 235

Digitized by Google

Hospitioque usus Didus per cuncta benignae
Excidium Troiae iussus narrare parabat.

(cf. ad I) II

Funera Dardaniae narrat fletusque secundo.

(cf. ad I)

Conticuere omnes. tum sic fortissimus heros
Fata recensebat patriae casusque suorum:
Fallaces Graios simulataque dona Minervae,
Laucontis poenam et laxantem claustra Sinonem,
Somnum, quo monitus acceperit Hectoris atri,
Iam flammas caeli, Troum patriaeque ruinas
Et regis Priami fatum miserabile semper
Impositumque patrem collo dextraque prehensum
Ascanium, frustra a tergo comitante Creusa;
Ereptam hanc fato, socios in monte receptos.

III

Tertius errores pelagi terraeque requirit.

Post eversa Phrygum regna ut fuga coepta moveri
Vtque sit in Thracen primo devectus ibique

Rec. E: II a: defletque 10 repertos

9 hospitio (s *m. 2*) *E* didois *c* dodois *p* benigne *EP* 10 parabant *p*

II *om. bcγ* II (*et sic in rell.*) *E* flectaeque *R Bernensis* 167 fletusque *recentiores* *ZP* = *E* secundus *P* 1 II *E* tum *R* tunc *rell.* haeros *E* 2 patriae *REP* troiae *bc* troiaeq. *γ* casussusq. *b* 3 donata *E*, *corr. m. sec.* 4 Laocoontis *Rγ Pp* Laucoontis *E* Laocontis *bc* et *om. Ebcγ* 5 somnium *RP* acceperat *Ebc* -erit *RP* haec toris *E* atrum *γ Bernenses* 6 famas *cγ* f'amas *b* 7 regnum *R* fato *R* 8 iam positumq. *P* praehensū *R* prahehensū *E*, *corr. m. sec.* 9 a *solus E* (at *m. sec.*) comitata *P* Creusa (e *in ras.*) *R* 10 preptam *p* hanc *om. bγ* sociosque *Z* repertos *etiam Zp*

III a *om. Rcγ, dedi ex bEZP* (requiret *P*) *u.* 1—10 *om. R* III *E* 1 phrigũ *EZ* ut *solus E* cepta *Eγ* 2 in thrachen *E* in tracẽ *γp* itrarem *b* primo *cγ* primum *E* primi *b* uento *P* deiectus *b*

Digitized by Google

Moenia condiderit Polydori caede piata,
Regis Ani hospitium et Phoebi responsa canentis,
Coeptum iter in Creten, rursus nova fata reperta,
Naufragus utque foret Strophadas compulsus ad undas.
Inde fugam et dirae narrat praecepta Celaenus,
Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis,
Supplicem Achaemeniden Polyphemo urgente receptum
Amissumque patrem Drepani. sic deinde quievit.

IV

Vritur in quarto Dido flammasque fatetur.

At regina gravi Veneris iam carpitur igni.
Consulitur soror Anna; placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur venatum, Veneris clam foedera iungunt.
Facti fama volat. monitus tum numine divum
Aeneas classemque fugae sociosque parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent nec iam datur ulla facultas,
Conscenditque pyram dixitque novissima verba
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

E: III 5 Cretam 6 ab undis 7 praecepta horrenda IV a flammisque crematur 5 Factum fama notat 8 videt

3 polidori *libri* 4 legis *c* Ani *Ribbeckius* anii *E* ; ad *bcγp* ; in *P* et *Z* ospitium *Ec* phebi *E* canebat *libri; sed* -ebant *Z,* -enti *P; corr. Bachrens* 5 rursū, *sed corr., E* 6 strofadum *P* conpulsus *E* ad undam *P* ad udas *Heinsius* 7 *P* = *E* dire *E* irae *b* iree *c* narrat *om. E* atque itē narrat *γp* orrenda *E* 8 elenum *E* preceptis *Ebcγp* 9 c̊hemeniden *E* -dem *P* acem. *cp* populphemo, *corr. m. sec., E* ungente *b* urguente *γ*? *P* recepit *bcγ* receptus *E* (*sic*) 10 que *om. E* dripanis hic *E et fere Zbcγ* dephanis hic *p, corr. ed. Aldina.*

IV a *om. bcγ.* 1 *PZ* = *E* 1 IIII *E* capitur *E* 2 anne *E* soror *om. cγ* 3 de his honerantur *E* 5 tunc *cγ* 7 sentit *PZ* praecibus *R* 8 'fata Iovis poscunt' *Aen. IV* 614 uidet *Ec* ulla loquendi *pcγ* ulla uoluptas *PZ* 9 *prius* que *om. R* conscediq; puram (piram *m. 2*) *E*

Digitized by Google

V

Quintus habet ludos et classem corripit ignis.

Navigat Aeneas. Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios. una hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens adlapsa sagitta.
Iris tum Beroen habitu mentita senili
Incendit naves, subitus quas vindicat imber.
In somnis pater Anchises, quae bella gerenda
Quoque duce ad Manes possit descendere, monstrat.
Transcribit matres urbi populumque volentem
Et placidum Aeneas Palinurum quaerit in undis.

VI

Quaeruntur sexto Manes et Tartara Ditis.

Cumas deinde venit. fert hinc responsa Sibyllae.
Misenum sepelit; mons servat nomen humati.
Ramum etiam divum placato numine portat.
At vates longaeva una descendit Avernum.

E: V a: quos concelebraret Acestes 5 item 10 placida—unda VI 4 Ad vatis tecta atque

V a: *sic pbγX om. R.* quos concelebrar *ceteris erasis* (*quae Holderus legit* &νενϑϱν) *E.* quos concelebrabat acestes *Z.* quis concelebratur aceste *P* 1—10 *om. R* 1 V *E* 2 Hinc *X* 4—6 *om. γ* 5. 6. 4 *bP* 4 prodigio *Heinsius* prodigiũ *Eb* prodigiosa & *XpBern.* 239 delapsa *b* 5 tum *Ribbeckius* tunc 5 tè *p* Nutricem *bXPBern.* 239 te *ut uid., erasum c* ≡abitũ *E, corr. m. 2*

pro 7: Cuncnatum (i. e. Tunc gnatum) $\overset{n}{\underset{g}{a}}$chises solatur noctis in umbris *bP et fere Bern* 167 *versum 7 et hunc habent XZ* 8 ducẽ *cγp* narrat *bPBern.* 167 9 trans scribit *cγX* mores urbis *bP* 9. 10 *cf. Aen.* V 750. 836 placitum *P* Finit carmen Obidii *X* (*Ouidium Nasonem X ad libr. VII et IX nominat*)

1 VI *E* Cymas *RBern.* 239 sibillae *Ep* 2 seruans *RX* 3 uiuum *R* etiam (et *X*) ante (antea *c* ãna *p*) deũ (diuum *pcX*) *cγXpBern.* 239 4 *pZ fere* = *E* longaeua *RbX*] tecta atque (adque *E*) *EcγBern.* 239

Digitized by Google

Agnoscit Palinurum et ibi solatur Elissam
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum poenas audit narrante Sibylla.
Convenit Anchisen penitus convalle virenti
Agnoscitque suam prolem monstrante parente.
Haec ubi percepit, graditur classemque revisit.

VII

Septimus Aeneam reddit fatalibus arvis.

Hic quoque Caietam sepelit, tum deinde profectus
Laurentum venit. hanc verbis cognoscit Iuli
Fatalem terram: 'mensis en vescimur' inquit.
Centum oratores pacem veniamque petentes
Ad regem mittit Latii tum forte Latinum,
Qui cum pace etiam natae conubia pactus.
Hos furia Allecto Iunonis dissipat ira:
Concurrunt dictis, quamvis pia fata repugnent.
Belli causa fuit violatus vulnere cervus.
Tum gentes sociae arma parant, fremit arma iuventus.

E: 5 Palinuron; ibi 9 Cognoscitque VII 1 tumulatur (?) 3 iam 5 tunc 7 Hic furiam | distruit 8 Rex cedit furiis 10 Arma ferunt gentes sociae; flat bella iuventus

5 consolatur *X* elisã *XPZ* elissa *p* helissã *E* 6 D̃iphobũq⁹ *E* laterum *R* 7 audit *REPZ* discit *bXγ* discet *cp* sibilla *E* 8. 9 *om.* X 8 penitus (patris *P*) ·q· in ualle *RbcγPBern.* 239 conualle *E* (*cf. Aen. VI* 679) 9 narrante *RbγP* monstratq. *cp* parẽtẽ *p* 10 sociosque reuisit *cγ* t socios *X m. 2*

VII *om. bc* aenean *γXP* 1 VII *E* sepelit tum *R* tumult *E solus.* tumulo dat *L. Mueller pZP fere* = *R* tum] cum *p* 2 Laurentumque *RbγX* que *om. EZ* Lauinium *P* hanc *om. γX* ac *P* hic *Z* cognouit *RP* cognom̃ *X* 3 en *RγX* iam *b* hic *P; om. p* 4 q⁹ *ex* t *E m. pr.* 5 mittunt laeti *RγXPpBern.* 239 forte *PZ* sorte *RγX* fonte *E m. pr.* 6 nata *Rp* 7 hoc *PRbγXpBern.* 239 hos *Z* haec *L. Muellerus* forte *RγXP* sorte *p* furia *bcZ* distrahit *Z, recte?* iram *Rγ* 8 Rexedit (c *a m. sec.*) *E* *u.* 10 = *c.* 653, 48 sociadat bella *E, correxi in Addendis* 1870 *p. LVI*

Digitized by Google

VIII

Praeparat octavo bellum [et] quos mittat in hostis.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce,
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium et doceat, quae causa petendi.
Aeneas divum monitu adit Arcada regem,
Euandrum Arcadia profugum nova regna tenentem.
Accipit auxilium: huic natum et socia agmina iungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamque habilis bello et maternis laetus in armis
Fataque fortunasque ducum casusque suorum
Sortitus clipeo divina intentus in arte est.

IX

Nonus habet pugnas nec adest dux ipse tumultu.

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naves Rutulis iaculantibus ignem
Nympharum in speciem divino numine versae.
Euryali et Nisi coeptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadae vallumque tuentur.
Audacem Remulum dat leto pulcher Iulus.

E: VIII a: armat in hostes 6 auxilia: hic natus s. a. i. 7 Euandri 10 Miratur clipeo divinam natus in artem IX a pugnam | rex 1 haec 2 festinat Turnus 7 leto dat

VIII hoctabo *E* octauos *L. Muellerus* et *add. Heynius* ostem *E* armet *PZ* mittit *X* 1 VIII *E* 3 ausiliũ *E* 4 monitu *REc* ` monit' *γP* monitis *b* moniti caedit *X* petit *conicio* adit *libri* (adiit *p*) arcade *E* 5 arcadiae *RγXPBern.* 239 *et* (arch.) *pbcZ* patria *L. Muellerus, recte?* tenẽtẽ *E* petentem *rell.* 6 *num* huic *delendum?* ⁵natũ *b* 7 euandri *Eb* fatiΞ *E* 9 causasque *b* 10 divinam .. in artem *puto*

IX *PZ* = *E.* tumulti *E* tumultus *c* 1 VIIII *E* adque *R* 2 Tunonus monito *X* ostem *E* 3 in naues *E* nauis *PZ* 4 nīpharũ *EbcZ* specie *E* 5 euriali *EbeZ*(*p*) ceptis *E* 6 pugnantur *libri praeter EP* aeneae *Bern.* 239, *p* baęllũq; *E* bellumque *P* 7 romulum *RXZp* pulcer *E*

Digitized by Google

Fit via vi. Turnus Bitian et Pandaron altum
Deicit et totis victor dat funera castris,
Iamque fatigatus recipit se in castra suorum.

X

Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.

Concilium divis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Advenit Aeneas multis cum milibus heros.
Mars vocat et totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in proelia Turnus
Caedunturque duces, cadit et sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnae Iunonis numine Turnus.
†Aeneas perstat Mezenti caede piata†
Et Lausum invicta perimit per vulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

XI

Vndecimo victa est non aequo Marte Camilla.

Constituit Marti spoliorum ex hoste tropaeum
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.

E: 8 acrem 10 tuta X 3 heros] inde 8 instat | cruentus 9 Lausus fata patris praesenti morte redemit XI 2 Exanimemque | feretro

8 bitiam *Rbcγ Xp* betiã *E* pãdoron *E* pandarum *rell.* -daron *P*(*Z*) altum *cf. Aen. IX* 674 10 recipet *Rγ* tuta *EZ*
X *om. b* aenae *E* Mezzentius *Rγ* 1—10 *om. b* 1 X *E* 2 hõnib; *E* 5 interimit *EBern.* 239 interemit *rell.* (-ẽmit *p*) pallnta *E* praelia *X* 6 ducesq; *p* 7 subtraitur *E* nõmine *X* 8 prestat *X m. pr. Pp* mezzenti *RγBern.* 167 piata *Rcγ XP* Mezenti caedi Aeneas tum fervidus instat (*cf. Aen. X* 788) *vel tale quid conicio* 9 presenti *E* Et clausum *p* peremit *R* inuita sternit *P* 10 uictor *libri, corr. Burm.* mezzentius *RγBern.* 167
XI *om. p* uita *X* 1 XI *E* spoliatũ *E* spoliato *b* tropeum *E* tropea *P* 2 exanim (min *m. pr.*) emq; *E*

Digitized by Google

Iura sepulturae tribuit tempusque Latinis.
Euander patrios adfectus edit in urbe.
Corpora caesa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt, Diomeden arma negasse.
Drances et Turnus leges aequante Latino
Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
Pugnatur. vincunt Troes. cadit icta Camilla.
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

XII

Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

Turnus iam fractis adverso Marte Latinis
Semet in arma parat pacem cupiente Latino.
Foedus percutitur, passuros omnia victos.
Hoc Turni Iuturna soror confundit et ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem.
Aenean volucri tardatum membra sagitta
Anxia pro nato servavit cura parentis.
Vrbs capitur. vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus utrimque
Circumfusa acie vita spoliavit et armis.

E: 5 disiecta 9 ipsa 10 nocti cessere minanti
XII 6 Aeneam 9 progressus

4 *sic R*, affectus *EbcPBern.* 167. 239 c(a)edit *bγ* aedit *E* edet *P* 6 ligati *R* 8 inminet *E m. pr. XcP* 9 iacta *Rc* icta *Z* acta *bγBern.* 167. 239 10 dein reduces *L. Muellerus*
XII a: dudecimo *γ* Ultimus imponit bello turni nece finem *p* 1—10 *om. p* 1 XII *E* fractos—latinos *P* 3 fedus *E* passurus *Rcγ XZBern.* 167. 239 passuri s *b* hõnia *E* uictos *E* -us *reliqui* 4 contundit *E* confudit *P* 5 mentita *E* 6 aenean *RXP* aeneas *ZBern.* 239 tardatur *RXPZBern.* 239 tardantem *Bern.* 167 7 ᵍnato *b* serbabit *E* 8 sibi *ex* siui *E* 10 *om. P*

2

OVIDII NASONIS

B. II 189, 1—4.
M. 836, 1—4.
B. IV 173.

Argumenta Bucolicon et Georgicon.

Qualis bucolicis, quantus tellure domanda,
Vitibus arboribusque, satis pecorique apibusque
Aeneadum fuerit vates, tetrasticha dicent.
Contineat quae quisque liber, lege carmina nostra.

B. II 193, 1—4.
M. 863, 1—4.
B. IV 173.

Bucolica.

Tityrus agresti modulatus carmine ruris,
Formosum per quod Corydon dilexit Alexin,
Silenumque senem sertisque meroque ligavit,
Pastorumque melos facili deduxit avena.

B. II 189, 5 sqq.
M. 836, 5 sqq.
B. IV 444.

[Georgica.]

I

Quid faciat laetas segetes, quae sidera servet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratro,

Recensio E: Tetrasticha in cunctis libris Vergilii. Praefatio 5 modulatur carmen avena 6 pastor

Tetrastica *E* pref. *E* Carmen Ouidii Nasonis tetrasticon *C* Carmen tetrasticon Ouidii Nasonis incipit *Bembinus* Incipit tetrastichon Ouidii Nasonis carmen *b* Incipit carmen tetrasticon Ouidii Nasonis (in libra bucolicon *Z*) *γZBern.* 239 *et fere p et ad u.* 9 *c* 1—4 *in ECbγZBemb. extant* bocolicis *Bemb. Bern.* 167 2 peccoriq; *C* 3 aneadum *C* uatis *E* tetrastica *Cbyp* tetrasthica *E* 4 continent *b* qua *p* munera n̄sra *EBern.* 167 n̄ra *bypBemb., euanuit in C* carmine nostro *Ribbeck.* munere nostro *L. Mueller* *u.* 5—8 *in ECb extant* Buc̃ *E* 5 titirus *E* (*i. e. Vergilius*) modo laetus *b* coridon *ECb* 8 pastorumque sonos faciles duxere cicutae *Cb; dedi ex E* 9—24 *om. EC, habent reliqui* (13—16 *om. Z*), 9—12 *Bemb.* 9 quo sidere *cXpZ ; in Bemb. et Bernensibus corr.* 10 facile *libri* aratris *Bemb. cXp, b m. 2, Bernn.* aratro *Zb*

Digitized by Google

Semina quae iacienda, modos cultusque locorum,
Et docuit messes magno cum fenore reddi.

II

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli,
Pampineas canit inde comas collisque virentis
Descriptasque locis vites et dona Lyaei
Atque oleae ramos, pomorum et condere fetus.

III

Teque Pales et te, pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus et gramine pascua laeta,
Quis habitent armenta locis stabulentur et agni,
Omnia divino monstravit carmine vates.

IV

Protinus aërii mellis redolentia regna,
Hyblaeas et apes, alveorum et cerea texta,
Quique apti flores, examina quaeque legenda,
Indicat humentisque favos, caelestia dona.

11 quo *Bemb. ex corr.*, *b* facienda *c* modus *Bemb. m. 1, c, Bern.* 239 *m. 1* modo *Bern.* 172 loco *b* 12 Edocuit *ZBern.* 167. 239 Edocet et *Baehrens* cum *libri*] olim *c*, *Bemb. Bernn.* (*ex* cum 172) foedere *Bemb. m. pr.*, *cpXBernenses* 13—20 *habet R* 14 inde *b* ille *Rcγ XpBernn.* collesque uirentes *b* 15 loci *RcγXpBernn.* 16 adque *R* et condere fetus *b* ex ordine laetus *RcγXBernn.* letius *p* laetos *Bern.* 167 17. Te quoque *RX* magna pales *X* pastor *3 Bernn.* pastorum *reliqui*, *om. X* memorande *RZ all.* uenerande *pauci* ς per orbem] canemus *X* 18 gramina *omnes*, *praeter* gramine *Bern.* 167 19 habitant *omnes* stipulantur *Z* stabulantur *Bern.* 167 agni *plerique* agnae ς *pauci* *v.* 21—24 *in X a manu saec. XIII* 22 et *Z*, *om. bc*] que *γXpBernenses* aluorum *libri* et *om. c*] que *Xp* cetera *Bern.* 167. 172 texta *unus* ς] tecta *cpBern.* 167. 172 dona *b* regna *Bern.* 239, *Z* ni *γ* 23 qui *Bern.* 167 quid *Bern.* 172. 239 *cpγ* quod *Z* apti *Bern.* 239 *ex corr.*, *pauci* ς albi *Bernn. cγp* alibi *Z* colenda *Bern.* 167 *et* 239 *ex corr.*, *b* legentis *γ* 24 implicat *b* auos *p*, *Bern.* 172. 239

Digitized by Google

CARMEN
CODICIS VERGILIANI MEDICEI 39, 29.

3

Turcius Rufius Apronianus Asterius $\overline{uc}$. et inl. ex comite domest. protect. ex com̄. priū. largit. ex praēf. urbi patricius et consul ordiñ. legi et distincxi codicem fratris Macharii $\overline{uc}$. non mei fiducia set eius cuius et ad omnia sum devotus arbitrio XI kal. Mai̇̄. Romae.

B. II 187. M. 281. B V 110.

Distincxi emendans gratum mihi munus amici.
  S*uscipi*ens operi *se*dulus i*ncubui.*
Quisque legis, *rele*gas felix parcasque ben*ignus,*
  Siqua minus vacuus pra*eteriit animus*
Tempore, quo penaces circo subiuncximus atque
  Scenam euripo extulimus subi*tam,*
Vt ludos currusque simul variumque ferarum
  Certamen iunctim Roma ten*eret ovans.*

Asterii consulis anno p. Chr. 494 carmen inter Bucolica et Georgica interiectum est, de quo cf. Ribbeckius proll. critt. in Verg. p. 222 sq., unde descripsi, qui non ante VI · uel VII · saeculum epigramma in codicem inlatum esse demonstrat. Idem Verg. tom. IV post p. 206 carmen photographi arte repraesentatum depinxit; ea quae Fogginius legit, sed hodie non iam legi posse inde discimus, litteris obliquis descripsi. — cuius *N Heinsius* cui si *M(ediceus)* 3 que] q. *bis M; sic u.* 5. 7 *bis.* 14. 15. benigne^{us} *M* *u.* 3. 4. *in M post u.* 16 *positi, sed signo* ⊖ *utrobique bis posito, hodie euanido, ad u.* 1. 2 *reuocati sunt* 5 *i. e.* pinaces 6 cum euripo *Meyerus*

Digitized by Google

Ternum quippe 'sofos' merui, terna agmina vulgi
Per caveas plausus concin*uere* meos.
In quaestum famae census iactura cucurrit,
Nam laudis fr*uct*um talia d*amna ferunt.*
Sic tot consumptas servant spectacula gazas,
Festorumque *tri*um permanet *una dies,*
*Aster*iumque suum vivax transmittit in aevum,
Qui partas trabeis tam bene donat *opes.*

11 in q̄uaestum *M, sed* p̄retium *in mg. teste Fogginio; hodie tantum* q aestum *extat.* 12 serunt *M, corr. Meyerus* 14 una] *an* alma? 16 partas *Heinsius* parcas *M*

Digitized by Google

CARMEN
CODICIS PARISINI 8084.

4

B. M. —
B. III 287.

[Contra paganos]

Dicite, qui colitis lucos antrumque Sibyllae *fol. 156*
Idaeumque nemus, Capitolia celsa Tonantis,
Palladium Priamique Lares Vestaeque sacellum
Incestosque deos, nuptam cum fratre sororem,
Inmitem puerum, Veneris monumenta nefandae,
Purpurea quos sola facit praetexta sacratos,
Quis numquam verum Phoebi cortina locuta est,
Etruscus ludit semper quos vanus aruspex:
Iuppiter hic vester, Ledae superatus amore,
Fingeret ut cycnum, voluit canescere pluma?
Perditus ad Danaen flueret subito aureus imber?
Per freta Parthenopes taurus mugiret adulter?
Haec si monstra placent nulla sacrata †pudica,
Pellitur arma Iovis fugiens regnator Olympi?
Et quisquam supplex veneratur templa tyranni,
Cum patrem videat nato cogente fugatum?

P = codex Prudentii antiquissimus saec. VI.
Inscriptio deest P, in quo enotando Kruegerum (Herm. IV 353) sequor. carmen uitiis prosodiacis scatet 1 sybillae *P* 2 ideumque *P, cf. Aen. III* 112. *VIII* 653 5 inmitem] *mentionem* Catamiti *desidero* nefanda *P* 7 uirum *P* curtina *P* 10 cycynum *P* 11 danain *P* 12 parthenopis *P* mugire[t] *P* 13 sic *Hauptius num* nullo sacrata pudore? *post* 13 *uersum deesse putat Bachrens* 16 sogente *P*

Digitized by Google

Postremum, regitur fato si Iuppiter ipse,
Quid prodest miseris perituras fundere voces?
Plangitur in templis iuvenis formonsus Adonis,
Nuda Venus deflet, gaudet Mavortius heros,
Iuppiter in medium nescit finire querellas,
Iurgantesque deos stimulat Bellona flagello.
Convenit his ducibus, proceres, sperare salutem
Sacratis? Vestras liceat conponere lites.
Dicite: praefectus vester quid profuit urbi,
Cum Iovis ad solium raptor trabeatus obisset,
Cum poenas scelerum tracta vix morte rependat?
Mensibus iste tribus, totam qui concitus urbem
Lustravit, metas tandem pervenit ad aevi!
Quae fuit haec rabies animi? quae insania mentis?
Nempe Iovis vestram posset turbare quietem! —
Quis tibi iustitium incussit, pulcerrima Roma?
Ad saga confugerent, populus quae non habet olim?
Sed fuit in terris nullus sacratior illo,
Quem Numa Pompilius, e multis primus aruspex,
Edocuit vano ritu pecudumque cruore
Polluere (insanum) bustis putentibus aras.
Non ipse est, †vinum patriae qui prodidit olim,
Antiquasque domus, turres ac tecta priorum
Subvertens urbi vellet cum inferre ruinam,

25 urbii *P* *praefectus est Mommseno* (*Herm. IV* 360) *Virius Nicomachus Flavianus consul a.* 394, *Morelio Vettius Agorius Praetextatus*, *a.* 384 *et praefectus praetorio Italiae et mortuus*, *cum in a.* 385 *iam designatus esset consul.* 26 Quem *P* Quom *et* raptim *Ellisius* raptor *scripsi* trabeatus *Morelius* adisset *Hauptius* obisset *Maehly* raptum tractatus abisset *P* 27 poena *P* tracta *P* = *lenta* raptim tractatus (*qui* ducitur unco, *Iuven.* 10, 66) *cj. Ziehen*, tractam mortem *eius mortem ratus esse, cuius corpus per urbem trahitur* 28 totum *P* totam *scripsi* totum . . . orbem *Mommsenus* 29 lustrauis aetas *P* 31 Nempe Iouis *Hauptius* Sed ioui *P* Seditio ut *Thomas* 32 Quid *Baehrens* 36 uano ritu *P*; -os -us *Baehrens* paecudumque *P* 37 polluere *Morel* polluit *P* busti *P* 38 uenum patriam *Haupt* 39 antiquaque *P* ac] a *P*

Digitized by Google

Ornaret lauro postes, convivia daret,
Pollutos panes infectos ture vaporo
fol. 157 Poneret, in risum quaerens quos dederet morti,
Collaribus subito circumdare membra suevit,
Fraude nova semper miseros profanare paratus?
Sacratus vester urbi quid praestitit, oro?
Qui hierium docuit sub terra quaerere solem,
Cum sibi forte pirum fossor de rure dolasset
Diceretque esse deum comitem Bacchique magistrum,
Sarapidis cultor, Etruscis semper amicus:
Fundere qui incautis studuit concepta venena,
Mille nocendi vias, totidem cum quaereret artes:
Perdere quos voluit, percussit, luridus anguis,
Contra deum verum frustra bellare paratus,
Qui tacitus semper lugeret tempora pacis
Nec proprium interius posset vulgare dolorem.
u. 57—62: B. I 57. M. 605. Quis tibi, taurobolus, vestem mutare suasit,
Inflatus dives, subito mendicus ut esses,
Obsitus et pannis, modica stipe factus epaeta,
Sub terram missus, pollutus sanguine tauri,
Sordidus, infectus? vestes servare cruentas,
Vivere cum speras viginti mundus in annos?
Ambieras censor meliorum caedere vitam,
Hinc tua confisus possent quod facta latere,
Cum canibus Megales semper circumdatus esses
Quem lasciva cohors (monstrum) comitaret ovantem.

42 infectous *P* infectans *Delisle, correxi* infuso *Baehrens* 43 quodedere *P*, *corr. Haupt et Delisle* 44 Collaribus *Haupt* Gallaribus *P* membra circumdare *P*, *transp. Maehly* subitus *P*, *correxi* suetus *Haupt* 47. Quid *P* 48 pyrum *P* 49 que *del. Ellis* bhaccique *P* 51 concerta *P* confecta *Baehrens* 52 conquereret *P* cum quaereret *Thomas* 56 Nec *de Rossi* Ne *P* ulterius *olim scripsi* 59 stepefactusepeta *P*, *corr. Morelius* 60 terra *P* 61 seruare *sc. suasit* 62 annis *P* 63 abieras *P* ambieras (*tentaras*) *Buecheler* cedere *P* caedere *Ellis* 65 Magalis *P* 66 Quem laciua corum monstrum comitare couantem *P* lasciua cohors *Haupt* Et lasciva cohors plostrum (*Magnae Matris, cf. v.* 104) comitaret ovantum *coniecerim*

Digitized by Google

Sexaginta senex annis duravit, efebus,
Saturni cultor, Bellonae semper amicus,
Qui cunctis Faunosque deos persuaserat esse
Egeriae Nymphae comites Satyrosque Panasque,
Nympharum Bacchique comes Triviaeque sacerdos;
Quem lustrare choros ac molles sumere thyrsos
Cymbalaque inbuerat quatere Berecyntia mater,
†Quis Galatea potens iussit Iove prosata summo,
Iudicio Paridis pulcrum sortita decorem.
Sacrato nulli liceat servare pudorem,
Frangere cum vocem soleant Megalensibus actis.
Christicolas multos voluit sic perdere demens,
Qui vellent sine lege mori; donaret honores
Oblitosque sui caperet quos daemonis arte,
Muneribus cupiens quorundam frangere mentes
Aut alios facere prava mercede profanos
Mittereque inferias miseros sub Tartara secum.
Solvere qui . . voluit pia foedera leges.
Leucadium fecit fundos curaret Aforum; *fol. 158*
Perdere Marcianum, sibi proconsul ut esset.
Quid tibi diva Paphi custos, quid pronuba Iuno
Saturnusque senex potuit praestare sacrato?
Quid tibi Neptuni promisit fuscina, demens?
Reddere quas potuit sortes Tritonia virgo?
Dic mihi, Sarapidis templum cur nocte petebas?
Quid tibi Mercurius fallax promisit eunti?

67 efoebus *P* 68 Saturni *P* 69 Quictis faunosique *P*, *corr. Delisle* 70 Egaeriae nympae *P* saturosque poenasque *P* 71 q · comae triuaeque *P*, *corr. Delisle* Ny.-comes *ex Petronio* 133 72 quem (?) lustrare thorus ac moles sumeret hyrcos *P*, *corr. Morelius* 73 quem *P* que *Morelius* berecntia *P* 74 Quis *corruptum* Cytherea *Morelius, recte?* 80 Oblitosque *P* demonis *P* 82 parua *P*, *corr. Maehly* 83 q≡ iferias *P* 84 quis *P* qui *Hauptius* semper *puto*, demens *Maehly* 86 Perderet (*sc.* fecit) *puto* sic ui *Baehrens* esse≡ *P* 87 phafus *P* Paphi *Hauptius* Iuno *nunc deletum P*

Digitized by Google

Quid prodest coluisse Lares Ianumque bifrontem?
Quid tibi Terra potens, mater formonsa deorum,
Quid tibi sacrato placuit latrator Anubis?
Quid miseranda Ceres mater, Proserpina subter,
Quid tibi Vulcanus claudus, pede debilis uno?
Quis te plangentem non risit, calvus ad aras
Sistriferam Fariam supplex cum forte rogares?
Cumque Osirim miserum lugens . . . . [Isis]
Quaereret, inventum rursum quem perdere posset,
Post lacrimas ramum fractum portares olivae?
Vidimus argento facto iuga ferre leones,
Lignea cum traherent iuncti stridentia plaustra,
Dextra laevaque istum argentea frena tenere,
u. 106— 109: Egregios proceres currum servare Cybellae,
B. I 58. M. 606. Quem traheret conducta manus Megalensibus actis,
Arboris excisae truncum portare per urbem,
Attin castratum subito praedicere Solem.
Artibus heu magicis procerum dum quaeris honores,
Sic, miserande, iaces parvo donatus sepulcro.
Sola tamen gaudet meretrix te consule Flora,
Ludorum turpis genetrix Venerisque magistra,
Conposuit templum nuper cui Symmachus heres.
Omnia quae in templis positus tot monstra colebas,
Ipsa mola et manibus coniunx altaria supplex
Dum cumulat donis votaque in limine templi
Solvere dis deabusque parat superisque minatur,

96 miserande caeris subtes proserpina mater *P*, *transp. Maehly* 100 Dumque *cj. Ziehen* ossyrim *P* lugis *P* lugens *Mommsenus* anquireret Isis *Baehrens pro* latrator anubis (*sic P ex u.* 95 *iterat*) 101 quaereret *uel* quaerenet *P* 102 ost *P* portaret *P*, *correxi* 103 factos *Froehner* 104 ceu *Baehrens* 105 leuaque situm *P*, *correxi* 106 aegregios *P* cirillae *P* Cybellae *Salm.* 107 quem] e *incert. P* trahere *P* 108 arboribus *P* 110 heu *scripsi* seu *P* sed *Baehrens* quaeres *P* 111 iacis *P* donate *Maehly* 114 symmacus *P* 116 mola et *Ellis ex Aen. IV* 517 molat *P* coniuncx *P* (?) 117 comulat *P* limina *P* 118 diis *P* minatus *P*

Digitized by Google

Carminibus magicis cupiens Acheronta movere,
Praecipitem inferias miserum sub Tartara misit.
Desine post hydropem talem deflere maritum,
De Iove qui Latio voluit sperare salutem!

119 aceronta *P* 121 ydropem *P*

CARMINA
CODICIS VOSSIANI Q. 9.

5

Precatio Terrae Matris.

B. M. —
B. I 138.

Carmen sic dices:

Dea sancta Tellus, rerum naturae parens,
Quae cuncta generas et regeneras in dies,
Quod sola praestas [tuam] tutelam gentibus,
Caeli ac maris diva arbitra rerumque omnium,
Per quam silet natura et somnos capit,
Itemque lucem reparas et noctem fugas;
Tu Ditis umbras tegis et inmensum chaos
Ventosque et imbres tempestive contines

Herbarium salubrium legendarum medicinalium praecatio *sqq. L* (= *Voss. quart.* 9 *saec. VI fol.* 26 *sqq.*) Incī precatio terre *B* (*cod. Vratislav. s. IX, ed. Schneiderus ind. lect. hib. Vrat. a.* 1839). *Baehrens Laurentianos* 73, 41 (*saec. XI*) *et* 73, 16 (*s. XIII*) *sine multo fructu addidit. L L. Muellerus et Baehrens, B etiam M. Hertzius contulerunt.* matris c. s. dic. *om. B* dicis *L*

2 que *L* quęque *B* generas et regeneras *B* generans et generas *L* sidus *LB* sidera *Schneiderus* in dies *Buechelerus* saecula *Goetzius* indidem *Baehrens* 3 Quae *Schneiderus* prestas gentibus tutela *LB* tuam *addo* uitalia *Baehrens* 4 arbitratumq; *L, dedi ex Laur.* 73, 16 et rerum *Goetzius, recte?* arbitrarumq; *B* 5 quem *B m. pr. L in caesura hiant uersus* 5, 10. 6, 5 somnus *L* 6 idēque *LB* praeparas *L* 7 ditissima *B* umbra *B* tegas *B* inmensus caos *L* inmensos caos *B* 8 que uentos *B, corr. m. sec.* tempestatesque *LB* tempestive *conieci* attines *Baehrens*

Digitized by Google

Et, cum libet, dimittis et misces freta
Fugasque solem et procellas concitas
Itemque, cum vis, hilarem promittis diem;
Alimenta vitae tribuis perpetua fide
Et, cum recesserit anima, in te refugiemus:
Ita, quidquid tribuis, in te cuncta recidunt.
Merito vocaris Magna tu Mater deum,
Pietate quia vicisti divum numina.
Tu [es] illa vere gentium et divum parens,
Sine qua nil maturatur nec nasci potest.
Tu es magna, tuque divum regina [ac] dea.
Te, diva, adoro tuumque ego numen invoco,
Facilisque praestes hoc mihi, quod te rogo,
Referamque, diva, gratias merito tibi.
[Me] rite exaudi, quaeso, et fave coeptis meis.
Hoc quod peto a te, diva, mihi praesta volens:
Herbas, quascumque generat maiestas tua,
Salutis causa tribuis cunctis gentibus:
Hanc [nunc] mihi permittas medicinam tuam.
Veniat me . . cum tuis virtutibus.
Quidquid ex his fecero, habeat eventum bonum;
Cuique ĕasdem dedero quique ĕasdem a me acceperint,
Sanos eosdem praestes . . . . .
. . . . nunc, diva, postulo ut hoc mihi
Maiestas praestet [tua], quod te supplex rogo.

9 dimittes *L* 11 ilarem *L* 12 Et alimenta *LB* 13 refugimus *LB*, *correxi* 14 quicquid *B* recedunt *B* 16 qui *B* nomina *LB*, *correxi* 17 tum *B* es *add. Schneiderus* uer et *B* 18 nec maturatur quicquam nec n. p. *LB*, *corr. Baehrens* 19 tuque *Baehrens*] tu es *LB* ac *addidi* 20 adora *B* nomen *B* 22 gratias (graciam *B*) diua tibi merito *LB* 23 Me *addidi* rite *scripsi*] fide *LB* queso *LB* fabe *L* 25 tua mag(mai *B* estas *LB* 26 tribuas *L* tribuis *B*, *cf.* 6, 3 27 nunc *add. Baehrens* Et hanc *Buechelerus* hac *L* permittis *B* 28 Veni ad *B* me *LB*] medicina *Baehrens* medenti *conicio* uirtutibus *om. L* 28. 31 *lacunae nullae LB* 29 quicquid *B* quidque *Baehrens* 30 quisquam easdem acciperint *B* 31 eosdemque *LB* 32 hoc *L*, *om. B* 33 (*fol.* 27 *L*) maiestes *B* magestas *L* tua *addidi* suplex *LB*

Digitized by Google

6

B. M. —
B. I 140.

Precatio omnium herbarum.

Nunc vos, potentis omnes herbas, deprecor
Maiestatemque vestram, quas Tellus parens
Generavit atque gentibus cunctis dedit.
Medicinam sanitatis in vos contulit,
Vt omni generi humano utilissimum
Auxilium sitis. hoc supplex posco [et] precor:
Vos huc adeste vestris cum virtutibus;
Qui vos creavit, ipse permisit mihi,
Vt colligam. faveatis hoc etiam [mihi],
Cui tradita est medicina, quantum vestraque
Virtus potest, praestate medicinam bonam,
Causam salutis. gratiam, precor, mihi
Praestetis per tutelam vestram, ut omnibus
Virtutibus, de vobis quidquid fecero,
Cuique homini dedero [quique id a me acceperit],
Effectum habeat celerrimum et eventus bonos.
[Praestetis etiam], semper ut liceat mihi

Explicit *L* p̄ tr̄e ex̄p *B* Incipit praecatio *sqq. LB* 1 potentes *L* potestis *B* depraecor exoro *LB* 2 M. uestram uos quas parens tellus *LB* 3 atque g. c. *scripsi* et c. g. *LB* dedit *scripsi*] dono dedit *LB* maiestatemque *post* 4 *repetitum LB* 5 ut *om. B* 5. 6 sitis auxilium utiliss. *LB, transposui* 6 suplex exposco *LB* et *add. Baehrens* praecor *L* 7 uos *scripsi* ue *LB* uenite, adeste *Buechelerus* adest te *L* adestote *B* cum uestris *LB, transposui* 8 Quia qui creauit uos *LB* quae *Baehrens* (*sed cf. v.* 20: *Deum dicit*) ipsa *B* 9 colligam uos *LB* uos *deleui* fauentem *L* fauente *B* mihi *addidi* 10 med. trad. est *LB, transpos. Maehly* quantumque uestra *LB* 12 salutis *Schmidtius* sanitatis *LB* graciam *B* praecor *L* 13 tutelam *L* uirtutem *B* 14 uiribus *L* uirtutibus *B* in rebus *Baehrens* quid(c)quid ex uobis *LB, corrigere temptaui. Post* uobis: *fol.* 28 *L* 15 cuique *scripsi* cuiue *LB* quiq.-acc. *addidi ex c.* 5, 30 16 habeat effectum *LB* celeberrimum *B* euentos *B* 17 *lac. nulla LB; suppleui* ut semper mihi (mini (?) *L*, mici *m. sec.*) liceat *LB*

Digitized by Google

Favente maiestate vestra †vos colligere,
Ponamque vobis fruges et agam gratias
Per nomen eius, qui vos iussit nascier.

18 uestra *om.* *B* collegere *B* *num* uestra legere uos? 20 pugnãque *B* gratias (grac. *B*) agam *LB*, *transposui* eius *scripsi* (*an* Ῑllius *Plautino more?*) *pro* maiestatis *BL*, *quod glossema puto* matris *Baehrens* quae *Laur.* 73, 16 nasci *LB*, *correxi.* *Post* nasci *est in Laurentianis:* Herbarum precatio (Herbarium 73, 16) Antonii Musę, quem tradidit Marco (Magno 73, 41) Agrippe Caesari, explicit.

CARMEN
CODICIS MAIHINGENSIS.

6ª

Lux mundi laeta, deus, haec tibi celeri cursV,
Alme potens, scribsi, soli famulatus et unI,
Vt te, vita, fruar teque casto inveniam cultV
Rectaque per te ad te ducente te gradiar viA.
Excelse cernis deus, quae me plurima cingunT
Nota et ignota tuis male nata zezania satiS.
Tu sed mihi certa salus spesque unica vitaE.
Inmeritum licet lucis facias adtingere limeN.
Verba nam tua valida imis me tollunt AvernI;
Sola haec misero mihi te, vitam, dabunt servulO.

6ª. *Carmen acrostichon et telestichon* ('Laurentius vivat senio') *ex euangeliorum codice saec. VI—VII uncialibus litteris a Scoto monacho scripto in bibl. Maihingensi principum de Oettingen-Wallerstein seruato, sic ut posui, edidit Wattenbach anzeig. f. d. kunde d. deutsch. vorzeit* 1869 *p.* 292.

Digitized by Google

CARMINA

CODICIS PARISINI 10318

OLIM SALMASIANI

EPIGRAMMATON
LIBRI.

[VI] 7

R. I 171.
M. 1608.
B. IV 191.

. . . . . .

. . . . . .

p. 1 cod. Salm. Ipse manu patiens immensa volumina versat
Adtollitque globos. sonuerunt omnia plausu.
Tunc Cererem corruptam undis emittit ab alto.
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Lubrica convolvens et torrida semper ab igni.
At rubicunda Ceres oleo perfusa nitescit.
Scintillae absistunt, opere omnis semita fervet.

EPIGRAMMATON LIBRI: *sic inscribenda est tota sylloge, id quod apparet ex c.* 200 *inscriptione et c.* 379 *subscriptione; cf. et c.* 287. VI *addidi: cf. praefatio.*

A = cod Salmasianus saec. VII uel ineuntis VIII A^1 *= manus ipsius A librarii scripturam suam ad archetypi fidem (cf. praefatio) corrigentis* a *= Salmasii,* α *= apographi Diuionensis emendationes potiores A et* A^1 *plene exhibebo, nisi quod* e *et* ae *confusa et scripturae compendia (*q; b; ã p*) et prauam uerborum diuisionem saepissime omittam B = Parisinus* 8071 *olim Thuaneus s. IX—X, ex quo Vo (Voss. oct.* 15 *s. XIII) descriptus uidetur V = Vossianus quart.* 86 *s. IX ineuntis C = Parisinus* 8069 *olim Thuaneus s. X—XI S = cod. Bellouacensis in Bineti editionis Petronii a.* 1579 *appendice adhibitus A ab initio mancus est, cf. praefatio*

7—18: *Centones Vergiliani*

7. 1 Ille manum *Aen. VII* 490 3 cerem *A* mundis *A* 5 torrita *A* 6 ad *A* percusa *A*, *corr.* A^1 nitiscit *A*

Digitized by

Fervet opus redoletque, volat vapor ater ad auras.
Instant ardentes veribusque trementia figunt,
Conclamant rapiuntque focis onerantque canistris.
Vndique conveniunt pueri innuptaeque puellae.

B. III 81.
M. 1613.
B. IV 192.

8

De alea

Artis opisque [tuae], tua si mihi certa voluntas,
Expediam dictis donum exitiale Minervae.
Tu vatem, tu, diva, mone. nunc ipsa vocat res
Et furiis agitatus amor; protentus in octo
Ipse dies agitat festos pro nomine tanto.
Effera vis animi numeros et nomina fecit.
Ossa minutatim fundo volvuntur in imo.
Mille nocendi artes. varium et mutabile semper
Artificis scelus, atque inprovida pectora turbat.
Per varios casus levium spectacula rerum
Intenti ludo exercent rapiuntque ruuntque
Incerti, quo fata ferant, atque aere sonoro
Insanire libet: duris dolor ossibus ardet.
Omnibus extemplo magnum dat ferre talentum,
Qui vocat; adrectae mentes stupefactaque corda
Vota metu duplicant; tantae est victoria curae.
Ergo ubi delapsae, mixto premit agmine turba
Consilium quaerens; subitus tremor occupat artus. *p. 2*
Tunc certare odiis. multos alterna revisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locavit:

8 feruen *A*, *sed corr.* A^1 redolenq; *A*

8. *Inscriptiones rubro colore pictae sunt in* ***A*** 1 tuae *Burmannus add. ex Aen. VIII* 377, *om.* ***A*** opus rarae *a* uolũtas ***A*** 2 minuere ***A*** 3 Tu uadẽ ***A*** 4 furtis ***A*** 7 uuluuntur ***A***, *corr.* A^1 8 semp ***A*** (*sic* per *saepius*) 9 adq; ***A*** 12 adq; here ***A***, *corr. a* 13 insaniret ***A*** 14 exemplo ***A***, *corr. a* 16 tanta ***A***, *corr. a* 17 miss° ***A***, mixto *Aen. XI* 880 18 uoltu *Aen. IV* 477; querendum ***A***; quaerens *a* subtus ***A***, *corr. a* arte ***A*** 19 alternas ***A*** 20 ludit ***A***, *corr. a* furtuna ***A***

Digitized by Google

Aut doluit miserans inopem aut invidit habenti.
Multa viri nequiquam inter se vulnera iactant
Et tenues rumpunt tunicas, caecique furore
Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. [quid] ultra?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem,
Contulimusque manus: [experto] credite, quantus
Corde dolor! quid non mortalia pectora cogis?
Monstrum horrendum ingens [tot] sese vertit in ora.
Tu potes unanimes armare in proelia fratres:
Aere renidenti de vita et sanguine certant.
Tunc duo Trinacrii iuvenes noctesque diesque
Intenti ludo exercent fulgentiaque aera
Accipiunt redduntque; remittunt omnia fatis.
Conveniunt, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humi facilem victum iustissima tellus,
Aut qui divitiis soli incubuere repertis:
Considunt transtris nati melioribus annis;
Multi praeterea, quos fama obscura recondit,
Stant circum.
Tunc vero ad vocem celeres miserum inter amorem
[Experiuntur] et in medium quaesita reponunt;
Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.
Nec mora, missus adest fati sortisque futurae.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus. *p. 3*
Hinc atque hinc ardent animi: vox omnibus una est.

21 inuidi *A* 22 nequicquam *A* 23 tunica *A* forore *A*, *corr. a* 24 hic *A*, hinc *Aen. VI* 733 medunnt *A* gauderentque ultra *A* er *et* ultra *del. a* quid ultra? *Burm. ex Aen. III* 480 26 contullimusque *A* experto *Vossius ex Aen. XI* 283 : me *A* 27 cocis *A*, *corr. m. rec.* 28 mon*trum *A* tot *add. a* 29 unianimes *A* unanimos *Aen. VII* 335 proelia *sic A* 30 Hęrenitendi *A*, *corr. a* 31 trinacri *A* 32 Intendunt *A*, *corr. a ex Aen. VII* 380 furgentiaq; *A* 33 accipiuntq; redduntq; *A*; *cf. Georg. IV* 172. *Aen. VIII* 450 fatis *sic A*, t *et* i *compendio iunctis* permittunt *A* remittunt *Ponor a Thewrewk cl. Aen. XI* 359 34 ista *et* artis *A*, *corr. a* 36 tunc incobuere A^1, *recte A* 38 recundit *A teste Baehrensio* 40 ad uoces celerẽ *A* uocem A^1 morẽ *ex* -res *A* 41 Ludunt *ex glossa ortum A* Exper. *Burm. ex Georg. IV* 157 45 adq; *A*

Digitized by Google

Et quamvis socium certent superare priorem,
Ima petunt: veris facilis datur exitus umbris.
Praecipites pariterque ruunt, non deficit alter.
  Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
Quae loca quive habeant homines, ubi sistere detur.
In summo collem, qui plurimus; alter ab illo
Est locus, quem iuxta sequitur, quo deinde sub ipso
Hic locus est partis semper sublimis: at illum
Quinque tenent ebuli bacis minioque rubentem.
Terna tibi haec primum fundo volvuntur in imo.
Sunt alii, quos ipse via sibi repperit usus.
Triginta magnos adversosque orbibus orbes
Eloquar (an sileam?), levium spectacula rerum;
Mores et studia et populos et praelia victis
Expediam, sed summa sequar fastigia rerum.
Primus habet; capit ante locum fremituque secundo
Prima tenet; [ardent] animi risuque soluto
Voce vocant.
Tunc vero in curas animo diducitur omnis,
Quem petis, obtutuque haeret defixus in uno
Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc,
Spemque metumque [inter], secumque ita corde volutat.
Vt primum discussae umbrae et lux reddita menti,
Sortitus fortunam oculis sic incipit ore:

47 Iã appetunt quamueris *A, corr. a et Burm.* qua umbris *Baehrens* umbris *Burm. ex Aen. VI* 894] inde *A* 48 runt *A* alter *Aen. VI* 143 tales *A* 49 oc *A* 50 homine · subsistere *A* 52 hunc *a* quem *A, Aen. VI* 815 | quo *Aen. V* 323 quis *A* 53 at illum *Georg. I* 242, ab illo *A* 54 ępuli uacis nimioq; *A, corr. a* 56 Nunc age quos ipsa uiam *A, corr. Burm. ex Georg. II* 22 reperit *A* 57 trigenta *A* alternosque *Aen. V* 584 orrib. orbes *A* 58 an sileam *Aen. III* 39 uel prima *A* 59 et studia] estudia *A* populum *A,* praelia uictus *A, cf. Georg. IV* 5 praemia *Aen. V* 353 61 ante] ate *A* 62 tenet *scripsi ex Aen. V* 338 tenens *A* ardent *add. Burm. ex Aen. II* 316 rursusque *A, corr. I. Vossius ex Georg. II* 386 64 animoš *A* 65 petis *A* petat *conicio* 66 adq; *A* 67 inter *add. a* 69 furtunam *A*

'Quae nunc deinde mora est? veniam, quocumque vocaris;
Quin age, si qua animo virtus, et consere dextram:
Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.' *p. 4*
Dixit et e curru magna ter voce vocavit,
Terque quaterque simul vox ingeminata remugit.
Tunc variae comitum facies et pallor in ore;
Nunc victi tristes, nil magnae laudis egentes
Deponunt animos et inania murmura miscent.
Quondam etiam victis redit in praecordia virtus
Victoresque cadunt, quoniam fors omnia versat.
Hic victor superans reddi sibi poscit honorem
Talia vociferans: 'da, non indebita posco.
Quin age, si quid habes, quo me decet usque teneri'
Clamat.
Tunc vero victus socios simul increpat omnis,
Nomine quemque vocans. illi obstipuere silentes;
Non ipsi inter se sortem miserantur iniquam,
Sed graviter vario noctem sermone requirunt.
Visceribus miserorum atque inter pocula laeti
Cantantes laetique animos convivia curant.
Ecce autem elapsus, genitor quem miserat urgens,
Vnus natorum longo post tempore venit.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum, aditumque per avia quaerit.
Verum ubi nulla datur dextra exsuperare potestas,
Constitit in digitos et toto vertice supra

70 Quã *A* quodcũq; *A* 71 qua nimo *A* 72 nequicquam noces *A* 73 adq; cum *A* et e curru *scripsi ex Aen. XII* 681 et ad bellum *Baehrensius* 74 ingemitata *A* 76 nuc *A* nihil *A* 79 uictores (o *ex* u) *A* q̃m *A* 80 redit si^{bi}poscit *A* 81 indeuita *A* 82 decit *A* 84 socius *A*, *corr.* *A*^{1} 85 silentis *A*; -es *Aen. XI* 120 87 sermonẽ *A* 88 adq; *A* 89 cant. *et* animos *non Vergiliana, cf. Georg. I* 301. 90 melapsus *A* misera turgens *A*, *corr. Burmann* Arcens *Aen. IX* 583 91 nautorum *A* 92 iamq; huc *A* 93 circumitum *A* 94 ubi] bi *A* dextra] caecum *ex Aen. VII* 591? 95 digito sed *A* digitos *Burm.* et *Baehrens*

Digitized by Google

Obnixus latis umeris et †pectore duro
Et super incumbens, furiis accensus et ira
Talia voce refert:
'Quo, moriture, ruis? quae te dementia ducit? *p. 5*
Non vires alias conversaque numina sentis?
Cede locis!'
Talia fatus erat pressoque obmutuit ore.
Illa autem, cui fata parent, et Iuppiter hostis
Deserit [inceptum]; conversa[que] numina sentit.
Postquam illum vita victor spoliavit et auro,
Tunc vero ardentes oculi atque adtractus ab alto
Spiritus interdum gemitu; furor iraque mentem
Praecipitant, maestis late loca questibus implet,
Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris, caput [et] glauco velatus amictu
Ardua tecta petit rursusque ad limina nota
Victus abit guttisque umectat grandibus ora.

9

B. I. 146.
M. 669.
B. IV 197.

Narcissus

Candida per silvam primaevo flore iuventus
Adsidue veniebat: ibi haec caelestia dona
Et fontes sacros insigni laude ferebat

96 *aut* robore duro (*Aen. XI* 893) *aut* pectore firmo (*VI* 261) *uel* toto (*I* 717. *IX* 276) *Burm.* 99 moritur · eruisq; te dementia dementia ducit *A, sed* cepit *Verg. ter* 100 nomina *A* 101 caede *A* 103 ille *A* illa (*sc.* Fortuna) *ego* facta *A* lupiter *A* 104 inc. *et* que *add. Burm. ex Aen. IX* 694 *et V* 466 (*ubi* sentis); numine sedent *A* 105 illo *A* 106 adq; *A* 107 $\overline{\text{sps}}$ *A* gemitus *A* 108 prẹcipitat mestis *A, cf. Aen. II* 317 109 ignominiam *Burm. ex Georg. III* 226 animo retines *A, non Vergiliana* 110 et *add. Burm.* clauco *A post* 110: Et pariter sua rursusque ad limina tendit *A, del. Burm. haec ut non Vergiliana, sed sunt glossema ad u.* 111 111 rursusque *Aen. VII* 491] irasque *A* 112 Victus agit *A* abit *Burmannus* Volnus alit *ex Aen. IV* 2 *Baehrens, recte?*

9. 1 Candita per silluam *A* iouentus *A* 2 celestia *A* 3 sacro *A*

Insignis facie longumque bibebat amorem,
Intentos volvens oculos, securus amorum.
Dum stupet atque animum pictura pascit inani,
Expleri mentem nequit ardescitque tuendo
Egregium forma iuvenem, quem nympha crearat:
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
His amor unus erat, dorso dum pendet iniquo,
Oblitusve sui est et membra decora iuventae
Miratur rerumque ignarus imagine gaudet.
Ilicet ignis edax secreti ad fluminis undas *p. 6*
Ipsius in vultu vana spe lusit amantem,
Et praeceps animi collo dare brachia circum
Ter conatus erat nec, quid speraret, habebat.

10

MAVORTI

B. I 147. M. 282. B. IV 198.

Iudicium Paridis

Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum
Forte recensebat numerum sub tegmine fagi.
Horrescit visu subito et memorabile numen
Aut videt aut vidisse putat. 'quo tenditis' inquit
'Caelicolae magni? pacemne huc fertis an arma?'
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:
'O lux Dardaniae, Troianae gloria gentis,
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans,
†Et proprio fuerint distentae lacte capellae
Vbera, nec metas rerum nec tempora pono.
Haec tibi semper erunt, hic inter flumina nota

4 et insignis *A* uiuebat *A* 5 securos *A* 6 adq; *A* 8 nymfa *A* 10 pendit *A* 13 illicet *A* 16co natus *A m. pr.* ne quid *et* abebat *A*

10. Maborti *A* 1 acus *A*, *corr. m. rec. Burmannus transponit u.* 29 *ante u.* 2 3 uiso *A* nomen *A* 4 pudat *A* 5 magnae *Baehrens* 6 uno suplex *A* 8 *cf. Verg. ecl.* 2, 20 habundans *A* 9 *non est Vergili, sed cf. ecl.* 4, 21 9 *sq. corrupti sunt* 9 Tam propriae *Burm.* servent *Baehrens*

Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.
Praeterea sceptrum dabitur, Troiane, quod optas.'
Talibus orabat Iuno. Tritonia Pallas
Orsa loqui, nimbo effulgens et Gorgone saeva:
'Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
Militiam et grave Martis opus; sit pectore in isto
Vulnera dirigere et calamos armare veneno.'
Has inter voces, media inter talia verba
Sic contra est ingressa Venus, male numen amicum,
Nuda genu, nudos cervix cui lactea crines *p. 7*
Corripit in nodum; rosea cervice refulsit
Et vera incessu patuit dea. ille repente
Obstipuit subitaque animum dulcedine movit
Et mentem Venus ipsa dedit. decus enitet ore
Exultatque animis et se cupit ante videri.
'Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic cytiso pastae distendant ubera vaccae:
Formosi pecoris custos, formosior ipse,
Aspice nos tantum, Lacedaemoniosque hymenaeos
Coniugio iungam stabili propriamque dicabo
Reginam thalamis Phrygio servire marito.'
Ille deae donis ac tanto laetus honore
Vltro animos tollit dictis ac talia fatur:
'Iam iam nulla mora est neque me sententia vertit.
Do quod vis: licet arma mihi mortemque minetur,
Me tamen urit amor. veniam quocumque vocaris;
Tu modo promissis maneas.' ea verba locutus
Vendidit hic auro patriam. dux femina facti.
Nec mora, continuo penetrat Lacedaemona pastor

12 sandix *A* 15 Vrsa *A* 20 Si *A* male numen *Aen. II* 735 numen male *A* 22 colligit *Schraderus* 23 illa *A* 24. dulcidine *A* 25 ipsaṁ *A* 26 exulta^{t}q; *A* 27 grineas *A*, *corr. a* 28 citiso *A* baccę *ex* bacchęe *A*, *corr. a* 30 umeneos A^{1} (umentos *A*), *corr. a* 32 frigio *A* 33 hac tantos *A* lętos *A*, *corr.* A^{1} 35 sententiam *A* 36 minetur *correxi ex Aen. XI* 348 minentur *A* 37 ęueniam *A* 39 uendedit *A* fęmina *A* 40 conti≡nuo *A*

Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes,
Et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
. . . . . .

11

B. I 170.
M. 1607.
B. IV 199.

Hippodamia

Pandite nunc Helicona, deae, nunc pectore firmo
Este duces, o si qua via est, et pronuba Iuno;
Pallida Tisiphone, fecundum concute pectus!
Non hic Atridae et scelus exitiale Lacaenae:
Hic crudelis amor. nunc illas promite vires,
Maius opus moveo: quaesitas sanguine dotes *p. 8*
Et scelerum poenas inconcessosque hymenaeos.
Vrbs antiqua fuit: fama est obscurior annis.
Quid memorem infandas caedes et facta tyranni?
Ausi omnes inmane nefas irasque minasque.
Quis tam crudelis optavit sumere poenas?
Hic, qui forte velit currus agitare volantis,
Invitat pretiis animos et praemia ponit.
Tormenti genus incertum de patre ferebat.
Fama malum; incautum dementia cepit amantem —
Horresco referens —: rapido contendere cursu
Conposuit legesque dedit populosque propinquos
Infelix habuit thalamus. ruit omnis in urbem
Magnanimum heroum primaevo flore iuventus.
Vndique conveniunt et virginitatis amore

41 lędeamq; *A* troianam *A*, *corr.* A^1 *post u.* 42 *Burm. addit Aen. II* 54 *sq.* 'Inpulerat ferro Argolicas foedare latebras, Troiaque nunc staret Priamique arx alta maneres'.

11. Ippodamia *A* 1 illicona *A* 2 os si *A* pronubia *A* 3 tissifone *A* (tisifone *a*) secundum *A*, *corr.* A^1 concipe *A*, *corr. a* 4 atride nec *A*, *Aen. IX* 602 aut *Burm.* et *Aen. VI* 511 exiciale lacenę *A* 5 promitte *A* 6 quęsita *A* 7 inconcessoq; ymeneus *A* 9 tyrranni *A* 10 inmanes *A* ir≡as *A* 11 obtauit *A* 12 uellit *A* 13 ponis *A* 14 turmenti *A*, *corr.* A^1 16 curso *A* 17 populusq; *A* 18 thalamos *A*, *corr.* A^1 omnes *A* 19 magnanimi *A*

Contendunt petere, dubii seu vivere credant
[Sive extrema pati miseri, quibus ultimus esset]
Ille dies, vitamque volunt pro laude pacisci.
Post, ubi confecti cursus, circensibus actis
Supplicia expendunt iuvenes ante ora parentum;
Linquebant dulces animas et corpora patrum.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso
Ora virum tristi pendebant pallida tabo
Vestibulum ante ipsum saevique in limine regis
Terribiles visu formae inposuere coronas.
Quin ipsae obstipuere domus noctesque diesque;
Vmbrae ibant tenues, odium crudele tyranni
Saepe queri et longas in fletum ducere voces.
O virgo infelix, iam fas est parcere genti!
Pestis et ira deum crudeli funere virgo, *p. 9*
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Tempore iam ex illo nil magnae laudis egentes
Deponunt animos scelerata excedere terra.
Ecce inter sanctos ignis, dum sacra morantur,
Et iuxta genitorem adstat lasciva puella,
Cui pater et coniunx, si qua fors adiuvet ausum,
Ora puer prima signans intonsa iuventa,
Pictus acu chlamydem et barbara tegmina crurum
Venit. amor fidens animi [atque] in utrumque paratus.
[Inclusum ut buxo aut Oricia terebintho]
Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore.
Postquam introgressi et coram data copia fandi,

21 pedere · dubiis eum uiuere credã *A* et dubii *Burm.* *uersum* 21ª *add. Burm. ex Aen. I* 219 *et II* 248 24 parenti *A* 25 partũ *A* 26 purporeo *A* 27 pendebat *A* 28 uestipulum *A* regi *A* 29 uiso *A*, *corr. a* 30 stupuere *Georg. IV* 481 31 tyrranni *A* 36 magnum *A* magnę A^1 egentẽ *A*, *cf. Aen. V* 751 37 scelerati excidere *A* 38 scos *A* (sacros *apograph. Leid.*), *cf. Aen. III* 406 39 iusta *A* lasciba *A* 40 coniuⁿx *A* adiubet *A* 41 prima signa · signans *A*, *corr. a* (*non* A^1) iubenta *A* 42 clamidem *A* 43 atque *add. Aen. II* 61 *u.* 43ª *add. Burm. ex Aen. X* 136 45 cupia *A*

Rex prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
'Quo, moriture, ruis? quae te dementia cepit?
Aut quisnam ignarum conubia nostra petentem
Iussit adire domos? quidve hinc petis?' inquit ∪ – ⏑
'Poenarum exhaustum satis est miseretque pudetque:
Pone animos et pulsus abi; miserere tuorum!
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
Sunt aliae innuptae: thalamis ne crede paratis!
Ne pete conubiis natam: dabis, inprobe, poenas.'
Ad quae subridens paucis ita reddidit heros:
'Hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
Ne tantos mihi finge metus tam fortibus ausis.
Nec mortem horremus, nec nos via fallit euntis:
Quo res cumque cadent, nec me sententia vertit.
Audentes Fortuna iuvat. stat, quidquid acerbi est,
Morte pati; quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.' *p. 10*
Talia dicentem iam dudum aversa tuetur
Causa mali tanti multos servata per annos.
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Inter utramque viam talem se laeta ferebat,
Ac veluti Pariusve lapis circumdatur auro
Arte nova, talis virgo dabat ore colores
Insignis facie, oculos deiecta decoros.
Vritur infelix, subitoque accensa furore
Stare loco nescit. quis enim modus adsit amori?
Nulla Venus, nulli quondam flexere hymenaei;

46 adq; *A* 48 quisquam *A*, *corr. Schrader, cf. Aen. III* 338 49 domus *A*, *corr.* A^1 inquid *A*, *cf. Georg IV* 446 50 exaustum *A* putetque *A* 51 poene *A* pulsos *A* misere (*sic*) *A* 52 potestas *Aen. IV* 565 poetas *A* 54 ne pede conobius *A* inprope pęnas *A* 55 adq; *A* reddedit *A* 56 minatis *A* 57 medos *A* 58 morte *A* uiam *A* 59 sententiam *A* 60 iubat *A* acerui est *A* 61 morti *A* traunt retrauntq; *A* 64 migat *A* q; *A* 65 utrumque *A* tale *A*, *corr. Baehrens* 66 hac *A* aurum *A*, *corr.* A^1 67 talis *sic A* 69 acensa forore *A* 71 null$\overset{i}{=}$ (*ex* -la?) fexere hymenei (*ex* hymenti) *A*

Solus hic inflexit sensus. dum plurima volvit
In partisque rapit varias, famulumne parentis
Audeat affari, quae prima exordia sumat,
Incipit effari mediaque in voce resistit.
Versanti potior vix haec sententia sedit:
Custodem ad sese per noctem plurima volvens
Intra tecta vocat funditque has ore querellas:
'Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?
Ire iterum in lacrimas misera et tam dira cupido?
En quid ago? aut quae iam spondet fortuna salutem
Per tot ducta viros? quo nunc certamine tanto?
Vmbrarum hic locus est, quo me decet usque teneri.
Respice ad haec, miserere animi non digna ferentis:
Ora manusque ambas defunctaque corpora vita
Et funus lacerum, caput et sine nomine corpus.
Argumentum ingens: currusque rotasque volucris
Falle dolo. dolus an virtus, quis in hoste requirat?
Accipe daque fidem.' Media inter talia verba
Luctantem amplexu molli fovet; hoc decus illi *p. 11*
Venturum excidio, vana spe lusit amantem.
Tandem pauca refert: 'Tuus, o regina, quid optes,
Explorare labor. vincant quos vincere mavis.
Testor utrumque caput, mihi iussa capessere fas est.
Vnum pro multis dabitur caput.' atque ita fatus
Ergo iussa parat, spe multum captus inani,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.
Artificis scelus et taciti ventura videbant,
Vnius in miseri exitium ventura sub axem.
Oceanum interea surgens Aurora relinquit,
Iam sole infuso, magnae sub moenibus urbis.

73 partisq; *A* famulã nec *A*, *cf. Aen. V* 95 74 effari q; *A* 75 in uoca *A* 76 sedet *A* 77 costodem *A* 78 fundetq; *A* 79 nouos *A* 81 En *A* (*Aen. IV* 534) quemnam *et* furtunã salute *A*, *corr. Burm. ex Aen. XII* 637 82 quo *Aen. IV* 98 qui *A* 83 decit *A* 89 fide *A* 91 amentem *A* 92 tuos *A* 95 adq; *A* fatur *Burm.* 96 spem *A* 97 id *Burm.* hic *A* 99 sub ase *A* 100 Occeanum *A* relinquet (t *in ras. ex* ns *ut videtur*) *A* 101 męnib; *A*

Graecus erat, fama multis memoratus in oris,
Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
Vndique visendi studio turbante tumultu
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat puerique parentibus orbi
Et trepidae matres et lamentabile regnum.
Flent maesti mussantque patres, hic cara sororum
Pectora maerentum, quibus est fortuna peracta.
Hos inter motus stat ductis sortibus urna.
Tunc loca sorte legunt. extemplo arrectus uterque
Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
Nec mora: continuo vasto certamine tendunt
Custodes lecti atque arrectis auribus adstant
Orantes veniam; certatur limine in ipso.
Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Discessere omnes medii, signoque repente,
Qua data porta, ruunt. sic densis ictibus heros *p. 12*
Stridore ingenti atque oculis vigilantibus exit,
Incumbens umero; sonitu quatit ungula campum.
Dant animos plagae, pronique in verbera pendent
Pro se quisque viri; tunc caeco pulvere campus
Conditur in tenebras, qua proxima meta viarum,
Et longum superant flexu caecique furore.
Illi inter sese de vita et sanguine certant.
Regina e speculis miro properabat amore
Omnia tuta timens, quoniam fors omnia versat.
Audit equos, audit strepitus, timet omnia secum

103 effabilis *A* 104 tumulto *A*, *corr.* A^1 105 tyranni *A* 106 s̈acer *A m. pr.* 108 mesti muscantq; *A* (mussantq; A^1) soroß *A* 109 merentum *A* furtuna *A* 110 modus *A* 111 arrectus *A m. pr.* 112 hac *A* 114 costodes *A* adq; *A* 115 orante≡s (*ex* -tus) *A* 116 adq; *A* 117 mediis ignoq; *A* 118 runt *A* 119 adq; *A* 120 sonitum quattit *A* 122 campos *A*, *corr.* A^1 123 proximat meta uirū *A* 125 Inter illis sedent uesano sanguine certant *A*, *corr. Burm. ex Aen. VIII* 452 *et XII* 765 126 Regin *A* 127 timmens. q̄m fors *A* ues^{a}at *A* 128 strepi≡tus (do *erasum*) *A*

Digitized by Google

Praescia venturi. sed spes incerta futuri.
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis,
Liquitur, in medioque ardentem deserit ictu.
Carpit enim vires et, haec ut cera liquescit,
Excoquitur vitium, tum nititur acer et instat.
Vertitur interea et scelus expendisse merentem
Matres atque viri voces ad sidera iactant.
Dum trahitur curruque haeret resupinus inani,
Radit iter laevum interior subitoque priorem
Praeterit et super haec inimico pectore fatur:
'Istic nunc, metuende, iace vetitosque hymenaeos
Sume, pater frustraque animis elate superbis.
En qui nostra sibi tot iam labentibus annis
Servabat senior, nostrasne evadere demens
Sperasti te posse manus circensibus actis?
Hic tibi mortis erant metae: submitte furorem,
Qui iuvenum tibi semper erat! speravimus ista
Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.' *p. 13*
Dixit et e curru saltum dedit ocius arvis.
Excipiunt plausu; caelum tonat omne tumultu.
Ipse etiam eximiae laudis cum virgine victor
Ibat ovans umeroque Pelops insignis eburno.
Tunc vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens.
Olli (sensit enim simulata mente locutam)
Nec latuere doli, caput horum et causa malorum;
Tunc quassans caput haec effundit pectore dicta:
'Me (adsum qui feci) — merui, nec deprecor' — inquit,
'Spargite [me] in fluctus. en haec promissa fides est?

129 futuri *Aen. VIII* 580 futuris *A* 130 uolauit feruidus *A* 135 adq; *A* uocesq; *A* que *om. ecl.* 5, 62 136 traitur *A* here *A* 137 supitoque *A* 139 Isti *A* ymeneos *A* 140 Summe *A* superuis *A* 141 lambentib; *A* 144 fororẽ, *corr. in* furorẽ, *A* 145 speramus *A* 146 et tandem *A* 147 Dixit ite currus altum dedi. tocius omnis *A* omnis (*A*) *ex* omne (148) *ortum puto* ocius aruis *scripsi cum Aen. XII* 681 148 *cf. Aen. V* 575 plausum. cęsum *A* 155 Meme *A* (*cf. ad u.* 156) *et Aen. IX* 427 deprecor *A* 156 me *om. A*

I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis.
His etiam struxi manibus, deceptus amore.
Nusquam tuta fides; varium et mutabile semper
Femina.' sic fatus liquidas proiecit in undas
Aeternam moriens famam, quae maxima semper
Dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

12

B. I 45.
M. 581.
B. IV 205.

Hercules et Antaeus

Litus harenosum [ad] Libyae caelestis origo
Alcides aderat, terrae omnipotentis alumnum
Caede nova quaerens et ineluctabile fatum.
Protinus Antaeum vasta se mole moventem
Occupat, ille suae contra non inmemor artis
Concidit atque novae rediere in praelia vires.
Adrepta tellure semel vim crescere victis
Non tulit Alcides et terra sublevat ipsum.
Namque manus inter conantem et plurima frustra
Corripit in nodum nisuque inmotus eodem
Auxilium solitum eripuit, corpusque per ingens *p. 14*
Non iam mater alit Tellus viresque ministrat.
Verum ubi nulla datur dextra adtrectare potestas,
Illum exspirantem magnum Iovis incrementum
Excutit effunditque solo. ruit ille volutus
Ad terram, non sponte fluens, vitaque recessit.

157 li *A* offerite *A* periculis *A*, *corr.* A^1 158 instruxi *A* struxi *Aen. IV* 680 161 q; *A* 162 ęternumqe *A*
12. et antheus *A* 1 arenosum *A* ad *addidi ex Aen. IV* 257 libię *A* 4 anteum basta *A* mobentẽ *A* 6 adq; nobe *A* 7 adreptat *A*, *cf. Aen. X* 298. *XII* 799 victi *Oudendorp* 8 tullit *A* 10. inmodus *A*

13

B. I 168.
M. 689.
B. IV 206.

Progne et Philomela

Aspice ut insignis vacua atria lustrat hirundo!
Vere novo maestis late loca questibus implet;
Victum infelicem maerens Philomela sub umbra
Adsiduo resonat cantu miserabile carmen.
Causa mali tanti coniunx, thalamique cruenti
Virginis os; notumque, furens quid femina possit.
Hic crudelis amor: crudelis tu quoque, mater;
Infelix puer, atque odium crudele tyranni.
Progeniem parvam curaeque iraeque coquebant,
Threïcio regi cum iam securus amorum
Coniugis infandae inter deserta ferarum
Fas omne abrumpit, pariterque loquentis ab ore
Decidit exanimis vox ipsa [et] frigida lingua:
Haut impune quidem dementia cepit amantem.
Pectore in adverso saevi monumenta doloris
Fertque refertque soror, crimenque [et] facta tyranni
Sanguis ait. Solidae postquam data copia fandi,
(Vulnera siccabat circum praecordia) 'Sanguis,
Accipe' [ait] 'vocem', ac saevo sic pectore fatur:
'Heu miserande puer, nunc te fata impia tangunt!'
Regalis inter mensas genitoris et ora p. 15
Polluit ore dapes, quidquid solamen humandi est.
Dum genitor nati morsu depascitur artus,
Et soror et coniunx petierunt aethera pinnis.

13. Progne et filomela *A* 1 irundo *A* 2 nobo mestis *A* 3 Foetum *Burm.* merens filomela *A* ũbras *A* 5 coniuncta · lamiq; *A* 6 ferens *A*, *cf. Aen. V* 6 8 adq; *A* tyrranni *A* 10 Treicio *A* 11 coniugi *A* 13 Occidit *Burm.* et *add. Georg. IV* 525 14 Aut inpone *A* 16 sor *A* et *add. Burm.* facta *Aen. VIII* 483 fata *A* tyrranni *A* 17 *interpunxi* solite *A* solidaeque *Aen. II* 639 cupia *A* 19 ait *add. Burm.* ac *Baehrens* at *A* et *uulgo* 22 umandi *A* 24 con=iunx *A*

14

B. I 14.
M. 575.
B. IV 207.

Europa

Vulneris inpatiens hominum rerumque repertor
Et faciem tauro propior descendit ad undas.
Europam nivei solatur amore iuvenci.
Dulcibus illa quidem inlecebris in litore sicco
Luserat, insignis facie, candore nivali.
Saucius at quadrupes saltus ingressus apertos
Forte fuit iuxta, superi regnator Olympi,
Obtulerat qui se ignotum venientibus ultro
Virginibus Tyriis aurata fronte iuvencum.
At circum late comites per litora passim
Diffugiunt visu exsangues taurumque relinquunt,
Sola (novum dictu) contra stetit ora iuvenci
Ante Iovem: nam te voluit rex magnus Olympi.
Hunc Phoenissa tenet vasta se mole moventem
Purpureosque iacit flores omnemque pererrat,
Ille autem spissa iacuit revolutus harena.
Inponit regina manum patiensque pericli
Mollibus intexens ornabat cornua sertis.
Hunc ubi contiguum summo tenus attigit ore
Et super incumbens sertis et fronde coronat —
Iam iam nulla mora est — animum labefactus amore
Accepit venientem ac mollibus extulit undis.
Illi (sensit enim tuus, o clarissime, frater)
Subsidunt undae, straverunt aequora venti.
Nunc pelagi nymphae crinem de more solutae

14. 2 proprior *A* 3 iubenci *A* 5 nibali *A* 6 ad *A* 7 superis *A* olymphy *A* 8 Obtullerat *A* 9 iouencum *A* 10 Ad *A* 11 exsangue (*sic*) *A* relincunt (c *ex* g) *A* 12 nobum dictum *A* 13 uolluit, *erasa* l, *A* olimpi *A* 14 Hun fenissaten · et *A* mobentẽ *A* 15 purporeosq; iacet *A* omn ·] oculisque *Cannegieterus* totumque *Aen. IV* 363 16 arena *A* 19 contiguõ *A*, *corr.* A^1 22 accipit *A* hac *A* extullit *A* 23 Ille *A* tuos *A* 25 nimfe crimen de moret tenentẽ *A* solutae *Aen. III* 65

Suspensum et pariter comitique onerique timentem
. . . . . .
Egregia interea summa sublimis ab unda *p. 16*
Prona petit maria et pelago decurrit aperto.
Tunc laeva taurum cornu tenet inscia culpae
Obliquatque sinus in ventum auramque patentem:
Ille, manum patiens, miro properabat amore,
Et ductus cornu rex omnipotentis Olympi
Insuetum per iter tacitis subremigat undis
Perfidus, alta petens abducta virgine praedo.

15

B. I 172.
M. 1609.
B. IV 208.

Alcesta

Egregium forma iuvenem pactosque hymenaeos
Incipiam et prima repetens ab origine pergam,
Si qua fides, animum si veris inplet Apollo.
Iam gravior Pelias multis memoratus in oris
Rex erat et tantas servabat filia sedes.
Illam omnis tectis primaevo flore iuventus
Ardebat, sed res animos incognita turbat.
Iura dabat legesque viris, sub rupe leonem
Aut spumantis apri cursum qui foedere certo
Et premere et laxas sciret dare iussus habenas.
Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus amore;
Ipse inter primos caput obiectare periclis
Obtulerat, fidens animi fretusque iuventa.
Ergo iussa parat, multis comitantibus armis.
Itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum,

26 umentẽ *A*. *post* 26 *deesse puto uersum* 29 Tunc leuat aurum cornũ *A* 30 aurũq; *A* 31 manum *Aen. VII* 490 manu *A* miro *Aen. VII* 57 uero *A* 33 subremigandis *A, corr. Heinsius* 34 pedens adducta *A*

15. 1 himeneos *A* 3 uerus *Wakkerus* 4 grauiter *A* 6 primebo *A* 7 turbant *A* 8 subrepe *A* 9 afri *A* fidere *A* 10 lassas *A* abenas *A* 11 foebo *A* dilectos *A* 12 iactare *A, corr. Burm. ex Aen. II* 751 13 Obtullerat *A* iubenta *A* 14 cogitantib; *A*

Atque hic exsultans animis patiensque pericli
Optat aprum aut fulvum descendere monte leonem.
Tunc breviter super aspectans sic voce precatur:
'Sancte deum, summi custos Soractis Apollo, *p. 17*
Quem primi colimus, tua si mihi certa voluntas,
Ibo animis contra nec me labor iste gravabit.'
Nec mora nec requies; oranti et multa precanti
Aethere se mittit auditque vocatus Apollo
Et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert:
'Incipe si quid habes, si tantum pectore robur
Concipis et si adeo dotalis regia cordi est:
Mecum erit iste labor, mitte hanc de pectore curam.'
Per silvas tum saevus aper cum murmure montis,
Tum demum movet arma leo vastoque sub antro
Asper acerba tuens vasta se mole ferebat,
Excutiens cervice toros; ea frena furenti
Concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo .
. . . . . .
Dat iuveni et tenuis [fugit] ceu fumus in auras:
Ille autem inpavidus et munere victor amici
Emicat in currum et manibus molitur habenas.
Vt ventum ad sedes, reddi sibi poscit honorem;
Adiungi generum miro properabat amore.
Tum sic mortalis referebat pectore voces:
'Non haec humanis opibus, non arte magistra
(Accipio agnoscoque libens) tibi ducitur uxor,
Omnis ut tecum meritis pro talibus annos

16 Adq; hinc exultans animi *A* animis *Aen. II* 386 17 fulbum *A* 19 Sc̃e dm̃ *A* soractes *A. aliter Aen. XI* 785 20 uolontas *A* 23 Ẹtere *A* 24 iubeni *A* hi se *A* 25 abes *A* 27 eret *A* 28 silluam tum seba · per *A* siluas *Georg. III* 248 29 tunc *A* tum *Aen. XII* 6 31 ea *Aen. VI* 100 et *A* 32 sup *A. post* 32 *inserit Burm.* 'Vix ea fatus erat, currum geminosque iugalis' *fort. recte* (*ex Aen. VI* 190 *VII* 280) 33 fugit *add. Burm. ex Aen. V* 740 35 Etmigat in curru *A* mollitur abenas *A* 37 tenerum *A* 39 non arte *Aen. XII* 427 neque arte *A* 40 agnuscoquę *A*

Exigat et possit parvos educere natos.'
Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
Iam senior mediisque parant convivia tectis.
Interea magnum sol circumvolvitur annum,
Parcarumque dies et vis inimica propinquat
Egregium forma iuvenem iam morte sub aegra:
Iamque dies infanda aderat et tempora Parcae *p. 18*
Debita conplerant crudeli morte sodalis.
Vt primum fari potuit crinitus Apollo,
Multa gemens casuque animum concussus amici,
Ipsius ante oculos sic fatis ora resolvit:
'Disce tuum, ne me incuses, volventibus annis
Advenisse diem; nam lux inimica propinquat.'
Haec ubi deflevit, caeli cui sidera parent,
Tunc sic pauca refert fatis adductus iniquis:
'Phoebe, tot incassum fusos patiere labores?
Nil nostri miserere? mori me denique cogis?
Eripe me his, invicte, malis; miserere tuorum,
Si qua fata sinant, et eris mihi magnus Apollo.'
Talibus oranti sic ore effatus amico est:
'Desine fata deum flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
Obiectare animam quemquam aut opponere morti
Fas et iura sinunt; prohibent nam cetera Parcae.
Audiat haec genitor: patet atri ianua Ditis;
Hactenus indulsisse vacat.' sic fatus Apollo
Mortalis visus medio sermone reliquit.
Tunc vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstipuit, cui fata parent, quem poscat Apollo;
Ire ad conspectum cari genitoris et ora

42 parbos adducere *A* 48 ad erat *A* 49 deuita *A* sudalis *A* 51 Multas *A* casumq; *A* 53 uolentib; *A* 55 defleuit, u *ex* t *erasa*, *A* sydera *A* 56 si *A* 57 Fębet tot *A* 62 flectis *A* 64 Oblectare *A* quēquem *A* 65 sint nū proibent *A* cętera *A* 66 patit *A* i≡anua *A* 68 uisos *A* reliquit *A*, n *super* i *alia manu antiqua. Paulo aliter Aen. IX* 657 70 quā poscat *A*

Cogitur et supplex animum temptare precando;
Multaque praeterea longaevo dicta parenti
Cum fletu precibusque tulit, ne vertere secum
Cuncta pater fatoque urgenti incumbere vellet;
Ecce iterum stimulat, sed nullis ille movetur *p. 19*
Fletibus aut voces ullas tractabilis audit.
Tunc genitor natum dictis affatur amicis:
'Non, ut rere, meas effugit nuntius auris;
Infelix causas nequiquam nectis inanes.
Hoc uno responso animum delusit Apollo.
Stat sua cuique dies, lacrimae volvuntur inanes.
Vtere sorte tua: patet atri ianua Ditis.'
Talia perstabat memorans fixusque manebat.
Egregia interea coniunx in limine primo
Agnovit longe gemitus (praesaga mali mens),
Tunc sic pauca refert: 'Quid, o pulcherrime coniunx,
Fare, age, quid venias? quae causa indigna serenos
Foedavit vultus? quae te fortuna fatigat?
Quaecumque est fortuna, mea est.' et talia fata
Demisit lacrimas factoque hic fine quievit.
Ille autem gemitus imo de pectore ducens
Talia voce refert: 'Quid me alta silentia cogis
Rumpere et obductum verbis vulgare dolorem?
Eloquar an sileam? luctum ne quaere tuorum;
Vixi et, quem dederat cursum fortuna, peregi.
Iamque dies nisi fallor adest; crinitus Apollo
Hos mihi praedixit luctus, pro nomine tanto
Obiectare animam seu certae occumbere morti.'
At regina gravi iamdudum saucia cura,

72 temperare *A* 74 fleto *ex* fletum *A* uertere *ex* uerteret *m. pr. A* 75 factoq; *A* uellit *A* 76 nulli⁼s *A* mobetur *A* 77 illas *A* 78 genitur *A, corr. A*¹ 80 Infelix ni (ni *eras.*) causa nequicquam *A* 82 Stat uacuiq; *A* uuluuntur *A, corr. A*¹ 83 itere *A* dictis *A* 87 si *A* pulcerrima coniu^{n}x *A* 89 fedauit *A* q; te furtuna *A* 90 furtuna *A* sie talia fatus *A, corr. Burm. ex VI* 53 91 lacrimans · fatoq; *A* 92 inmo *A* 96 furtuna pegit *A* 99 certe *A*

Tristior et lacrimis et pallida morte futura,
Deficit ingenti luctu (miserabile visu)
Atque illum, talis iactantem pectore curas,
Talibus affata est dictis seque obtulit ultro
Decrevitque mori: 'breve et inreparabile tempus *p. 20*
Omnibus est vitae neque habet fortuna regressus:
Sed moriamur', ait, 'nihil est, quod dicta retractent
Concordes stabili fatorum numine Parcae,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
Est hic, est animus, lucis contemptor et istum
Qui vita bene credat emi: nova condere fata
Nec morte horremus; sub terras ibit imago,
Si te fata vocant; in me mora non erit ulla.'
Ergo aderat promissa dies lacrimansque gemensque
Debita conplerat pesti devota futurae.
Testatur moritura deos stratisque relictis
Incubuitque toro dixitque novissima verba:
'O dulcis coniunx, dum fata deusque sinebant,
Fortunati ambo, scirent si ignoscere manes:
Te propter alia ex aliis in fata vocamur.
His lacrimis vitam damus et miserescimus ultro,
Quod te per superos et conscia numina veri,
Per conubia nostra, per inceptos hymenaeos
Adiuro et repetens iterumque iterumque monebo.
O dulcis coniunx, castum servare cubile
Sis memor; extremum hoc munus morientis habeto,
Si bene quid de te merui, lectumque iugalem
Natis parce tuis. Sic, sic iuvat ire sub umbras.
Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo.
Iussa mori feror ingenti circumdata nocte.

103 adq; *A* 104 affata (*sic ubique*) *A* 105 decreuitq; breui mori et inseparabile *A* 106 furtuna *A* 108 numina *A* 109 alternam *A* 111 credit *A* credat *Aen. IX* 206 noba cundere *A* 112 mortem *uulgo* 115 deuita *A* 116 dō *A* relectis *A* 117 incupuitq; *A* 119 ignuscere *A* 123 inceptoimeneos *A m. pr.* (?) 126 munos morienti *A* 128 pasce *A*, *corr. Schraderus ex Aen. X* 532 iubat *A*

Haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
I decus i nostrum, melioribus utere fatis.'
Haec effata silet, pallor simul occupat ora.
Nam quia nec fato ingeminat iam frigida cumba, *p. 21*
Sed misera ante diem, matrum de more locuta,
Multa patri mandata dabat, solatia luctus:
Interea dulces pendent [circum] oscula nati;
Illa manu moriens umeros dextramque tenebat
Amborum et vultum. lacrimis ingressus obortis
'O dolor atque decus magnum, sanctissima coniunx,
Tu lacrimis evicta meis, per sidera iuro,
Per superos, haerent infixi pectore vultus
Verbaque; per caeli iucundum lumen et auras,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus
Oblitus fatorum, ‖ manet alta mente repostum;
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
Servati facimus. semper celebrabere donis,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,
Cui tantum de te licuit. neque enim ipsa feretur
Fama levis tantive abolescet gratia facti.
Funeris heu tibi causa fui! quas dicere grates,
Quasve referre parem fati sortisque futurae?
Aeternam moriens famam tam certa tulisti,
Contra ego vivendo vici mea fata superstes
Morte tua vivens.' media inter talia verba
'Non lacrimis hoc tempus eget' Cyllenia proles,

131 nr̃a *A* 132 Hi decus sit nostrũ *A* 133 sumul *A* 134 ingeminant *A* 136 Multo patria *A* 137 circum *add. Burm. ex Georg. II* 523 138 illẽ *A m. pr.* humeros (*sic*) *A* 140 adq; *A* sc̃itissima *A* 143 iocudum lumin *A* 145 natorum *A*. *Versus nimius, ex Aen. V* 703 *et I* 26 *conflatus* Fatorum oblitus *Baehrens* 146 honus *A* huandi *A* 149 tibi] tui *A* solemnia *A* 150 enim in ipsa *A* 151 adolescet *A* (*cf. Aen. VII* 232) 152 eu *A*, *sed corr.* 153 referrem *A* fatis · ortisq; *A* 155 uice *A* 156 uidens *A* 157 eget *Burm. ex Aen. II* 522; *sed cf. XII* 156 (*IV* 258)] ait *A*

'Adceleremus' ait; 'nos flendo ducimus horas.'
Regina ut tectis venientem conspicit hostem,
Agnoscit lacrimans sua nunc promissa reposci;
'Tempus', ait, 'deus, ecce deus'! cui talia fanti
Dilapsus color atque in ventos vita recessit. *p. 22*

16

[MAVORTI]

B. M. —
B. IV 214.

De ecclesia

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Religione patrum laetum et venerabile templum
Hoc dedit esse suum superi regnator Olympi.
Nam deus omnipotens, qui res hominumque deumque
Aeternis regit imperiis, 'quo tenditis'? inquit,
'Hic domus est vobis; haec ara tuebitur omnis.
Hic matres puerique simul mixtaeque puellae
Sacra canunt pariterque oculos ad sidera tollunt.
Hic exaudiri voces, hic vota precesque;
Noctes atque dies ferit aurea sidera clamor.'
Postquam prima quies et facta silentia tectis,
Incipit effari divino ex ore sacerdos:
'Accipite haec animis laetasque advertite mentes,
Matres atque viri, pueri innuptaeque puellae.
Discite iustitiam moniti et spes discite vestras.
Haut incerta cano: deus aethere missus ab alto
Ipsius a solio regis, via prima salutis,

160 Agnuscens *A* 162 Delapsus calor adque inuentor *A*, *cf. Aen. IV* 705

16. Mauorti *addidi, cf. post u.* 110. De eclesia *A. ed. Suringar a.* 1867 (*ex apographo Leidensi*) *et Schenkl a.* 1888 *Corp. script. eccles. lat. XVI* 621 *sqq.* 1 gentũ *A* colũnes *A* 2 Religionem petrũ *A* 4 dš *A* res *Suringar* rex *A* dmq; *A* 5 inquid 6 nobis *A; cf. Aen. V* 638 8 Sagra *A* 10 adq; *A* feret *A*, *corr. Suringar* 11 tectis *Suringar ex Aen. I* 730 noctis *A* *u.* 13—98 *sermo presbyteri* 14 adq; *A* 15 iusticiã *A*, *cf. Aen. VI* 620 16 Aut *A* dš *A*

Quem nobis partu sub luminis edidit oras
Virginis os habitumque gerens, mirabile dictu.
Ore [dei] afflata est spiritu propiore paritque.
Sic nova progenies caelo descendit ab alto.
Ast ubi iam firmata virum te prodidit aetas,
Negavere deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, †quando furentes ac dira canentes
Insontem magno ad regem clamore trahebant.
Ille nihil (namque ipse volens), seque obtulit ultro,
Hoc ipsum ut strueret, vatum praedicta priorum
Prodere iussa dei, telluris operta subire. *p. 23*
Primus ibi ante omnes, sceptrum qui forte gerebat,
Sustulit ablutas lymphis ad sidera palmas
Hoc dicens: 'equidem in iusto nil tale repertumst;
Nec fas. o miseri, quae tanta insania, cives?
[At] me nulla dies tantis neque fortibus ausis
Addiderit socium. vestra' inquit 'munera vobis:
Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.'
Tum magis atque magis magnis furoribus acti
Clamores simul horrendos ad sidera tollunt
Et magis atque magis poenas cum sanguine poscunt.
Has inter voces medio in flagrante tumultu

18 pastus sublimis eddedit ortus *A; corr. Suringar ex Aen. VII* 660 19 abitumq; *A* 20 More *A* ore *olim ego* dei *add. Schenkl* Maria *Latendorf.* affata *A*, *correxi* sp̃ũ *A* propriora *A*, *correxi* paritque *scripsi* canitque *A. cf. Aen. II* 247. *VI* 50 *sq. Post* 20 *lacuna: Schenkl* 21 discendit *A* 22 uirum *Suringar* (*ecl.* 4, 37) deum *A* prodedit *A* 23 Negabere dm̃ *A* ultissimus *A* 24 quando *A* quo *Baehrens* hac *A* 27 ut strueret *Suringar* instrueret *A* uatumq; dicta *A*, *correxi ex Aen. IV* 464 28 proderet *A* dī *A* tellusque *et* subiret *A*, *cf. Aen. VI* 140 29 forte *Suringar* (*Aen. XII* 206): uoce *A* 30 Sustullit ablatas limfis asidera *A* 31 equitem inisto *A*, *correxi ex ev. Matth.* 27, 19, *non ex Vergilio* repertus *A*, *correxi* 32 omnis eriq; tanta insania cicys *A*, *cf. Aen. II* 42 33 Menulladię stantis *A* At *add. Schenkl. cf. Aen. IX* 281 34 Addidere' *A* inquid *A* 35 adsumite *A* 36 tũñc̈ *A* adq; *A* fororib; *A* 38 adq; *A* sanguina *A* 39 fraglante *A*

Arboris obnixus trunco (tibi, magne, tropaeum,
Omnipotens genitor!) palmas utrasque tetendit
Teque vocans multo vitam cum sanguine fudit.
  Et tamen interea tua nati maxima cura
Non tulit hanc speciem; graviter commotus et alto
Dat clarum e caelo signum. nam tempore in illo
Sol medium caeli conscenderat igneus orbem;
Eripiunt subito nubes caelumque diemque
Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.
Tres tenuit caeli spatium non amplius horas:
Tunc repetens iterum sol clara in luce refulsit.
Nona fugae melior, rebus iam rite peractis.
Inde datum molitur iter. iamque arva tenebat
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris.
Vt statim ad fauces venit grave olentis Averni, *p. 24*
Tum demum horrisono stridentes cardine portae
Panduntur vastae solidoque adamante columnae;
Sponte sua umbrosae penitus patuere cavernae.
Ingreditur linquens antrum; tum maxima turba,
Vt videre deum fulgentiaque ora per umbras,
Ingenti trepidare metu. nec plura moratus
Haec ait et dictis maerentia pectora mulcet:
'Ne trepidate, meae animaeque umbraeque paternae;
Vobis parta quies. genitor mihi talia namque
Dicta dedit, divosque haec limina tendere adegit.'

40 obnixos *A* 42 uita *A* 43 natim *A* 44 tullit *A* comotus *A* 45 Das *Sur.* 46 igneos orbe *A* 49 Triste nuit diei *A* caeli *Bachrens* oras *A. cf. ecl.* 3, 105 50 Tunc *ego* Te *A* (Tum *Suringar*) sol *scripsi*] sua *A cf. Aen. III* 436. *I* 588 51 fugae *Georg. I* 286] diei *A ex A u.* 49 Nunc adeo (*Aen. IX* 156) *a* 52 molituritur iter *A* 53 stubrea *A* scrupea *a, Aen. VI* 238 54 aberni *A* 55 Tum *Aen. VI* 573 Tunc *A* stritridenti *A* 56 Uanduntur *A, corr. a* solido · quedam ante *A, cf. Aen. VI* 552 57 sua et *A* caberne *A* 59 dm̄ *A* 60 trepidarem *A* 61 a't *A* merenta *A* 62 ne trepitate me · *A* meas *Aen. IX* 114 63 partam̄ *A* 64 diuosque *Aen. VII* 471] uos prophęc *A* prope uos haec *Bachrens* adegit *Aen. VI* 696] agit *A*

Haec fatus animas, quae per iuga longa sedebant,
Deturbat, antro miserans submittit aperto,
Et dicto parens supera ad convexa revexit.
Interea magnam subito vulgata per urbem
Fama volat, illum expirantem sedibus imis
Iam revocare gradum superasque evadere ad auras.
Obstipuere animis alii; set sanguinis auctor
Se causam clamat crimenque caputque malorum,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta
Proque suis meritis superis concessit ab oris.
Nec minus interea se matutinus agebat
Ad socios, quibus in mediis sic deinde locutus
Extulit os sacrum claraque in luce refulsit,
Omnia longaevo similis, cunctisque repente
[Improvisus ait:] ‘. . . . . .
Ire iterum in lacrimas? coram, quem quaeritis, adsum.
En perfecta mei cari praecepta parentis.
Quare agite, o socii, tantarum in munera laudum *p. 25*
Ite’, ait; ‘egregias animas natique patrisque
Sermonum memores pluviali spargite lympha.
Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.’
Dixit et in caelum paribus se sustulit alis
Conditus in nubem; hinc regia tecta subivit
Dona ferens victor, cari genitoris et ora.
Oscula libavit dextramque amplexus inhaesit.
Huius in adventum cernes a sedibus imis
†Eruere summas arces et moenia verti

65 q; per iura *A* iuga *a* 66 Deturbatanq; antro *A* deturbat miseransque antro *Suringar. cf. Aen. VI* 412 67 supera ut conuexa reuisant *Aen. VI* 750. 68 uulgatam *A* 71 aliis et *A* 72 Ne causã clama *A* capueq; *A* (*Aen. XII* 600) 74 meretis *A* 75 sese matutinis *A* (*Aen. VIII* 465) 76 socius *A* 78 longebus *A*. *post* 78 *uersus excidit, cf. Aen. I* 594 impr. ait *add. Suringar et ego* 79 lacrimis *A*, *corr. A*[1] 81 os socii *A* munere *Aen. VIII* 273 munera *A* 83 plubiali *A* limfa *A* 84 lababo *A* 85 sustullit *A* 87. 88 ori Oscula *olim scripsi. cf. Aen. VI* 108 88 Obscula *A* 89 cernes a *Suringar* Erebi de *Georg. IV* 471 certis a *A* 90 summę acies *A*, *corr. idem* menia *A*

Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.
Tunc autem innumerae gentes populique frequentes
Terrentur visu subito. rex omnibus idem
Iura dabit populis pariter subigetque fateri,
Quae quis aput superos furto laetatus inani
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
'Sed vos, o lecti, ferro pro nomine tanto,
Quod superest, moriamur et in media arma ruamus.
Sanguine quaerendi reditus animamque litando.'
Haec ubi pro meritis, finem dedit ore precandi.
Succedunt alii ◡ graves aetate ministri.
Pars in frusta secant onerantque altaria donis;
Tum demum pueri et pavidae longo ordine matres
Stant circum.
Quos ubi confertos munus circumtulit omnes,
Sic prior adgreditur mensas atque incipit ipse;
Et postquam primus summo tenus adtigit ore,
Accipiunt proceres pariterque antistites omnes *p. 26*
Et pueri rudes; sequitur tunc cetera pubes.
Protinus ad reditum quisquis ac tecta domorum
Tendimus, et laetum semper celebramus honorem.

91 adq; *A* 92 gentis *A* frequenter *A, corr. Suringar* 94 dabat *et* subieq; *A, corr. idem. Post* 95 *aliquot uersus exciderunt* 96 Seduo soleti *A* (*Aen. IX* 146) 98 animanq; litarido *A* animaque litandum *Aen. II* 118 100 grabes *A* 101 in frustra *A* honorantq; *A, corr. a* alteria *A, corr. A*[1] 102 pauido *A* 102 *sq. uno uersu A* 104 munus *ego* manuš *A, non ex Vergilio* panem *Suringar* 105 adq; *A* 108 tunc] quos *Aen. V* 74 pubes] rudes *A, corr. a* 109 prodinus *A* ad tecto domosŭ *A, cf. Aen. II* 445

16ª Cumque Mavortio clamaretur 'Maro iunior!', ad praesens hoc recitavit:

Ne, quaeso, ne me ad talis inpellite pugnas!
Namque erit ille mihi semper deus, ille magister.
Nam memini (neque enim ignari sumus ante malorum):
Formonsum pastor Phoebum superare canendo
Dum cupit et cantu vocat in certamina divos,
Membra deo victus ramo frondente pependit.

17

[HOSIDII GETAE]

B. I. 178.
M. 235.
B IV 219.

Medea [tragoedia]

[Med.] Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra precanti
Et Dirae ultrices et tu, Saturnia Iuno!
Ad te confugio, nam te dare iura loquuntur
Conubiis. si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, nostro succurre labori,
Alma Venus! quicumque oculis haec aspicis aequis,
Accipite haec meritumque malis advertite numen!
Quid primum deserta querar? conubia nostra

16ª. abortio *A* Mauortio *Iuretus uel Quicherat qui uerba* 'Cumque — pependit' *edidit in Bibl. de l'école des chartes II* 130 *'d'une copie exécutée par Juret.'* abituro *Schenkl. Maro iunior: sic Arrianus audiebat ὁ νέος Ξενοφῶν* ad praesens, *i. e. ex tempore* recitaui *A* -uit *Juretus* 1 Neque sone me *A* 2 mihi ille *A* dñ *A* 3 maiorum *A*, *corr. a* 4 fębũ *A* canendũ *A* 6 dõ *A*. *cf. Aen. IX* 337

17. Hosidii Getae *et* tragoedia *om. A. cf. Tertullianus de praescript. haeret.* 39: 'Vides hodie ex Vergilio fabulam in totum aliam componi . . . denique Hosidius Geta Medeam tragoediam ex Vergilio plenissime exsuxit.' *Centonem ab auctore secundis curis non retractatum relictum puto. Eos uersus, in quibus uersiculorum Vergilianorum compagem nondum ad finem perduxisse mihi uidetur, rectis lineis in partes Vergilianas diuisi, ut u.* 64, 65, 87 *all.* — 1 Med. *addidi* 5 Respice homano *A* succurrere labri *A* 6 uenus aut quicumq; *A* (*cf. Aen. IX* 209)

Digitized by Google

Reppulit et sparsos fraterna caede penates.
Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuerit mediosque fugam tenuisse per hostis?
Inprobe amor, quid non mortalia [pectora] cogis?
Iussa aliena pati iterumque revolvere casus, *p. 27*
Ire iterum in lacrimas. sed nullis ille movetur
Fletibus, infixum stridit sub pectore vulnus.
Extinctus pudor atque inmitis rupta tyranni
Foedera et oblitus famae melioris amantis
Oblitusve sui est: lacrimae volvuntur inanes.
Nusquam tuta fides, vana spe lusit amantem
Crudelis. quid, si non arva aliena domosque
Ignotas peteret, pro virginitate reponit?
Heu pietas, heu prisca fides! captiva videbo
Reginam thalamo cunctantem ostroque superbo —
Haut inpune quidem, si quid mea carmina possunt!

Chorus Colchidarum

Rerum cui summa potestas,
Precibus si flecteris ullis
Et si pietate meremur,
Nostro succurre labori.
Et tu Saturnia Iuno,
Cui vincla iugalia curae,
Oculis haec aspicis aequis?
Nemorum Latonia custos
Triviis ululata per urbes,
Sic nos in sceptra reponis?
Quid, o pulcherrime coniunx,

9 Repulit *A* 10 sirtes *A* scilla *A* caribdis *A* 11 p ostis *A* 12 pectora *om. A, add. a* 14 moutur *A* 16 adq; *A* tyrranni *A* 17 Federa *A* 18 suę est *A* uuluuntur *A* 21 hęc pro *A* (*cf. Aen. XII* 878, *sed et IV* 312) 22 fides et hęc captiua *A* 23 thalami cunctantes *A* 24 Aut inpone *A* Chorus colcitarum *A rubris litt., ut notae personarum fere omnes. uersus recte diuidit A* 33 tribiis *ex* tribius *A* 35 pulcerrime *A*

Potuisti linquere solam,
Per tot discrimina rerum
Nequiquam erepte periclis?
Manet alta mente repostum, *p. 28*
Quam forti pectore et armis
[Medioque ex hoste recepit]
Quaesitas sanguine dotes.
Felix, heu nimium felix,
Dum fata deusque sinebant!
Nescis heu perdita necdum,
Quae te dementia cepit
Caput obiectare periclis.
Haec nos suprema manebant,
†Hoc ignes araeque parabant?
Nostram nunc accipe mentem:
Vaginaque eripe ferrum
Ferroque averte dolorem!

Creon. Medea.

Cr. Femina, quae nostris erras in finibus hostis,
Flecte viam velis; neque enim nescimus et urbem
Et genus invisum et non innoxia verba;
Hostilis facies [ne] occurrat et omina turbet.
M. Nullae hic insidiae nec tanta superbia victis,
Non ea vis animo, nec sic ad praelia veni.
Cr. Non ut rere meas effugit nuntius auris,
Vnde genus ducis varium et mutabile semper.
Tu potes unanimes armare in praelia fratres

37 totum *A* m *delet* A^1 38 periglis *A* 40 Quem *A* *u.* 40[a] *add. Burm. ex Aen. VI* 111 42 eu *A* 43 dsquę *A* 44 eu *A*, *corr. a* 48 *cf. Aen. IV* 676 Hoc *deleui (in Addendis a.* 1870 *p. LVII)* 52 Cre. *A* errant *A* errans A^1, *Aen. IV* 211 erras *Scriver.* 53 Flectem *A* nescimũ *A* 55 facie[s] *A* ne *add. Burm.* adq; homina turbẽt *A* 57 uenis *A sed* s *erasa* 58 Cr. *habet A ad* 57; *corr. Meyerus* 60—64 *cf. Aen. VII* 335 *sqq. ubi* unanimos

Funereasque inferre faces et cingere flamma,
Pacem orare manu et vertere sidera retro
Atque odiis versare domos. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes ‖ fecundaque poenis
Viscera ‖ notumque, furens quid femina possit.
Cede locis pelagoque volans da vela patenti! *p. 29*
M. Rex, genus egregium, liceat te voce moneri.
Pauca tibi e multis, quoniam est oblata facultas,
Dicam equidem, licet arma mihi mortemque mineris.
Ne pete conubiis natam: meminisse iuvabit;
Dissice conpositam pacem; miserere tuorum!
Cr. Ne tantos mihi finge metus neve omine tanto
Prosequere: causas nequiquam nectis inanes.
Stat sua cuique dies. non ipsi excindere ferro
Caelicolae valeant, fati quod lege tenetur.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
M. Non equidem invideo genero dignisque hymenaeis,
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Tempus inane peto: liceat subducere classem;
Extremam hanc oro veniam. succurre relictae,
Dum pelago desaevit hiems, miserere parentis,
O genitor! et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus [et] scis ipse neque est te fallere quidquam.
Nunc victi tristes (quoniam fors omnia versat)
Submissi petimus terram litusque rogamus
Innocuum, neque te ullius violentia vincat.
Cr. Quid causas petis ‖ in me exitiumque meorum?

63 adq; *A* 64 = *Aen. VII* 338 *et VI* 598 semper *add. Burmannus,* testor *Oudendorp* 65 = *Aen. VI* 599 *et V* 6 sunt *add. Burm.* 68 q̄m est *A* 69 minetur *Aen. XI* 348 70 pede *A* natum *Wakkerus, sed cf. Aen. VII* 96 iubauit *A* 72 homine *A* 73 tanto causaus nequicquã *A* en causas *Burm.* 76 sentencia *A* 77 MD. *A* himeneis *A* 78 prodedit *A* 79 subdure *A, corr. a* 80 oram ueniam *A* 81 tẽ *A* (hyems *a*) 83 et *add. Scriuerius* ut *Burm.* 84 q̃m *A* 86 nec te *Aen. XI* 354 87 = *Aen. VIII* 395 *et* 386 Cre. *A* petis ex alto exc. *Burmannus* exiciumq; *A* excidiumque *Aen. VIII* 386

Quidquid id est, timeo vatum praedicta priorum.
Eia age, rumpe moras; quo me decet usque teneri?
M. Quem sequimur? quove ire iubes? ubi ponere sedes?
Cr. Ire ad conspectum cari genitoris et ora,
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri.
M. Nunc scio quid sit amor. hospitio prohibemur arenae, *p. 30*
Nec spes ulla fugae, nulla hinc exire potestas,
Quassataeque rates, geminique sub ubere nati,
Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.
Si te nulla movet tantae pietatis imago,
Indulge hospitio noctem non amplius unam!
Hanc sine me spem ferre tui; audentior ibo.
Cr. Desine iam tandem: tota quod mente petisti,
Largior et repetens iterumque iterumque monebo.
Si te his adtigerit terris Aurora morantem,
Vnum pro multis dabitur caput.

Vox deintus. Chorus

Vox. O digno coniuncta viro, dotabere virgo.
Ferte facis propere, thalamo deducere adorti.
Ore favete omnes et cingite tempora ramis.
[Chor.] Velamus fronde per urbem
Votisque incendimus aras.
Heu corda oblita tuorum
Vatum praedicta priorum,
Fati sortisque futurae!
Spe multum captus inani
Mactat de more bidentis
Phoeboque patrique Lyaeo,
Cui vincla iugalia curae,

89 deit *A* 91 Cre. *A* gari *A* 93 = *Eclog.* 8, 43 *et Aen. I* 540 hospicio proibemur arenę *A* 95 Quasateq; *A* 96 glatialis *A* 97 nullamhabet *A* 98 hospicio *A* 100 Cre. *A* tot · a *A* 101 mobebo *A*, *corr.* A^1 104 dotauere *A* 106 fabete *A* flămis *A* ramis *Burm.* 107 Chor. *deest A* 109 laborum *Aen. IV* 528 *et IX* 225 112 Spem *A* 113 uidentis *A* 114 Foeboq; *A* lieo *A*

Cumulatque altaria donis.
  Tremere omnia visa repente,
Fibrae apparere minaces,
Vox reddita fertur ad aures:
'Thalamis neu crede paratis,
Funus crudele videbis.'
  Carpebant membra quietem,
Animalia somnus habebat,
Ferali carmine bubo
In fletum ducere voces:
Tristis denuntiat iras.
  Quae tanta insania, cives,
Velati tempora ramis?
Thalamo deducere adorti
Quaeso miserescite regis!
  Recubans sub tegmine fagi
Divino carmine pastor
Vocat in certamina divos:
Ramo frondente pependit.
  Quae te dementia cepit,
Saxi de vertice pastor,
Divina Palladis arte
Phoebum superare canendo?
  Raptim secat aethera pinnis
Fugiens Minoia regna
Ausus se credere caelo
Vitamque relinquit in auras.
  Demens videt agmina Pentheus,
Incensas pectore matres;
Vocat agmina saeva sororum:

p. 31

118 apparuere *A* 121 crēdele *A* 126 Risus denuntiās *A*, *cf. Aen. III* 366 129 Thalami *A* 130 Quęsub mis. regi *A*. *Post* 130 *lacunam putant Scriuer. Burm.* 138 Foebum *A* canendum *A*, *corr. A*^{1} 139 era *A* aethera *Georg. I* 406 142 rel.] dispergit *Aen. XI* 617 143 penteus *A* *u.* 144 *posui post* 146 145 ingensas *A* accensas *Aen. VII* 392

Caput a cervice revulsum,
Iuvenem sparsere per agros.

Medea. Nutrix

M. En quid ago? vulgi quae vox pervenit ad aures?
Obstipui magnoque irarum fluctuat aestu *p. 32*
Durus amor; taedet caeli convexa tueri.
Quae potui infelix! quae memet in omnia verti,
Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,
Heu furiis incensa feror! stat gratia facti.
Illum ego per flammas et mille sequentia tela,
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Eripui leto. fateor, arma impia sumpsi.
Sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo?
Quid loquor aut ubi sum? ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges. credo, mea vulnera restant.
N. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit,
Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
Sensibus hic imis nostram nunc accipe mentem:
Heu fuge crudelis terras, fuge litus avarum!
M. Cara mihi nutrix, claudit nos obice pontus,
Deest iam terra fugae; rerum pars altera adempta est.
Hac gener atque socer patriaque excedere suadet.
N. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito;
Et quo quemque modo fugias[que] ferasque laborem,
Tu modo posce deos veniam, tu munera supplex
Tende petens pacem causasque innecte morandi
Carminibus: forsan miseros meliora sequentur.
M. Nunc oblita mihi tot carmina. ‖ vox faucibus haesit;

147 peagros *A* 148 ad aures *A m. pr.* 149 fructuat *A* 150 tedit *A* 151 meme *A* 153 ingensa *A* 156 (fateor) leto me *Aen. II* 134 l. f. me *A*, me *del. Burm.* sumsi *A* 158 logor *A* fędus *A* 161 solatia *A* 162 hic *A* haec *ecl.* 3, 54 166 Haec *A* Hac *Aen. VII* 317 atq; *(sic) A* suadit *A* 168 quocumque *A*, *correxi ex Aen. III* 459 que *add. Burm.* 171 M. (*non ad* 172) *A* sequentur *Aen. XII* 153 secuntur *A* 172 = *eclog.* 9, 53 *et Aen. II* 774 Nunc *ecl.* 9, 53 Non *A*

Mens inmota manet et caeco carpitur igni.
Carmina vel caelo possunt deducere lunam,
Sistere aquam fluviis, deducere montibus ornos.
Has herbas atque haec ponto mihi lecta venena *p. 33*
Ipse dedit; nihil ille deos, nil carmina curat.
N. Quid struis? aut qua spe inimica in gente moraris?
[**M**] Aut pugnam aut aliquid iam dudum invadere magnum;
Seu versare dolos, seu certae occumbere morti.

Iason. Satelles. Medea

Ias. Quod votis optastis, adest; timor omnis abesto.
Hic domus, haec patria est, nullum maris aequor aran-
Solvite corde metum tandem tellure potiti [dum.
Per varios casus. bene gestis corpora rebus
Procurate, viri; iuvat indulgere choreis.
Sa. Vnde tremor terris? qua vi maria alta tumescunt?
Quid tantum Oceano properent se tingere soles?
Nescio quod certum est: in nubem cogitur aër.
Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Et fratris radiis obnoxia surgere luna.
Ias. Media fert tristis sucos, infecta venenis,
Quo thalamum eripiat atque ossibus implicet ignem.
Fare age quid venias iam istinc et conprime gressum.
M. Ad te confugio, precibusque inflectere nostris.
O dulcis coniunx, non haec sine numine divum
Eveniunt. ‖ tanta meae si te ceperunt taedia laudis,

176 erbas ad hęc *A* (herbas *m. alt.*) 177 *sq.* dedit mihi nihil *A* nichil carmina| N. curat. quid stabis *A* struit *et* moratur *Aen. IV* 235 179 M. *addidi.* — *Burm. post* 179 *uersum ex Aen. IX* 187 *et II* 576 *iunctum supplet:* Mens agitat; certum est sceleratas sumere poenas. — Iason. S. Atelles. Mede *A* 182 haec *Aen. VII* 122 hic *A* 185 iubat *A* 187 tinguere *Georg. II* 481. *Aen. I* 745 188 quid certe est *ecl.* 8, 106 191 sucos nigrisq; infecta *A* (nigrisque *non extat Georg. II* 126. *Aen. VII* 341) 192 adq; *A* 193 iam stinget conprome ressũ *A*, *cf. Aen. VI* 389 *ibique Ribbeckius* iam stinc *Burmannus* 195 coniux *A* nomine *A* 196 = *Aen. II* 778 *et Georg. IV* 332 Eueniunt. tanteme · si te *A* Eueniunt: si te *edd. priores*

Hos cape factorum comites, his moenia quaere!
Ias. Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas
Iam propiore deo? nescis, heu perdita, nescis, *p. 34*
Nec quae te circumstent deinde pericula, cernis!
M. Hanc quoque deserimus sedem. tibi ducitur uxor.
Cui, pater et coniunx, quondam tua dicta relinquor?
Et sedet hoc animo, dotalis regia cordi est
Externique iterum thalami.
Mene fugis? hoc sum terraque marique secuta?
Hic labor extremus, longarum haec meta viarum,
Hi nostri reditus expectatique triumphi?
Quid tua sancta fides? iterum crudelia retro
Fata vocant. tantis nequiquam erepte periclis,
Mene fugis? per ego has lacrimas, per si quis amatae
Tangit honos animum, et mensas, quas advena adisti,
Per conubia nostra, per inceptos hymenaeos
Te precor: [o] miserere animi non digna ferentis.
Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis:
Tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant;
Ionioque mari tantis surgentibus undis,
Luctantis ventos tempestatesque sonoras
Conpressi et rabiem tantam caelique marisque.
Vnius in miseri exitium proque omnibus unum
Obieci caput, id sperans fore munus amanti.
Sed quid ego ambages et iussa exorsa revolvo?
Nil super imperio moveor; speravimus ista

199 propriora die *A*, *corr. Burm. ex Aen. VI* 51, *ubi* dei 200 Neque *A* nescis *A* 206 extre *A* 207 Hic *A* Hi *Aen. XI* 54 208 sc̃a *A* 209 nequaquam *A* erepta *A*, *corr.* A^1 211 et — adisti] per inceptos himeneos (*ex* -us) *A* 212 per — hym.] et m. q. aduenas adisti *A*. *Transposuit Burmannus* 213 o *om. A* 214 aliut *A* q;amus *A* 215 libicis *A* 216 Dum rauco adsiduę longo *A*, *cf. Aen. V* 866 217 Infixure mari *A*, Incubare *Burm. ex Aen. I* 84, *multa mutare coactus;* Ionioque *ego ex Aen. V* 193 218 tempestatis quos honoras *A* 220 meseri *A* 221 Obiecit *A* hid spe feror munus *A*

Tempore, quo primum fortes ad aratra iuvencos
Obieci et tauros spirantis naribus ignem,
Seminibusque satis inmanis dentibus hydri
Exiluit legio et campo stetit agmen aperto, *p. 35*
Telorum seges et iaculis increvit acutis.
Ferrea progenies duris caput extulit arvis.
Illi inter sese magna vi vulnera miscent,
Confixique suis telis et pectora duro
Transfossi ligno animasque in vulnera ponunt.
Auro ingens coluber servabat in arbore ramos
Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
Ille manum patiens inmania terga resolvit.
Vt me conspexit flammantia lumina torquens,
Cervicem inflexam posuit somnosque petivit.
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Sin absumpta salus nec habet fortuna regressum,
Si nulla est regio, miseris quam det tua coniunx,
I decus i nostrum, faciat te prole parentem
Egregia interea coniunx melioribus, opto,
Auspiciis! ‖ possem ‖ hinc asportare Creusam:
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis; dabis, inprobe, poenas,
Quod minime reris, rebus iam rite paratis.
Ias. Desine meque tuis incendere teque querellis.

224 qui primum fasces *A* iouencos *A* 225 Obieci] Semina *A*; 226 Seminibusque] Obieci *A*; *commutat Baehrens* 225 eterios *A* · tauros *Georg. II* 140 *sq.* 227 Eripuit *A*, Explicuit *Georg. II* 280 *(quod hic non aptum)* Exsiluit *scripsi* 227 Cẹlorũ *A* 229 extullit arbis *A* 233 Aurum *Aen. VII* 352 auro *A* colober *A* 234 uisus *A* effabilis *A* 235 manu *A* manum *Aen. VII* 490 236 flamantia *A* 239 absumta *A* 240 miseris] Teucris *Aen. X* 44 dete tua coniux ~ *A* 242 coniux *A* 243 = *Aen. III* 499. *XII* 880. *II* 778 (*ubi* portare *cod. Mediceus*, asportare *cod. Palatinus*) adportare creusinu ~ *A* comitem *ante* hinc *add. Burmannus* 244 quidem *A* 245 Suplicia ausurũ *A* pẹnas *A* 246 Quoď *A m. pr.* 247 Ia. *A* tequerellis *A*

Nam mihi parta quies, nullum maris aequor arandum,
Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent.
[**M.**] Heu tot incassum fusos patiere labores,
Nec venit in mentem fumans sub vomere taurus,
Iam gravior Pelias et aëna undantia flammis
Squamosusque draco et quaesitae sanguine dotes?
In regnis hoc ausa tuis — *p. 36*
[**Ias.**] Haec loca non tauri spirantes naribus ignem,
[Invertere satis inmanis dentibus hydri];
Nec galea densisque virum seges horruit hastis,
Nec vim tela ferunt: mitte hanc de pectore curam.
[**M.**] Nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? pelagine erroribus actus,
An fratris miseri letum ut crudele videres?
Ias. Sive errore viae seu tempestatibus acti
[Auguriis agimur divom; feror exul in altum].
Quis deus in fraudem, quae [te] dementia cepit
Commaculare manus, fraterna caede penates?
Aut ego tela dedi aut vitam committere ventis
Hortati sumus? [aut] quae dura potentia nostra?
M. Nil nostri miserere, nihil mea carmina curas;
Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris.
Ias. Quid causas petis ‖ et inrita iurgia iactas?

249 uene *A* 250 M. *addidi, cf. Aen. VII* 421 251 uentem *A* fumans *Georg. III* 515] sudans *A* tauros *A* 252 aëna] in *A* ≈ *A (m. pr.) in mg.* 253 quaesitas *A et Aen. VII* 423, *corr. Klotzius* 254 hoc causa *A* 255 Ias. *addidi* tauris spirante *A, in quo* In regnis — spiran *unus uersus. V.* 255ᵇ *add. Meyerus ex Georg. II* 141. *Iam u.* 226 *adhibitus est* 256 galeis *Georg. II* 142 sedes *A* astis *A* 258 Med. *add. Burm.* 259 domus *A, corr.* A^1 actos *A* 260 uiderem *A, cf. Aen. XII* 636. *V.* 261ᵇ *addidi ex Aen. III* 5; 11 262 te *add. Burm.* 264 comittere *A* 265 aut *add. Burm. ex Aen. X* 69 nostri *Burm.* 266 nil mea *A* 267 posthęc *A, corr.* A^1 ne quicquã uoces lacessat *A, cf. ecl.* 3, 51 269 = *Aen. VIII* 395 *et X* 95 petis causas *A* inrida *A* nectis causas? en *Baehrens*

Iamque vale, melior quoniam pars acta diei est.
M. Vtere sorte tua, susceptum perfice munus.
Ias. Nunc iter ad regem nobis. quod te adloquor, hoc est.
M. Num fletu ingemuit nostro aut miseratus amantem [est]?
Et dubitamus adhuc? lacrimantem et multa volentem
Dicere deseruit rapidusque in tecta recessit.
Quid labor aut benefacta iuvant? mea tristia fata
Fessa iacent. ubi nunc nobis deus ille magister
Et Furiis agitatus amor et conscia virtus?
Nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo? *p. 37*
Stat casus renovare omnis, dare lintea retro,
Rursus et [est] casus abies visura marinos.
Te sine, frater, erit. quod si mea numina non sunt,
Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo!

Chorus

Dictis exarsit in iras
Insani Martis amore,
Poenorum qualis in arvis
Venantum septa corona
Fulva cervice leaena;
Qualis mala gramina pastus
Tractu se colligit anguis,
Tumidum quem bruma tegebat:
Caput altum in proelia tollit,
Linguis micat ore trisulcis;
[Qualis . . . . . .]
Furiis agitatus Orestes

270 qm̃ *A* est *om. Aen. IX* 156 273 Non *A, sed cf. Aen. IV* 369 fleto ingemuinr̃o *A* amanti *A, cf. ib.* 370 est *om. A* 276 iubant *A* tristicia *A* 278 ei conscientia *A* 279 desimulo *A* quae *Aen. IV* 368: quid *A* 280 renobare *A* et dare *A, corr. Meyerus* 281 est *om A. num* Certum est et *cl. Aen. III* 686? *cf. Georg. II* 68 283 aceronta *A* 286 Pęnorũ *A* arbis *A* 288 lęena *A* 290 Tractus se *A* 291 Tumidũm *A* 292 proelia *sic saepius A* 293 risulcis *A* 293ª *addidi* 294 Furiis *A, Aen. III* 331 scaenis *IV* 471

Armatam facibus matrem;
Ardens agit aequore toto
Patriasque obtruncat ad aras;
Triviis ululata per urbem
Qualis trieterica Baccho
Inter deserta ferarum,
Palla subcincta cruenta,
Vocat agmina saeva sororum;
Qualis philomela sub umbra
Pectus signata cruentum
Late loca questibus implet,
Maerens miserabile carmen, *p. 38*
Cantu solata laborem;
[Qualis miserabilis Orpheus]
Graviter pro coniuge saevit
Deserti ad Strymonis undam:
Te solo in litore secum
Anima fugiente vocabat,
Scirent si ignoscere Manes.

Nuntius. Creon

N. Quo feror? unde abii? [rumpit] pavor, ossaque et artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Genua labant, [gelidus] oculos stupor urget inertis,
Arrectaeque horrore comae et vox faucibus haesit.
Cr. Quo res summa loco? unde haec tam clara repente
Tempestas sine more furit? maria omnia caelo
Miscuit, ingeminant abruptis nubibus ignes.

297 Patris obstruncat ad ad aras *A*, *cf. Aen. III* 332 298 Triuiis *Burm. ex Aen. IV* 609: Furit *A* urbes *Aen. l. c. Num* 298 *sq. transponendi?* 299 bacco *A* 303 filomela *A* 306 merens *A* 307ª *add. Schrader; cf. Georg. IV* 454 309 strimonis *A* 311 Animas *A* 312 Scirent *A, sed* nt *erasis* ignu$cere *A* 313 habii *A* rumpit *add. Burm. ex Aen. VII* 458 314 toto *Burm.* cito *A* praeruptus *A* 315 gelidus *addidi ex Aen. XII* 905 occulos *A* 318 sime *A* furut *A* 319 aruptis *A*

Fare age ‖ mihique haec edissere vera roganti.
N. Aedibus in mediis quaeque ipse miserrima vidi
Horresco referens. palla subcincta cruenta
In medioque focos nocturnas inchoat aras
Intenditque locum sertis et fronde coronat
Funerea, crinem vittis innexa cruentis,
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
Spargens humida mella soporiferumque papaver.
Sparserat et latices simulatos fontis Averni,
Sanguineam volvens aciem, manibusque cruentis
Pro molli viola casiaque crocoque rubenti
Vrit odoratam nocturno in lumine cedrum
Scillamque elleborosque gravis et sulfura viva,
Obscuris vera involvens lacrimisque coactis *p. 39*
Voce vocans Hecaten; et non memorabile numen
Ferro accincta vocat.
Haec effata silet, oculis micat acribus ignem,
Expectans, quae signa ferant, ignara futuri.
Eripiunt subito nubes caelumque diemque,
Et tremefacta solo tellus; micat ignibus aether.
Continuo auditae voces vagitus et ingens;
Visus adesse pedum sonitus et saeva sonare
Verbera; [tum] visaeque canes ululare per umbras
Adventante dea, refluit[que] exterritus amnis
Et pavidae matres pressere ad pectora natos.

320 = *Aen. III* 362 *et II* 149 Fare mihi adq; hec cedisse · re *A, corr. Burm. et ego* 321 miseʳrima *A* 324 Incenditq; *A, sed cf. Aen. IV* 506 325 uinctis *A* 326 relincta *A, corr.* A^1 327 humida *sic A* soporiferrumq; papaber *A* 328 simolatos fonte *A* 330 casia *sqq. ex Georg. IV* 182 331 *A = cod. Med. Aen. VII* 13 332 grabis et sulpura *A* 334 ecaten *A* numen] ueāī *A* (R̃ [*i. e.* requirendum] *A m. pr. in marg.*), *corr. Burm. ex Aen. IV* 94 335 acinctam *A* uocant, n *eras.*, *A* 336 migat atrib; *A* ignis *Aen. XII* 102 337 Obseruans *Aen. VI* 198 aut ignara *A* 338 nubis *A* 339 migat *A* ęter *A* 342 tum *add. Oudend. ex Aen. VI* 558 biseq; *A* ullulare *A* umbram *Aen. VI* 257 343 que *add. Aen. VIII* 240 344 trepidae *Aen. VII* 518 presserat pectora *A*

Exhinc Gorgoneis Allecto infecta venenis
Exurgitque facem adtollens atque intonat ore:
'Respice ad haec; adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu letumque gero.'
Talia cernentem tandem sic orsa vicissim:
'Venisti tandem. mecum partire laborem,
Tu dea, tu praesens animis inlabere nostris.
Dissice conpositam pacem, sere crimina belli
(Namque potes), colui vestros si semper honores.'
Talibus Allecto dictis exarsit in iram
Horrendum stridens rabidoque haec addidit ore:
'O germana mihi, mitte hanc de pectore curam.
[Et] nunc, si bellare paras | et luctu miscere hymenaeos
Funereasque inferre faces et cingere flamma,
Quidquid in arte mea possum, meminisse necesse est,
Quantum ignes animaeque valent: absiste precando.'
Dixerat; adtollit stridentis anguibus alas, *p. 40*
Ardentis dare visa faces, supera ardua linquens.
Illa dolos operi flammisque sequacibus iras
Iungebat, duplicem gemmis auroque coronam
Consertam squamis serpentum: flamma volantem
Inplicat involvitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis; mihi frigidus horror
Membra quatit gelidusque coit formidine sanguis:
Inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem

345 Exim *Aen. VII* 341 gorgonalis lecto *A* 346 adq; *A* 347 *sq. uno uersu A comprehendit* 347 dorarum ab seede (*an* scede?) *A* 348 mano *A* 349 Talia iactanti *Burm.. sed cf. Aen. IV* 408 ora uicissem *A* 350 partirẽ *A* 352 pacem̃ *A* 354 iras (*ut* 284) *Aen. VII* 445 iram *A* 355 pauidoque *A, corr. Burm. ex Aen. VII* 451 additit *A, corr. A*[1] 357 = *Aen. VIII* 400 *et XII* 805 Et *om. A* himeneus *A* 361 adtolle[n]s *A* adtollit *Aen. VII* 561 anquib; *A* 362 dare *Aen. V* 637 dea ⅄ super *A* 363 operi *Aen. VIII* 432 aperit *A* ires *A* 364 et dublice *A* 365 flamaq; *A* uolantemque *Oudend. Est hemistichium non Vergilianum* 367 frigitus *A* 368 coit] quoit *A*

Aut videt aut vidisse putat, metuensque pericli
Incipit effari, nec vox aut verba sequuntur.
Idque audire sat est, quo me decet usque teneri.
Vadite et haec regi memores mandata referte.

Nutrix. Medea

N. Hoc habet. haec melior magnis data victima divis.
Talia coniugia et talis celebrent hymenaeos!
M. Tu secreta pyram natorum maxima nutrix
Erige, ‖ tuque ipsa pia tege tempora vitta,
Verbenasque adole pinguis nigrumque bitumen.
Sacra Iovi Stygio, quae rite incepta paravi,
Perficere est animus finemque inponere curis.
N. Discessere omnes medii spatiumque dedere.

Medea. Filii. Vmbra Apsyrti

M. Heu stirpem invisam et fatis contraria nostris!
Huc ades, o formose puer. qui spiritus illi!
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat!
Perfidus et cuperem ipse parens spectator adesset.
Fil. Parce pias scelerare manus! aut quo tibi nostri *p. 41*
Pulsus amor? ‖ si iuris materni cura remordet,
Natis parce tuis et nos rape in omnia tecum;
Quo res cumque cadunt, unum et commune periclum.
[**Vmbra.**] Aspice nos. adsum dirarum ab sede sororum:
Infelix simulacrum, ‖ laniatum corpore toto.

370 paracli *A* 372 decit *A* 373 regina memores *A* memores regi *Aen. XI* 176 375 himeneos *A* 376 secretam piram *A* nutris *A* 377 = *Aen. VI* 495 *et* 637 iam tuque *Oudendorp* tegit *A* uita *A* 378 adola *A* nicrumq; uitumen *A* 379 iobi stigio *A* 380 anim · *A* absirti *A* 382 et] e · et *A* contrariis *A* 385 adesse *A* 386 pia scelarare *A. corr. A*¹ qui *A* quo *Georg. IV* 324 387 = *Georg. IV* 325 *et Aen. VII* 402 remordit *A* 388 gnatis *Aen. X* 532 parge tuis a · ut *A* et *Aen. II* 675 389 cadent *Aen. II* 709 et commoue *A* 390 Vmbra *addidi* 391 = *Aen. II* 772 *et VI* 494 labia corpore tanto *A, corr. Burm.*

M. Quid dubitas? audendum dextra, nunc ipsa vocat res.
Auctor ego audendi. fecundum concute pectus.
Si concessa peto, si poenas ore reposco,
Nullum in caede nefas; [et] amor non talia curat.
Fil. Hostis amare, quid increpitas mea tristia fata?
M. Suggere tela mihi finemque inpone labori.
Sanguine quaerendi reditus.
Fil. Nec te noster amor pietas nec mitigat ulla,
Nec venit in mentem natorum sanguine matrem
Conmaculare manus? nostri tibi cura recessit
Et matri praereptus amor?
M. Crimen amor vestrum spretaeque iniuria formae
His mersere malis. fratrem ne desere frater. —
Poenarum exhaustum satis est, via facta per hostis,
Et genus invisum dextra sub Tartara misi.
Iamiam nulla mora est currus agitare volantis.

Iason. Nuntius. Medea ex alto

Ias. Ei mihi, quid tanto turbantur moenia luctu?
Quaecumque est fortuna, mea est; quid denique restat?
Dic age, namque mihi fallax haut ante repertus.
N. En perfecta tibi promissa coniugis arte
Munera! ‖ ingentem luctum ne quaere tuorum. *p. 42*
Sed si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Expediam dictis et te tua fata docebo.
Conspectu in medio cum dona inponeret aris
(A virgo infelix!) oculos deiecta decoros,

392 = *Aen. IX* 12 *et IX* 320 dubitem *Burm. ex Aen. IX* 191 394 concesso (*ex* ·sse) *A* pęnasoro *A* 395 et *add. Burm.* 396 amarė *A* tristicia facta *A* 397 inponi *A* 399 midigat uulla *A* 400 mente *A* sanguinė *A* 401 comaculare *A* 402 praereptus *Aen. IV* 516 praeruptus *A* 405 Penarum exaustum *A* ostis *A* 406 uisum *A* Meda ex alto *A* 408 turbamur męnia lucri *A*, *cf. Aen XII* 620 409 furtuna *A* 410 agi *A* aut ante *A* 411 coniugia sorte *A* 412 at ingentem *Burmannus* 414 fada *A* 415 deponeret *A* 416 decorus *A*, *corr.* A^1

Vndique conveniunt per limina laeta frequentes
Matres atque viri cumulantque altaria donis.
Religione patrum biforem dat tibia cantum,
Cum subito dictuque oritur mirabile monstrum.
Ecce levis summo descendit corpore pestis,
Incipit ac totis Vulcanum spargere tectis,
Regalisque accensa comas, accensa coronam
Membra sequebantur, artus sacer ignis edebat.
Diffugiunt comites et quae sibi quisque timebat
Tecta metu petiere, et sic ubi concava furtim
Saxa petunt, furit inmissis Vulcanus habenis.
Nec vires herbarum infusaque flumina prosunt,
Quaesitaeque nocent artes, miserabile dictu!
†Illa autem per populos aditumque per avia quaerit,
Arte nova speculata locum, paribusque revinxit
Serpentum spiris ventosasque addidit alas,
Ense levis nudo, perfusos sanguine currus.

Ias. Quo sequar? aut quid iam misero mihi denique restat?
Me me, adsum qui feci, ‖ in me omnia tela
Conicite, hanc animam quocumque absumite leto!
Funeris heu tibi causa fui; dux femina facti!

M. Huc geminas nunc flecte acies et conde sepulcro
Corpora natorum, cape dona extrema tuorum.
Et tumulum facite et tumulo super addite carmen: *p. 43*
'Saevus amor docuit natorum sanguine matrem
Conmaculare manus, luctu miscere hymenaeos

217 laeta *Aen. I* 707 tota *A* 418 adq; *A* 419 Relegione *A* 420 *cf. Aen. II* 680 421 lebis *A* descendit *Aen. V* 683 descendere *A* 422 uulganũ *A* 423 corona *A* 426 concaba *A* 427 pedunt *A* inmissus *A*, *corr.* A^1 abenis *A* 428 erbarum *A* (*cf. Aen. XII* 396) heroum *Burm. ex Aen. V* 684 430 'Illa — populos' *non sunt Vergilii. Emendanda puto ex Georg. III* 276 'saxa per et scopulos'. Illa per et scopulos *Higtius.* adidumq; per abia *A* 432 spinis *A* addedit *A* 431 *sqq. cf. Aen. XII* 847 *sq. IX* 548 434 segor *A* sequar *Aen. IX* 490 mihi misero *A* 435 in me nunc *Burmannus, sed est = Aen. IX* 427 *et* 493 436 adsumite *A* 440 addedit *A* 442 et luctum *A* imeneos (*ex* -us) *A m. pr.*

Et super aetherias errare licentius auras.'
Ias. Crudelis mater, tanton me crimine dignum
Duxisti et patrios foedasti funere vultus?
Arma, viri, ferte arma! ‖ date tela, ascendite muros!
M. Quo moriture ruis? thalamos ne desere pactos!
Hortator scelerum, nostram nunc accipe mentem.
Sive animis sive arte vales, [si pectore robur
Concipis,] et si adeo dotalis regia cordi est;
[Quae nunc deinde mora est?] nostrasne evadere demens
Sperasti te posse manus? opta ardua pinnis
Astra sequi clausumque cava te condere terra
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Haec via sola fuit, haec nos suprema manebat
Exitiis positura modum.
Sat fatis Venerique datum est. feror exul in altum,
Germanum fugiens et non felicia tela,
Vltra anni solisque vias. quid denique restat?
Et longum, formose, vale, et quisquis amores
Aut metuet dulces aut experietur amaros.

18

Epithalamium Fridi a LVXORIO

B. Luxor. 84. M. 382. B. IV 237.

uiro clarissimo [et] spectabili dictum centone.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustrat,
Extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.

443 Et *ego* Te *A, Aen. VII* 557 ęterias *A* lincentius *A* 444 tantū *A* 445 fedasti *A* 446 = *Aen. II* 668 *et IX* 37 447 talamos *A* 448 Hortatur *A* 449 animo *A* animis *Aen. XII* 892 si pectore robur Concipis *Burm. ex Aen. XI* 368: obta ardua p. a. sequi *A ex u.* 452 *sq.* 451 'quae — est' *add. Burm. ex Aen. XII* 889 453 te] ce *A* terrā *A* 454 maloR *A* 455 nobis suppremanebat *A* 459 Extra *Aen. VI* 796 annis *A* 460 fermosum̄ *A* 461 metuant *A* metuet *ecl.* 3, 110

18. Epitalamium Fridus a Luxorio. ūc · spectabili dictū. centon · *A* Fridi *Burm.* 1 lustras *Aen. IV* 607

Laetitia ludisque viae plausuque fremebant, *p. 44*
At Venus aetherios inter dea candida nimbos
Aurea subnectens exertae cingula mammae,
Dona ferens, pacem aeternam pactosque hymenaeos
Atque omnem ornatum, Capitolia celsa tenebat,
Punica regna videns, Tyrios et Agenoris urbem.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades et bona Iuno;
Incedunt pariter pariterque ad limina tendunt.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Hae sacris sedes epulis, atque ordine longo
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Vna omnes, magna iuvenum stipante caterva,
Deveniunt faciemque deae vestemque reponunt.
Dant signum, fulsere ignes et conscius aether
Conubiis, mediisque parant convivia tectis.
Fit strepitus tectis vocemque per ampla volutant
Atria, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit mollitque animos et temperat iras.
It clamor caelo, cithara crinitus Iopas
Obloquitur numeris septem discrimina vocum,
Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
Convenere, toris iussi discumbere pictis.
Tunc Venus aligerum dictis affatur Amorem:
'Nate, meae vires, mea magna potentia solus,
Huc geminas nunc flecte acies, illam aspice contra,
Quae vocat insignis facie viridique iuventa,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis, *p. 45*

3 Lęticia *A* 4 etherios *A* 6 himeneos *A* 7 adq; *A* 8 uident · stirios et ageneri *A* 8 adq; *A* 10 ad litora *Aen. II* 205 12 Quo sacre *A* Hae sacris *Aen. VII* 175 adq; *A* 13 solidiš *A m. pr.* 14 caterba *A* 16 ęter *A* 17 Conubii *A* conubia mensis *A* tectis *Aen. I* 638 20 terrebilem *A* 21 molliq; *A* 22 citera *A* 23 numeri⁹ *A* 25 tirii *A* 26 tori *A* 30 uirideq; iubenta *A*

Cui genus a proavis ingens clarumque paternae
Nomen inest virtutis et nota maior imago.
Hoc opus, hic labor est: thalamos ne desere pactos!
Credo equidem, nova mi facies inopinave surgit.
Nonne vides, quantum egregio decus enitet ore?
Os humerosque deo similis, cui lactea colla
Auro innectuntur, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem;
Qualis gemma micat, qualis Nereia Doto
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Cura mihi comitumque foret nunc una mearum!
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est,
Cum tacet omnis ager, noctem non amplius unam
Conubio iungam stabili propriamque dicabo.
Hic Hymenaeus erit monumentum et pignus amoris.
Incipe si qua animo virtus, et consere dextram,
Occultum inspires ignem paribusque regamus
Auspiciis: liceat Frido servire marito,
Cui natam egregio genero dignisque hymenaeis
Dat pater et pacem hanc aeterno foedere iungit.'
Paret Amor dictis carae genetricis et alas
Exuit et gressu gaudens sic ore locutus:
'Mecum erit iste labor; si quid mea numina possunt,
Cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet
Inmiscentque manus manibus pugnamque lacessunt,
Nusquam abero, solitam flammam (datur hora quieti) *p. 46*
Desuper infundam et, tua si mihi certa voluntas,

32 proabis *A* 33 *Aen. XII* 226 (*ubi* erat) *et II* 773 *male consuti* 34 labor^{r} *A* talamos *A* 35 inopinanabe *A* initet, *sed corr.*, *A* 37 Hos humerosq; *A* 39 purpoream *A* 40 migat *A* nereyia *A* *post* Doto — *A m. pr. ut uidetur in mg.* 41 galadea segant spumente *A* 44 omnes sacer *A* 45 Conobio *A* probriamq; *A* 46 himeneus *A* 47 animo^{s} *A m. pr.* et conseq; *A* 49 Frido *A* Phrygio *Aen. IV* 103 seruare marido *A* 50 himeneis *A*, *cf. Aen. XI* 355 *sq.*; *liberius mutat centonarius* 51 Dat pat *rubris litt. A* fędere *A* 52 care genitoris *A*, *corr. Burm.* 55 amplexos adq; obscula *A* 57 ora *A*

Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
Sentiet!' atque animum praesenti pignore firmat.
Illa autem (neque enim fuga iam super ulla pericli est)
Cogitur et supplex animos summittere amori,
Spemque dedit dubiae menti solvitque pudorem.
Illum turbat amor; ramum qui veste latebat
Eripit a femine et flagranti fervidus infert.
It cruor inque humeros cervix conlapsa recumbit.
His demum exactis geminam dabit Ilia prolem,
Laeta deum partu, centum conplexa nepotes.

19

B. M. —
B. IV 241.

Praefatio

[VII] Hactenus me intra vurgam animi litescentis inipitum tua eritudo, instar mihi luminis extimande, a te normam reduviare conpellit. Sed antistat gerras meas anitas †diributa, et post artitum Nasonem quasi agredula quibusdam lacunis baburrum stridorem averruncandus obblatero. Vos etiam, viri optimi, ne mihi in aginam vestrae hispiditatis arnanti cataclum carmen

59 prẹcipi adq; *A* 60 adq; animo *A, cf. Aen. VII* 434. *III* 611 61 ulla] illa *A* 63 dubiem *A* 65 fraglanti feruitus *A* inplet *Aen. IX* 72 66 *sic A* 68 dr̃ *A*

19. *Glossae Placidi:* 1 *cf.* bulga: saccus scorteus inipitus: implicatus uel inretitus 2 eritudo: dominatio 3 reduuiae: spolia serpentum. antistant: meliores sunt. gerras: nugas ineptiasque 4 anitas: senectus. diribita: digesta uel separata. (delibutus: unctus). artitus: artibus edoctus. agredulae: ranae paruae 5 baburra: stulta, inepta. auerruncando: abominando 7 aginam: scapum trutinae. arnanti: frementi, murmuranti. cataclum: claudorum

19. *primum edita est in Menagianis* (1715) *I* 92 *sq.* — VII *addidi* 1 uurgam *A* inipitũ *A* 2 heretudo *A* *num* numinis? extimandeade normam *A, corr. Loewius mus. rhenan.* 31, 17 3 redubiare conpellet *A* 4 sanitas *Duebnerus mus. rhenan.* 3, 470 *seqq.* mea · sanitas diributa ex pos *A* 6 auerrucandus oblatero *A* obtimi *A* 7 anginam *A* cataclum (*primum* c *ex* t *corr.*) *A*

inreptet, ad ravim meam convertite cicuresque conspicite, ut alimones magis meis carnatoriis quam censiones extetis. Igitur conrumo sensu meam returem quamvis vasculam Pieridem. Actutum de vobis lampenam comtulam spero adiutandi. Quae cupedia praesumenti iam non exippitandum [est], | sed oppitandum sibi esse *p. 47* coniectat. Ergo bene pedam me hac, pudori citimum, conlucare censete. Quondam, si haec nec crepera extiterint nec fracebunt, quae alucinari velut bovinator adactus sum, voti vobis damium usque ad exodium vitulantibus coagmentem. Quis enim me sonivium et murgissonem non fabula aufamabit, quam mentorem exfabillabit altiboans? Vnde favorem exfebruate felli-

8 cicures: placidi, quieti 9 alimones: ab alimento. (carinator: maledicus?) censio: multa 10 igitur: tum, deinde. (concinne: composite?) (returare: aperire *Nonius*) 11 (uascum: inanem uel nugatorium *glossa saec. VIII apud Duebn.*) lampenae: stellae quaedam. 12 comptula: apte ornata uel decora 13 exippitandum: hiandum, oscitandum 14 coniectare: coniecturam facere uel aestimare. (pedam: uestigium pedis *Festus* citima: proxima *Non.*) 15 conlucare: deputare. creperae res: incertae dubiaeque 16 fracebunt: sordebunt, displicebunt. bouinator: tricosus et inconstans 17 damium: Bonae Deae sacrum. ad exodium: ad finem uel terminum 18 uitulantes: gaudentes (soniuio: sonanti *Paulus Festi*) 19 murgiso: irrisor lusor mentor: inuentor. 20 exfabillauero: exeruero. altiboans:

8 rabem *A* dapem *Baehrens* rauim *Duebner* magis *et* conuertite *scripsi* magi copertit *A* magis *post* alimones *transposui* 10 conrumo *A* concinno *olim scripsi* 12 adiutanãq; cupedia presumentis *A, correxi* adiutaneam *Baehrens* 13 est *addidi* oppilandum *Duebner* 14 pedate me ac *Baehrens* 15 colucari *A, correxi* conlucari *Loewius* q̃n *A*] Quondam *conieci* creperat extiterãt *A* 16 uouinator *A* 18 uitulantꝯis *A, corr. Duebnerus* uitulaturus, *uerbis traiectis, Baehrens* cohacmentem *A* sonibi m *A* 19 non murgissonem *A, traieci* fabula aut amabit *A* autumabit *Duebn.* aufamabit (*ut* au-fero, au-fugio *fictum*) *scripsi* diffamabit *Baehrens* quam = potius quam 20 exfaballibit altibuans *A* faborẽm *A, corr. Duebnerus*

brem, ut apludam †harmoniae tensore a me velut ambrone collectam adoreos vertatis in struppos.

20

OCTAVIANI

viri inlustris annorum XVI, filii Crescentini viri magnifici.

B. M. —
B. IV 244. Sunt vero versus CLXXII.

Candida sidereo fulgebat marmore Cypris,
  Nec cinctam reddit nobilis arte lapis,
Mystica secreti dirumpens claustra pudoris
  Cum urtica [e] gremio prosilit aetherio.
Proles heu niveis nutritur pessima membris
  Gratum iamque locum protegit herba ferox.
Sed recte factum. celantur fervida membra,
  Cultibus ut lateat tecta libido malis.
Mulciber an Martem metuens hoc sponte peregit,
  Horreat ut Mavors dulcia adulteria?
Sordet pulcra Venus, temnuntur Cypridis artus!
  Quid placeat nobis, si Venus ipsa piget?

altisonans. exfebruare: expurgare. (fellibrem: adhuc laetum, uiuentem *gloss. Isidori* adhuc lacte bibentem *Baehrens*)
21 apludam: paleam. ambronem: perditae improbitatis 22 adorea: farrea. (stroppus: corona *Festus*)

21 armonie temsore *A* harmoniae tensores apludam *Baehrens, fort. recte* 22 struppas *A, cf. Festus* 313, 12

20. Uersus Octauiani uiri inlustris annorum XVI filius Crescentini uiri magnifici. sunt uero uersi CLXXII *A. Hoc est: sylloga cuius est praefatio c.* 19, *constat* 172 *carminibus quae quidem in A titulis insignita sint, c.* 20—199; *incipit a carmine Octauiani. cf. quae dicam ad c.* 200 *inscr.* 2 finctā *A* cinctam *H(auptius opusc. I p.* 219) 3 Mistica *A* 4 e *add. H* ęterio *A* 5 nibeis *A* 7 celentur ferbida *A* celantur *Quicherat* (*bibl. de l'école des chartes III* 1 *p.* 204) 8 Dulcib; *A* Cultibus *H* dumetis *Maehly* liuido *A* 10 mabors *A* 11 Horrit *A* Sordet *H* temerantur *Baehrens* 12 riget *Quicherat*

21 B. M. — B. IV 244.

VIII 'Sacrilegus capite puniatur'. De templo | Neptuni *p. 48*
aurum periit. interposito tempore piscator piscem aureum posuit et titulo inscribsit 'De tuo tibi Neptune'. Reus fit sacrilegii. contra dicit. [convincitur].

[Prooemium]

'Vnde redit fulgor templis? quis inania nuper
Tantis Salsipotis distendit limina donis?
Ecce abiit damnum: splendescunt tecta metallis
Marmora et antiquus cepit laquearia fulgor.'
Pone animos laetos, quisquis testantia furtum
Dona vides. titulis votum quod lucet opimis,
Gaudendum fuerat, nisi munus pauperis esset.
Heu scelus et magnis nequiquam prodiga rebus
Mens humilis! miseros semper quam maxima produnt!
Sordidus et nigrae dudum vagus accola harenae
Nunc aurum piscator habet gaudetque metallis:
Nec satis est: donat templis, per limina figit
Et titulo confessus ovat. consurgite in iram,
Quis caelum, quis templa placent! modo limine in omni
Supplex, maiorum portans munuscula mensis
Vel tenuem spectabat opem; nunc ditior illis
Quos coluit, meliorque deo est; quod perdidit ille,
Hic donat. prorsus magna est iniuria Nerei.
Dignus non fuerat titulis, nisi perderet aurum?

21. VIII *sic A; quod nescio an ad c.* 20 *iam ponendum sit* aureum ferit *A* fert *Iuretus* perit *H* neptusne *A* salegii contradici *A* conuincitur *add. H Nomine non indicato emendationes Hauptio fere debentur.* Prooemium *addidi, cf. ad u.* 87 Declamatio *Quicherat* 2 Tantus salsipote/// *A*; s *in rasura dicit H, quod legi posse negat Boissier* Salsipotis *H* Salipotis *Baehrens* 3 aliut *A* icta *A* tecta *Quicherat* iuncta *Petschenig, Ztsch. f. österr. Gymn.* 28, 481 4 antiqui cedit *A* caedit *H* cepit *ego* 5 testantla *A* 6 lucit *A* 8 numquitnam prodita *A* 9 humilis miseris *Petschenig* crimina *puto* 10 Sorditus *A* magus *A* 12 ficit *A* 14 limina *A* 16 pectabat *A* expect. *H* 17 perdedit *A*

Non [tantum] facinus caeso est auctore piandum?
Multa patent, sed plura latent. scelus undique densum est.
Tollere rem templis furor est temploque vicissim *p. 49*
Rem furti donare nefas. pro dira nocentum
Consilia in scaevis! quae mens excogitet istud:
Res auferre sacras et consecrare rapinas?
Sit similis vindicta malo (nunc ipsa pudori est
Vox mea), ne magnos laedat magis ultio divos.
Audiet haec populus nosque hoc narrabimus; ergo
Quod factum est (meminisse nefas), referetur in urbe:
Elusus custos raptumque altaribus aurum,
Mens audax, scelus †hoc, manus inproba, perditus ardor,
Antistes victus, penetralia prodita, numen
Contemtum, templum pauper, piscator abundans.
Vos, o caelicolae, vestrum nunc invoco numen,
Sit mihi fas reticenda loqui, dum proditur iste.

[**Narratio**]

Natus ut, ignotum est. neque enim de limine celso
Piscandi doctus ducit genus. inprobus ergo,
Cum tantas terris dederit labor inclitus artes,
Non Chalybum massas recoquit, non doctior aeris
Ducit molle latus fulvumve intentus in aurum
Multiplici gemmas radiantes lumine vestit,
Non ager in voto est illi fortesque iuvenci,
Non inlex fenus, non classica, non pia Musa,
Sed spretis divum rebus placet omnibus istud:

20 tantum *add. H* 22 templo qui *A* 23 mira *Baehrens* 24 in scebis quem mens *A* 26 Sit *scripsi* Heu *A* uindictam *A* 27 magnis *A* 28 narrauimus *A* 29 refertur *A, corr. Quicherat* referuntur *H* 31 scelus hoc *A* sceleris *H* scelus ac *Baehrens* 32 Antistis *A*, *corr. A*[1] prodit *A* 33 templi *Quicherat* 34 nun *A* Narratio *addidi, cf. ad u.* 87 36 ubi *Quicherat* ignotum *A* 38 ducerit *A* 39 calibū *A* 40 latus *suspectum Hauptio* fulbumque *A* -ue *H* 42 iuuenui *A, corr. A*[1] 43 uilex durs *A* 44 spretis rebus *A* spretis diuum *H* rectis *uel* duris *Baehrens* dudum *olim conieci* placit *A*

Fraus, dolus et furtum pelagi. conponitur ergo
Saeta nocens, fallax calamus et perfidus amus,
Principium sceleris: iam tunc, iam perfidus iste
Neptunum spoliare parans petit alta profundi
Nereos et vitreo resupinos marmore campos.
Illic sollicite [per] saxa madentia curas *p. 50*
Disponens imoque trahens animalia fundo
Serus furtivum referebat munus ad urbem.
†Sed palam sane viderunt moenia, saepe
Dum relevant populos vario commercia pisce.
Cernere erat genus omne maris, conpleret ut urbem:
Hinc scarus, hinc varius, hinc purpura, polypus inde,
Hinc murena ardens, illinc aurata coruscans
Et cancer mordax, tergo et russante locusta,
Thynnus, salpa, pager, lupus, ostrea, sepia, mullus
Et quidquid captum faciebat copia vile.
Proderat hoc illi tantum ad conpendia vitae,
Nec dabat ars aliud; quamvis praedives adesset
Mercatus populi, tamen hinc manus ista nocentis
Vix erat aere gravis, nedum copiosior auro.
Laudatus sane, quantum spectabat ad artem,
Et stulte multis dictus 'Neptunius heros';
Hinc etiam adsiduus templo, dum solus ad aras,
Solus ad altare est precibusque insistere cultor
Creditur et placidos pelagi sibi poscere fluctus,

46 calamus fallax *H, sed cf. adn. ad u.* 89. *Piscatores sunt* 'fures maritumi' *Plaut. Rud.* 310 47 inpfidus *A* interritus *H* iam perfidus *ego* en perditus *Baehrens:* nam p. *Petschenig* 48 pedit *A* 49 Nereo *A* resupinus *A* 50 per *add. H* saxam. adentia *A* curas *A* chordas *Maehly* 51 imoq; trahensq; *A* 52 furtibum *A* 53 Nec *A* Set *ego* paulum sanie *H* maduerunt *A* viderunt *Petschenig* mẹnia *A* limina *H* 54 *corr. Petschenig* relebat *A* populus *A* populos A^1 comercia *A* 56 uarius *H cl. Isid. or. XII* 6, 6 uarus *A* purpora polipus *A* 57 ardens *H ex Ou. halieut.* 113 madens *A* micans *Maehly* corruscans *A* 58 ergo *A* 59 Tynnus *A* pager *H* lages *A possis* faber. sepia *A* 60 cupia *A, corr.* A^1 62 abesset *A* Mercator *A* hin *A* 64 necdū *A* aurū *A, corr.* A^1 69 placidus *A, corr.* A^1

Aurum (pro facinus), veterum donaria, priscum
Obsequium, antiquum munus, videt, arripit, aufert.
Quis populi gemitus, quis tunc concursus in urbe!
Quis fuit ille dies, miseri cum pendere poenas
Custodes iussi fuso de sanguine crimen
Ignotum insontes luerent facinusque negarent!
Heu male magnorum semper sub nomine tali
Velamen scelerum. vilis persona: quis ergo,
Despiciens hominem, tantum quis crederet umquam
Pauperis esse nefas? volitat cum funere dives *p. 51*
Multorum. — Nec scire potest sua crimina solus.
Hoc rursus magna statuere primordia rerum,
Quod cito tam prodit crimen, quam concipit ardor.
Mens hominum facinus sine fine admitteret ullo,
Si posset celare diu: cultoris honore
Sacrilegus lucet, manibusque ablata nocentis
Post spatium produnt crimen redeuntia dona.

Excessus

Huc huc tergemino letalia fulmina telo,
Iuppiter undarum, valido, Neptune, tridenti
Concutiens maria alta iace pontoque verendus
Litoreas transcende moras! stet turbidus axis
Nubibus et zephyris fundo revolutus ab imo
Gurges inexpletum feriat vada marmore cano!
Piscator scaevus meritum confundit utrimque;
Stat post furta pius, templis tua munera reddens,
Et post dona reus. pro vili, summa potestas,

70 profanus *A* 71 anticum *A* 73 *ante* penas *duae litt. erasae A* 74 defuso *H, recte?* 75 necarent *A* 76 Neu *A* 80 nec *H* ne *A* 81 prorsus *Quicherat* est · ad uere *A* 83 amitteret *A* 84 celaret *A* 85 ablata *A* adlata *conieci* 86 *post* produnt s *erasa A* 87 letali · fulmine *A* 89 e pontoque *H, sed cf. u.* 46. 116. 132. 205 90 transcende. remoras *A* saxis *A* 91 zepheris *A, corr. A*[1] 92 inexplicitum *A* 93 Piscatur seuus *A* utrumq; *A* 94 tu *A* dum m. reddit *H* tua *Quicherat* 95 prost uilissuma potestas *A* pro uilis s. p. *H*

Bis tibi calcato facta est iniuria caelo:
Cum tua sacrilegus raperet donaria templo,
Contemptus fueras; iam nunc obnoxius esse
Coepisti, ablatum post[quam] tibi reddidit aurum.
'Ars' inquit 'studiumque dedit mihi, non scelus, aurum'.
Verum est? Eoos etenim mercator adisti
Et repetis patriam longo post tempore dives?
Scilicet his manibus viduatos cernimus esse
Ture Arabas, Persen gemmis et vellere Seres,
Dente Indos, ferro Chalybes et murice Poenos?
Non pudet hanc artem, scelerum, [te] dicere, princeps?
Remus, cumba, fretum, gurges, notus, ancora, lembus, *p. 52*
Barca, amus, pumex, conchae, vada, litus, harena,
Contus, seta, salum, calamus, †notae, retia, suber:
Hic labor, haec ars est, hinc fulvum colligis aurum!
Mercator madidus, parvae stipis actor, ad aurum
Vt venias, [id] scire velim; quem quando patronus
Maximus antiquo donarit tegmine vestis,
Mensibus ignorant maria intermissa clientem.
'Quis me' inquit 'tantum facinus committere vidit?'
Hoc bene habet, haec vox mihi [iam] confessio pura est.

[Probatio]

Nunc ergo incipiam crimen sic pandere verbis,
Vt visum te, scaeve, putes. ergo omnis ob istud

96 caltato *A*, *corr.* A^1 97 rapere *A* donaria *A* 99 cepisti abl. pot tibi reddedit *A*. *Num u.* 100—116 *ante u.* 215 *collocandi sunt?* 100 Ar^{s} inquid *A* 101 est eo · adsit enim *A* 104 arabos *A* euuellere *A* 105 calipes *A* 106 te *add. H* 107 fretus *A*, *corr.* A^1 108 Arca *A* pumes conceuata *A* 109 Cotus *A* *post* salũ s *eras. in A* notę *A* mola *H* rota *Quicherat* 110 hinc] hic *A* 111 auctor *A* actor *H* 112 id *addidi* rescire *H* 113 donauit *H* 115 inquid *A* comittere *A* 116 uox haec *H*, *sed cf. u.* 46. 89. 132. 205 iam *add. H* Probatio *addidi; cf. ad u.* 87 117 ueris *A*, *correxi* 118 putes *Nipperdey* potis *A* Ut uisum exemplis. ergo, precor *H* sub *A* ob *H* ad *Baehrens*

Huc ades, [o] iudex, facinus. signantia rebus
Argumenta feram, magno quae septa vigore
Interdum visus fallunt et crimina produnt.
Omne equidem furtum, dirus quod concipit ardor,
His nisi nunc fallor rebus constare necesse est,
An locus admittat facinus conplerier an non,
An valeat persona nefas committere tantum.
Singula si excutimus, casurum est crimen in istum.
Ergo, ut distinctum est, videamus ab ordine primo,
An locus admittat facinus conplerier an non.
Templum est, unde istud sublatum dicimus aurum.
Maxima res: venerandus honos, custodia nulla,
Quod mane inpactis foribus vix vespere nigro
Stridula cardinibus claudit antica retortis.
Hoc patet adsidue, patet omnibus, utpote quisque
Insistit precibus, nec fas est claudere postes.
Ingressos nullos servat custodia, nulla *p. 53*
Egressos, licet [et] semper discurrere ad aras,
Omnibus et simulacra modis contingere miris;
Dona etiam veterum populorum, insignia regum,
Et laudare licet cunctis et tangere fas est.
Ianitor hinc longe est primoque in limine custos.
Ipse etiam interdum penitus discedit ab aris
Antistes metuitque precantibus arbiter esse.
Hinc facilis causa scelerum facilisque malorum.
Nullus custodit templum, quia creditur aras
Caelicolum servare timor. patet omnibus ergo.

119 o *add. H* 120 magnoq; *A* 125 Adnuale ad *A* committere *A* 129 istut *A* 130 honus *A, corr.* A^1 costodia *A* 131 Quod *rubris litt. A* manet *H* 132 claudunt *H, sed cf. adnot. ad u.* 89. antiqua *A* 133 adsiduae *A* patet *scripsi,* licet omnibus utpute *A* 134 Infixit *A* Insistat *H* 135 costodia *A* 136 egressos *A* egressis A^1 et *add. H* 137 *cf. Georg. I* 477, *Aen. I* 354 138 donā *A* 139 lustrare *Maehly, recte?* 140 lonce *A* 141 dissedit *A* 142 meduitq; *A* 145 petit *A* patet *Iuretus*

Exemplum

Sic Phrygiae spes sola perit, dum milite lecto
Palladii numen servantibus undique Teucris
Ingressus templum furtim non creditur hostis,
Et licet Iliacus flammam Vestamque regentem
Hoc metuens Priamus muris vallasset et armis,
Dum tamen ingressos fas qui sint poscere non est,
Invisum e templis antistes fugit Vlixen.
Non mirum est ergo, quod nos sic perfidus iste
Decepit, templis numquam suspectus et aris,
Sicut Pergameas caesis custodibus aras
Audax, ut numen raperet, penetravit Achivus.

[Probatio]

Nunc quoniam cunctis manifestum cernimus esse
Ad causam scelerum templum patuisse rapinis,
Quod sequitur, certo tractandum examine rerum est:
An valeat persona nefas committere tantum.
Quid metuat pauper (neque enim est iam dives habendus,
Et cum dona ferat; quamvis maria alta peragret *p. 54*
Perditus et templis furtivum congreget aurum,
Pauper erit, cui nullus honos, cui gratia nulla,
Non clarus genitor, non noto semine mater)?
Scilicet horrescit, prisco sine nomine avorum
Ne cadat in fasces, miser undique, solus ubique!
An non hoc genus est, cuius de examine multo
Quisquis honoratos respexit forte potentes
Ob meritum fulgere viros, mox improbus, audax,
Fortunam incusans et tetro lividus ore

146 frigię *A* lecto (*ex* -tu *teste H*) *A* 147 nomen *A* 149 illiacos *A* Iliados *(Minervae) H* Iliacus *Quicherat* 150 primus *A* 152 e] me *A* 154 Decipit *A* 155 costodib; *A* 156 nume *A* Probatio *addidi* 157 qm̄ *A* 158 rapuisse *A* 160 conmittere *A* 163 congregit auR *A* 164 honus *A* 166 prisco sine *Quicherat* priscos ne *A* 167 Ne cadat *Maehly* Incedat *A* Incidit *Quicherat* 169 honoratus *A* parentes *A* 171 tedro *A*

Digitized by Google

Pauperiem monstrat superis ac pectore laevo
Dira quiritatus fundit convitia caelo?
Pauperis omne nefas: facile scelus aptus ad omne,
In pretium pronus, despectu numinis audax,
Vilis, iners, scaevus, turpis, temerarius, ardens,
Perditus, abiectus, maledictus, sordidus, amens.
An non sunt isti, quorum de nomine multi,
Ducere concessis dum nolunt artibus aevum,
Caedibus infamant silvas et crimine cauto
Insidias tendunt domibus gregibusque rapinas?
In quibus haut ulla est caro de sanguine cura;
Pactas temporibus vendunt in proelia mortes.
An vobis mirum est, furtum quod fecerit ille,
Sanguinis et vitae pretium cui extinguit honorem?
  Nunc age, si veris tractavimus undique causis,
Pauperis esse nefas, quidquid peccatur in orbe,
Quod superest, positis iam rebus ab ordine primo
An vindex sceleris sit raptor [et ipse], videndum est.
  Neptuni e templo votivum perdimus aurum.
Heu male cum diris altaria iuncta metallis! *p. 55*
Qui primus templis aurum dedit omine diro,
Is causa scelerum primus fuit. omne paratas
In facinus mentes hominum succendier auro
Non scierat? rectis semper contraria rebus
Fulva metallorum est rabies; haec proelia miscet,
Haec castos vendit thalamos, haec polluit aras.
Mille nocendi artes. volumus si visere priscos,

173 q; ritatus *A num* inritatus? quoque iratus *Iuretus* 174 captus adonē *A* 175 prętio *A*, ŭ *corr.* A^1 despectus *A* despectu *H* 176 iners *Baehrens* inops *A* 177 abieptus *A* 'maledictor?' *H* sorditus *A* 178 numine *A* 179 concessis *cod. Leid.* concessum *A* 181 dominis *Baehrens* 182 aut *A* 183 Pastas *A* uindunt *A* uendunt qui in praemia *H* prędia *A* 185 qui extinget *A* 186 age *Baehrens* quoque *A* 187 urbe *A* 189 rapto *A* raptus causa *H; em. Baehrens* 192 primis templi *A* omne duro *A* 193 omnes *A* 194 aurū *ex* auro *A* 196 prelia *A* 197 uindit *A* hę *A* 198 *Aen. VII* 388

Dicite, quod facinus commissum non sit ob aurum.
Auro ardet Glauce, Danae corrumpitur auro,
Auro emitur Pluton, Phlegethon transcenditur auro,
Proditur Amphiaraus atque Hector venditur auro;
Hoc Medea maga est, serpens vigil, exul Iason,
Hoc Mida ieiunus, Paris ultus, †naufragus Helles,
Hoc †sapiens Furia, Venus invida, Iuno cruenta,
Hippomenes cursu velox, hoc tarda Atalante est.
Aurum quod nigris Pactolus miscet harenis,
Quod condit tellus, tristis quod celat Avernus,
Quod ferrum intundit, liquidus quod conficit ignis,
Quod furor exposcit demens, quod praelia †saeva,
Quod raptum queritur coluber, quod Punica virgo
Amissum plangit, Tyria damnandus in aula
Pygmalion caeso quod perdit fraude Sichaeo,
Quod tutum nec templa tenent nec pauperis ardor.

[**Refutatio**]

'Qui raperet, donum templis non redderet' inquit.
Sentio, quas nobis subrepto praeparet auro
Callidus ambages: templorum abscondere furem *p. 56*
Cultoris temptat donis et divite censu
Pauperiem foedam scelerum causamque malorum
Excusat largus; nos autem insistimus inde.
Hoc ideo factum est, ut crimen frangere possis.

199 comissū *A* 200 *sqq. imitatur Columbanus ep. ad Fedolium* 200 Arro *A* claucidane *A* 201 ploton. flegeton *A* 202 amfiaraus *A* atque] et *H* 203 Ho *A* uigel *A* 204 leiunus *A* altus *A* naufragaque *uel* naufraga es Helle *H* (naufraga's *L. Muell.*) naufraga Helle *legendum videtur, cf. c.* 234, 26 205 sapiens] Pallas *H* est *add. H, cf. ad u.* 89 inuita *A* 206 Ippomenes A 207 pactulū *A, corr. A*[1] 208 tellus *ego, cf. Hor. carm. III* 3, 49 aurum . . cum terra celat. feinus *A* funus *H* Phineus *uel* Phoenix *Quicherat* Hermus *Baehrens* 210 seua *A*: versat *conicio* 211 querit *A* queritur *H, coni. Burm.* 212 tyrie *A* 213 sicẹo *A* Refutatio, *cf. ad u.* 100, *addidi* 215 inquid *A* 216 qua[s] *A* 217 abage[s] tempolorū *A* 219 sceleram *A* 221 posses *H*

Hinc etiam est illud, docto quod concipis astu,
Squamigerum in piscem raptum vertatur ut aurum,
Vt titulum inscribas 'Tibi nunc, salis alme profundi,
Quod dedimus, Neptune, tuum est'. pulcre omnia, pulcre
Dissimulas; sed vera patent. iam frangere votum est
Hoc quoque, quod longo meditatum tempore profers,
Argumentum ingens: 'templis non redderet aurum,
Qui tulerat.' macte, scelerum doctissime rhetor,
Verborum auxiliis subverso crimine rerum!
Reddere te donum deus inpulit, inpulit ardor,
Inpulit et scelerum mens conscia, conpulit index
Furtorum semper timor anxius atraque mentis
Tristities pallensque metus resecansque medullas
Post causam raptus trepidis penitudo secunda.
Haec scaevos vexant. non sunt, mihi credite, non sunt
Eumenides dirae, fallax quas fabula narrat
Cocyti in gremio rapidi, Phlegethontis ad ignes
Tartarei, incinctas facibus, serpente, flagellis:
Sed metus et facinus, sed mens est conscia pravi.
Ni fallor, victum est, magno quod protulit astu.
Sed superest pars magna mihi de crimine vero: *p. 57*
'Qui raperet, totum templis non redderet.' ergo
Hoc quoque sic vincam, verum fatearis ut ipse.
Sustuleras templis; partiris, perfide, furtum;
Non totum reddis: superavit copia mentem.

222 conspicis *A* 224 profunde *A* 225 pulchre omnia pulcre *A* 226 patentia. frangere *A* 228 argumentũ *A* '*sed correctum*' *teste Boissier;* mentũ '*ex ras. obscurum*' *H* 229 tullerat *A* retor *A* rector *Heinsius* 230 sub certo *A*, *em. Maehly* 231 dš inpolit impolit ardor *A* angor *Maehly* 232 Impolit *A* conpulit *sic A* 233 Furturum *A*, *corr. A*[1] 234 Tristi//ticies *A* (*in ras. erat* s) metusq; resecanq; *A* reserans *Iuretus* 235 pĕnitudo *notandum* 238 flegetontis *A* 239 Tartareu *A* 240 medus *A* et *corruptum* sed mens est *Bachrens* mens est et *A* 241 fictum *Iuretus* protullit *A* 243 donum *A* totum *H* 245 Sustulleras *A* 246 cupia *A* mentem *A:* multum *Maehly fort.* uotum?

Nunc quoniam manifesta fides gradibusque malorum
Hinc illinc lucent conlatis crimina rebus,
Officium invadam, valeant ut cernere cuncti,
Piscandi doctis semper nil nequius esse.
Hic taceam, audaces ducit quod pallida semper
In scelus omne fames, secretaque litora cogunt.
Hoc loquor: infaustis levior cum scanditur alnus,
Quid faciant remo celeri lemboque volantes,
Excussum ventis pelagus cum litora frangit:
Naufragium expectant. sidit cum rapta sub undas
Puppis, submersi fundo scrutantur harenas.
At cum lassatus portum vix navita vidit,
Furta parant missosque secant in litora funes.
O scelerum auctores, tetro et cum crimine ponti
Cladum participes et tempestatis amici!
Haec quoque si excutitur, quam magni criminis ars est!
Non scelus est, unco piscem quod fallitis amo,
Quod placidas subter lina intertexitis undas?
Piscibus adsuetis fallaces tendere morsus
Neptuni pulcrum visum est non parcere templis. *p. 58*

Epilogus

Iam satis haec. factis [mea] vox inpensa nefandis
Piscantis facinus cecinit versuque coegit
Aurum, templa, nefas, titulos, epigrammata, munus.
Supplicium restat scelerum, quod reddere debet
Iudex, horrendo tollens tortore securim.

248 illic *A* 251 tac iã *A* quod *scripsi* quȯs *A* duci *H* 252 segretaq; *A* condunt *Baehrens, recte?* 253 locor *A* 255 pelacus *A* litura *A* frangunt *conicio, cf. Hor. carm. I* 11, 5 plangit *Petschenig* 256 sedit *A* unda *A, corr. Quicherat* 257 submersė *A* scrudantur *A* 258 Ad cum lasatus *A* nauida *A* 259 scant in litore *A* 260 nauctor es *A* 263 uno *A* piscēm, m *erasa, A* fallidis ceno *A* 265 adsueti *H* Epilogi *A* (*fort. transponendum post u.* 246) 267 functis *A* factis *Iuretus* furtis *Burm.* mea *add. H* 268 uersusq; *A* 270 Subplicium *A* 271 to^{r}tore *A*

Dicite, quos ius est examina figere causis,
Dicite iam poenas mandatas legibus almis.
Vos quoque, quis ferro mortales caedere fas est,
Cum iam damnati iugulos ac colla petetis,
Ne campis patriaeque loco nec caedite iuxta.
Deprecor. ad nigras ducatur vinctus harenas,
Vltima despumans pelagus qua litora lambit;
Hic iaceat medius ponto terrisque nefandus,
Et cum sollicitum ventis mare tollitur alte,
Destruat unda rogum rapiantque animalia corpus.
Hic tamen expositis tumulos conponite membris
Et titulum facite et versu hoc includite carmen:
'Piscibus hic vixit, deprensus piscibus hic est,
Piscibus occubuit. spes crimen poena sub uno est.'

B. III 260.
M. 1005.
B. IV 256.

22

Epithalamium

Ite, verecundo coniungite foedera lecto
Atque Cupidineos discite ferre iocos.
Concordesque tegat cum maiestate benigna
Quae regit Idalium, quae Cnidon alma regit.
Alliget amplexus 'tenerorum mater Amorum'
Constituat[que], patres ut cito reddat avos.

272 quos *ego* quod *A* quis *H* queis *Quicherat* 274 mortale cedere *A* 275 iugolos accola petistis *A* 276 cedite *A* ne credite iusta *Quicherat* 277 unctus *A* 278 pelacus *A* litura *A* 279 pontu *A*, *corr.* A^1 280 sollicitus *A*, *corr.* A^1 282 exesis *Baehrens* adponite *H* 283 facit et *A*, *cf. Verg. ecl.* 5, 42 284 depreensus *A* 285 occupuit spes. crimen crime pęna *A* uno est ✕ Epithalamium *eodem uersu A.* (*Signum separandi* ✕ *Baehrens numerum* IX *esse ratus est*)

22. 1 fędera *A* 2 Adq; *A* 3 *num* regat? magestate *A* 4 tegit *bis A* regit *bis Heinsius* q; nidos *A* q; guidus *a* 5 Alligit *A*, *cf. Ouidius am. III* 15, 1 6 que *addidi* patres *sc. uestros* ut *scripsi:* et *A* abos *A*

23

B. III 278.
M. 1013.
B. IV 256.

Verba amatoris ad pictorem

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam, *p. 59*
Qualem pinxit amor, qualem meus ignis anhelat.
Nil pingendo neges; tegat omnia Serica vestis,
Quae totum prodat tenui velamine corpus.
Te quoque pulset amor, crucient pigmenta medullas;
Si bonus es pictor, miseri suspiria pinge.

24

B. III 279.
M. 1014.
B. IV 256.

Amans amanti

Dic quid agis, formosa Venus, si nescis amanti
Ferre vicem? perit omne decus, dum deperit aetas.
Marcent post rorem violae, rosa perdit odorem,
Lilia post vernum posito candore liquesunt.
Haec metuas exempla precor, et semper amanti
Redde vicem, quia semper amat, qui semper amatur.

25

B. III 280.
M. 1015.
B. IV 257.

Rescriptum

Non redit in florem, sed munus perdit amantis,
Quidquid vile iacet. dulce est, quodcumque negatur.
Nam si formosa facili penetratur amore,
Facit adulterium, sed munus perdit amantis.

23. Ad pictorem *L*(*ipsiensis I* 74) *s. X* 2 finxit *α*, *recte?* 3 syrica *L* 5 *om. L* pulsit *A*, *corr. Oudendorp* cruciant *α* 6 est *A* es *α*

24. AM·N·S·A·M·I *C* 1 Dic] Quid *α* 2 pte *C* 3 Marcem *C* 4 positū *A* liquiscunt *A* liquescunt A^1C liuescunt *L. Mueller. rh. mus. XXII* 93. *Sed cf. Ouid. met. VII* 550 5 Nec *C* 6 nices *C*

25. *cf. Ouidius fast. V* 354. 1 reddit *C* 2 Quicquid *C* iacit *A* 3 qui formosam *L. Muell.* facile penetrauit *A* p&netratur *C* si formosam facilem penetrauit amator *Baehrens* 4 Fecit *α* Fallit adulterio *L. Mueller.* sed *scripsi* et *AC. Versus non carent vitiis*

26

MARTIALIS

B. III 59.
M. 280.
B. IV 116.

De habitatione ruris

Rure morans quid agam, respondeo pauca, rogatus.
Mane deos oro; famulos, post arva reviso
Partitusque meis iustos indico labores.
Deinde lego Phoebumque cio Musamque lacesso.
Hinc oleo corpus fingo mollique palaestra
Stringo libens. animo gaudens et fenore liber
Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, ceno, quiesco.
Dum parvus lychnus modicum consumit olivi,
Haec dat nocturnis elucubrata Camenis.

26. *Sic A.* Inciſ· ex sexto · *(sc. sexto Martialis libro quorum primo loco 'Liber Epigrammaton' numeratur)* poeta de se ad librum suum *B (Thuaneus Par.* 8071 *in Martialis libri V initio).* Incp̃ ex VI · poeta ad liberū suū *V (Voss. Q.* 86, *in Martiale eod. loco). Etiam Bo(ngarsianus), Ang(licanus Iunii), recentiores habent post Martialis librum IV.* — Auieni (Auiani *Br.*) u.c (uero *P*) ad amicos de agro: *sic fere R(egimensis* 2078 *s. IX), P(aris.* 8093 *s. X), Br(uxellanus* 10717 *s. XI), L (mus. Brit. Regius* 15 *B* 19 *s. IX—X). Br pendet ex L. P Auianum deinde continuat.* — 'Catonis' *Boxhornii cod. Leid.* 'Horatii' *cod. Leidensis* 348 *anni* 1470. 'Ovidii' *Basileensis F. VIII* 1 *anni* 1460, *alii recc.* 1 rura *P* rare *B* agis *A, corr. a* respondis *AV* respondi *BPL* (*Vossianus q.* 33 *s. X, qui titulo caret), a* respondeo *BoAng alii.* responde *Heinsius* 2 Mane *APL* Luce *BV* ora *V* deum exoro *PL* famulans *A* famulos *rell., a* arua reuiso *ABV* aruaque uiso *PL* 3 iudico *V* 4 Deinde *A* Inde *BVLBoAng; euanuit in P* fębumq; *A* ᵴcio *Br* 5 Tunc *PL* frico *Ang? recc.* pallestra *AB* palestra *VPL* 6 gaudens animo *AB* animo gaudens *ceteri* et *AV* ac *BLBoAng alii* q; ac *P* q; hac *Br* libens *L* lib *VPBr* 7 Pandeꝫo *A* poto] puto *BV* pudo lűdo lábo ceno canto quiesco *A* (c. c.] cano caeno *corr. man. posteriore).* cano ludo lauo *B rell., nisi quod* cano *deest in V* ceno] *B* caeno *VPL* *u.* 8. 9 *om. APLBrPith, delet G. Loewe* lyncnus *V* consumat *BoAng alii* 9 elucibrata *B* elucubrata *V* nox lucubrata *recc.*

27

B. I 166.
M. 687.
B. IV 257.

De Progne et Philomela

Da sensus mihi, Phoebe, precor; nam poena puellae
Non habet exemplum. tristis post funera linguae
Sanguis inest pingitque cruor tormenta pudoris. *p. 60*

28

LINDINI

B. III 94.
M. 541.
B. IV 257.

De aetate

Vitam vivere si cupis beatam
Et votis Lachesis dabit senectam,
Annos ludere te decem decebit,
Viginti studiis dabis severis,
Triginta pete litium tribunal,
Quadraginta stilo polita dicas,
Quinquaginta velim diserta scribas,
Sexaginta tuo satis fruaris,
Septuaginta velis venire mortem,
Octoginta senes caveto morbos,
Nonaginta time labante sensu,
Centum nec puer unus adloquetur.

27. De progne et filomela *A* '*integrum non est*' *Meyerus* 1 foebe *A* pena *A* 3 pingit. quęcror turmenta *A, corr. a*

28. Lindini de ętate *AC* 1 si uiuere *AC* uis *C* 2 lacesis *A* lacessis *C* dabis *AC* 3 decem ludere te *C* debit *A* 4 Vinginti *A* 5 Trigenta *et sic* e *pro* i *in numeris reliquis ad u.* 11 *A* 7 belim deserta *A* *u.* 9 *om. C* 10 senex *C* senes *A* 11 labente *AC, corr. Heinsius* 12 alloquetur *C*

29

B. III 259.
M. 259.
B. IV 258.

AVITI

Adlocutio sponsalis

Linea constricto de pectore vincula solve
Et domino te crede tuo. ne candida laedas
Vnguibus ora, vide, vel ne contacta repugnes.
Est in nocte timor, non est in nocte periclum.
Nec volo contendas: vinces, cum vicerit ille.

30

B. V 137.
M. 1075.
B. IV 258.

De somnio ebriosi

Phoebus me in somnis vetuit potare Lyaeum.
Pareo praeceptis: tunc bibo, dum vigilo.

31

B. III 87.
M. 935.
B. IV 258.

De uvis

Vindicat ipsa suos, quos pertulit, uva labores;
Quae pede dum premitur, subtrahit ipsa pedem.

32

B. I 24.
M. 584.
B. IV 258.

De Libero patre

Orgia lassato quotiens solvuntur Iaccho, *p. 61*
Sic deus uda mero ponere membra solet.

29. Abiti allocutio sponsalis *A* 2 dño *A* nec *A* ne *a* candita *A* 3 Huncuib; hora *A, corr. a*

30. De quodam ebrioso *B* 1 Me foeb; *AB* foeb; me *a* putare (*corr.* A^1) lieum *A* putare lyeum *B* 2 dum *AB* cum *edd.*

31. De ubis *A* 1 pertullit ubas *A* 2 dum *A* quod *uulgo* comprimitur *Baehrens* subtrait *A* *u.* 2 *est in cod. Petropolitano, Lipsiensi I* 74, *Sangallensi* 899 *s. IX p.* 11 (*in quibus* qui pede dum *L* cum *S* ille *L* illa *S*): *cf. ad c.* 160

32. 1 Urgia *A, corr. m. rec.* yacco *A* 2 Sic *A* Hic *a, edd. Simulacro Bacchi adscriptum puto*

33

B. I 76.
M. 621.
B. IV 259.

De Luna et Musis

Phoeba sedens gremio cum fert †germana reclinem
Languidulos pueri respiciens oculos,
Vos Heliconiadae lentum submittite carmen:
Carmine somnus adest, carmine somnus abest.

34

B. I 67.
M. 611.
B. IV 259.

De statua Veneris

In gremio Veneris quoddam genus herba virescit.
Sensit dura silex, quo foco exaestuet ignis.

35

B. V 167.
M. 1097.
B. IV 259.

De vipera

Accensa in Venerem serpens genitalibus auris
Sic coit ut perimat, sic parit ut pereat.
Hi sunt affectus, haec oscula digna venenis,
†Coniugioque Venus semper amore nocens.

36

B. III 30.
M. 893.
B. IV 259.

De balneis

Exultent Apono Veneti, Campania Bais,
Graecia Thermopolis: his ego balneolis.

33. 1 Foba *A* cum *scripsi* quem *A* c. f. g.] fert Endymiona *Oudendorp* 3 eliconiade *A* 4 abest] *sic a*, adest *A*

34. *cf.* c. 20. 1 gremium *A*, *corr. a* erbe uerescit *A*, *corr. a* 2 Sentit *Loewe* fōco *scripsi* loco *A* luco *Oudendorp* extaestut *A* exaestuat *a*

35. 1 aruis *Hagenus* 3 His *A* hę^{c} obscula *A* tincta *Wakefield* uenunis, *sed inter scribendum corr., A* 4 Coniungitque *conicio*

36. 1 Baiis *uulgo* termopolis *A* y *sup. scr. a. cf. Fleckeiseni ann. phil.* 1867 *p.* 243

B. Lux. init.
M. 296.
B. IV 260.

37

De titulo Luxorii cum versibus

Priscos, Luxori, certum est te vincere vates;
Carmen namque tuum duplex Victoria gestat.

B. —
M. 929.
B. IV 260.

38

De fortuitis casibus

[IX] Omnia casus agit. fatum consulta sequuntur.
Cedamus fatis: omnia casus agit.

B. I 143.
M. 666.
B. IV 260.

39

De Narcisso

Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis,
Solus amore perit, dum putat esse parem.

B. I 120.
M. 651.
B. IV 260.

40

De iudicio Paridis

Iudicium Paridis provexit coniuge Troiam,
Decepit Troiam iudicium Paridis. *p. 62*

B. I 117.
M. 648.
B. IV 260.

41

De equis Diomedis

Vim Diomedis equi monstrabant hospite caeso;
Hospite fregerunt vim Diomedis equi.

37. luxorié *A* 2 dublex *A* uictoria *A, corr. Baehrens*
38—80. *Versus serpentini.* — IX *in mg. dubitanter (nam et ad c.* 22 *potest ascribi) addidi.* **38.** De furtuitis cassib; *A, corr. A*[1] 1 consultum fata *Baehrens* 2 casis *A, corr. A*[1]
39. *Etiam in cod. Lipsiensi Rep. I* 74 *extat et in Sangall.* 899, *in quo u.* 2 petit dum
40. 1 pro *in ras. A* 2 Deleuit *Wakkerus, recte?* paradis *A*
41. 1 diumedis equis *A, corr. a* 2 Hospide fregunt *A* Sospite *Maehlyus. Ab Hercule hospite abacti sunt*

42

De Polyxena

Deest.

43

B. I 92.
M. 633.
B. IV 261.

[De Deidamia]

Credita virgo parem blande decepit Achilles,
Implevitque piam credita virgo parem.

44

B. I 132.
M. 661.
B. IV 261.

De Oreste et Clytaemestra

Pro pietate nefas matris purgavit Orestes;
Incurrit magnum pro pietate nefas.

45

B. I 134.
M. 663.
B. IV 261.

De Pentheo et Agave

Fert miseranda caput, domino quod monstret, Agave.
Solum, quod doleat, fert miseranda caput.

46

B. I 116.
M. 647.
B. IV 261.

De Turno et Pallante

Turnus honore ruit fusi Pallantis in hostem;
Pallantis fusi Turnus honore ruit.

42. De polixena *A. epigramma desideratur*

43. De Deidamia *addidi. De eadem est c.* 53 1. 2 creditur uirgo patrem *A* credita *bis m. rec.* parem *Oudinus bis* 1 decipit achillis *A* 2 pium *A*

44. Di (de *α*) *A* clidemestra *A* 1 horestes *A*

45. De penteu et adaugi *A* Agaue *a* 1 dño *A* 1 *et* 2 fer *A*

46. 1. 2 fusis *A*, *corr. m. saec. IX(?)*

47

B. I 127.
M. 656.
B. IV 261.

De Iasone et Medea

Coniugis arte decus patriae reduxit Iason;
Amisit patriae coniugis arte decus.

48

B. I 132.
M. 673.
B. IV 261.

De Hero et Leandro

Fecit amore viam iuvenis crudele per aequor;
Praedurae morti fecit amore viam.

49

B. I 118.
M. 649.
B. IV 262.

De Euryalo

Unicus Euryalus meruit solacia matris;
Ereptus matri est unicus Euryalus.

50

B. I 156.
M. 677.
B. IV 262.

De Hyacintho

Sanguine flos genitus fraudem testatur Vlixis;
Servat erile decus sanguine flos genitus.

51 *p. 63*

B. I 115.
M. 646.
B. IV 262.

De Pallante

Quae dedit, ipsa tulit virtus Pallanta dolendum;
Prima dies, bello quae dedit, ipsa tulit.

47. —
48. Dero *A* De ero *a* 1 crudelis *A* (crudele *a*) 2 Predura *A* Praeduram *Baehrens* Praeclarae *Oudendorp*
49. De euri\\\liano *A* 1 *et* 2 eurilianus *A*, *corr. m. saec. IX* 1 solatia *A* 2 matris *A*, *corr. a*
50. De iaquinto *A* (iacincto *m. saec. IX*) 1 ulixes *A*; i *ex* e *corr. m. alia*
51. 1 pallanda *A*, *corr. a* 2 *cf. Aen. X* 510

52

B. I 129.
M. 658.
B. IV 252.

De Creonte et Medea

Mens tibi dira, Creon, vel cum Medea fugatur,
Vel cum busta negas: mens tibi dira, Creon.

53

B. I 160.
M. 682.
B. IV 262.

De Deidamia

Deidamia virum qua coepit nocte mereri,
Perdidit hac dulcem Deidamia virum.

54

B. I 133.
M. 662.
B. IV 262.

De Theseo

Thesea magnanimum non cepit ianua Ditis;
Decepit coniunx Thesea magnanimum.

55

B. I 40.
M. 596.
B. IV 261.

De Iunone et Hercule

Viribus Herculeis dum noxia facta requirit,
Iuno dedit laudem viribus Herculeis.

56

B I 68.
M 612.
B. IV 263.

De Venere

Vritur igne suo fumantibus Aetna cavernis.
Pendet amore Venus: uritur igne suo.

52. De creon et medea *A* 1 ibi *A* 2 negat *A* sibi *A*
53. De *om.* *A* 1 cepit *A* 2 Perdedit *A* hac *Burm.* ah *Heins.* ac *A*
54. De Teseo *A* 1 tesea *A*, *sed* 2 thesea *A*
55. herculũ *A*, *corr. a* 1 erculeis *A* (*sed* 2 herc.) fata *Oudendorp fortasse recte*
56. 1 ętna (h *m. saec. IX*) *A* cabernis *A* 2 Pendet *A: i. e. suspensa est* Perdita *Piersonus*, *sed cf.* 83, 14 Pendet amore dolor

57

B. I 94.
M. 634.
B. IV 263.

De tractu Hectoris

Funere turbat equos necdum satiatus Achilles,
Hector et exanimis funere turbat equos.

58

B. I 122.
M. 691.
B. IV 263.

De Aegypto et Danao

Perfida nox Danai dirarum caede sororum;
Mitis Hypermestrae perfida nox Danai.

59

B I 10.
M. 566.
B. IV 263.

De cygno et Leda

Carmine dulcis olor dum virginis otia mulcet,
Texit furta Iovis carmine dulcis olor.

60

B I 158.
M. 680.
B. IV 263.

De Calypso et Didone

Inputat aegra toris vim per deserta Calypso;
Vim Dido incensis inputat aegra toris. *p. 64*

61

B. I 69.
M. 613.
B. IV 264.

De Adone et Venere

Pingitur ora Venus, ne se contemnat Adonis;
Ut roget Armipotens, pingitur ora Venus.

57. ectoris *A* 1 achillis *A* 2 Ector *A*

58. 2 mitis sipermestrę *A* (y *ex* i *correctum*) perfidę *A*

59. De quigno et lęta *A* (cigno et lęda *corr. saec. IX*) 1 odia mulget *A* ocia *a* mulcet *m. rec.*

60. calipso *A* 1 t. qui pfert d. *A*; uim *Oudendorpius*, per *ego* profert *α* calipso *A* 2 incensis *Baehrens* infensis *Doruillius* inpensis *A*

61. 1 Pi͡gitur *A* se *scripsi* uel *A* 2 Aut rogit oī ps *A*, *corr. Froehnerus*

62

B. I 46.
M. 599.
B. IV 264.

De Castore et Polluce

Ordine mortis eunt alternae ad munera vitae,
Inque diem fratres ordine mortis eunt.

63

B. I 93.
M. 636.
B. IV 264.

De Dolone et Achille

Praemia magna Dolon currus dum poscit Achillis,
Prodidit ipse cadens praemia magna Dolon.

64

B. I 167.
M. 688.
B. IV 264.

De Progne et Philomela

Sanguine muta probat facinus Philomela sorori,
Vimque vice linguae sanguine muta probat.

65

B. I 162.
M. 684.
B. IV 264.

De Lemniadibus

Funera Lemniadum nescit veneranda Thoantis;
Sola tamen sensit funera Lemniadum.

66

B. I 109.
M. 643.
B. IV 265.

De Glauco et [Archemoro]

Squameus anguis erat, qui reddidit aethera Glauco;
Qui tulit Archemoro, squameus anguis erat.

62. Da castoriipollo *A* 1 sunt *A* eunt A^1 ad (*uel* in) *om.* *A* 2 in quem diẽ *A*

63. De dolon achillis *A* 2 Prodedit *A*, *corr. a* Perdidit *Heinsius*

64. De progne e philomela *A* 1. 2 Stamine *Maehly* 1 philomella *A* 2 Et uice uim *Doruillius* Vim querulae *Baehrens* Inque uicem *Maehly*

65. De lemniatibus *A*

66. De lauconte *A* de Laocoonte *α* De Glauco et [Archemoro] *scripsi* 1 reddedit *A* lauco *A* 2 tullit *A (i. e. abstulit, sc. aethera)* Archemorum *edd.*

B. I 163.
M. 685.
B. IV 265.

67

De Pelope

Fervidus axe Pelops contemnit iura tyranni,
Fata ligat soceri fervidus axe Pelops.

B. I 70.
M. 614.
B. IV 265.

68

De Adone

Vulnera saevus aper laesae spectanda Dianae,
Flenda dedit Veneri vulnera saevus aper.

B. I 151.
M. 672.
B. IV 265.

69

De Hyla et Hercule

Raptus aquator Hylas: Nympharum gaudia crescunt.
Herculis ira tumet: raptus aquator Hylas.

B. —
M. —
B. IV 265.

70

De incesto partu

Prodita prole parens partus enixa biformes; *p. 65*
Facta paterna luit prodita prole parens.

B. I 164.
M. 686.
B. IV 265.

71

De Caphareo monte

Relliquias Danaum dira premit arte Caphareus;
Albula Tuscus amat relliquias Danaum.

67. 1 pelobs *A* tyrranni *A* condemnat *A*, *corr. Wakkerus* 2 Facta *A* citat *Wakkerus* socer *A* pelobs *A*

68. 1 Ulnera *(corr. saec. IX?) A*

69. hyl^{a} *A* 1 *et* 2 aquator *Eldickius* amator *A* hylax *A* (1 hylas *corr. saec. IX?*) Hylax *fortasse recte, ut* Aiax 1 nymfarũ *A*

70. De incestu (incesto A^{1}) partũ *A* partuum *L. Mueller* 1 biformas *A*

71. cafareo *A* 1. 2 reliquias *A* 1 cafereus (*sic*) *A*

72

B. I 8.
M. 564.
B. IV 266.

De Ganymede [et Hermaphrodito]

Captus amante puer aquila moderante pependit;
Infamavit aquas captus amante puer.

73

B. I 150.
M. 671.
B. IV 266.

De Pyramo et Thisbe

Pallia nota fovet lacrimis decepta Themisto;
Pyramus heu lacrimis pallia nota fovet.

74

B. I 130.
M. 659.
B. IV 266.

De Iocasta et Oedipo

Dirum Iocasta nefas, vel cum venit effera coniunx,
Vel cum fit mater: dirum Iocasta nefas.

75

B. I 153.
M. 674.
B. IV 266.

De Hippolyto et Phaedra

Vincere falsa pudor poterat. sed castus et insons
Erubuit Phaedrae vincere falsa pudor.

76

B. I 96.
M. 637.
B. IV 266.

†De tumulo Achillis

Iurgia conflat amor, ut blandius urat amantes:
Ad cumulum fidei iurgia conflat amor.

72. De ganimede *A* *u.* 2 *ad Hermaphroditum pertinere videtur, cf. Meyerus ad h. l.,* unde *Baehrens* et Herm. *add.*
73. De piramo et tisbe *A* 1 Palla *A* fobet *A* 2 Piramus *A* fobet *A*
74. et idippo *A* 1 iocasta, i *a m. saec. IX (?) deleta, A* con uenit *A* 2 ocasta *A*
75. ippollido *A* (-ito *m. saec. IX*) 2 fedrę *A*
76. *Inscriptionem* 'de Oresta et Pylade' *iure desiderat Doruillius. Fortasse et haec et alterum distichon interiit*

Digitized by

77

B. I 119.
M. 650.
B. IV 266.

De Niso et Euryalo

Nomen amicitiae magna pietate colendum est;
Maxima pars vitae est nomen amicitiae.

78

B. III 283.
M. 547.
B. IV 267.

Item unde supra

Mens, ubi amaris, ama: rarum est agnoscere amicos,
Rarum invenire [est]. Mens, ubi amaris, ama.

79

B. —
M. 577.
B. IV 267.

De Apolline

Gratia magna tibi, Paean, qui pectora conples;
Lector, si faveas, gratia magna tibi.

80

B. Lux. init.
M. 297.
B. IV 267.

Epitaphion

p. 66

Nil mihi mors faciet: pro me monumenta relinquo.
Tu modo vive, liber: nil mihi mors faciet.

77. eurialo *A*. *Malim* De amicitia. 1 amiticię *A* 2 amititię *A*

78. Etem unde s *A*, *corr. Baehrens* 1 ubi ⁰amaris (o *eras.*) *A* 'ut ameris, ama' *Martial.* 6, 11, 10. *Auson. epigr.* 91, 6. *Cf. Ouid. art. am.* 2, 107. agnuscere *A* amicum *Doruill.* 2 seruare *Baehrens* est *om. A α*

79. 1 pectore *A*

80. Epitafion *A* 1 nonumenta *A*, *corr. a* 2 nihil *A*, *corr. a*

81

PORFIRII

B. III 89. M. 236. B. IV 268

Versus anacyclici

X Blanditias fera Mors Veneris persensit amando,
Permisit solitae nec Styga tristitiae.
Tristitiae Styga nec solitae permisit, amando
Persensit Veneris Mors fera blanditias.

Omnipotens pater huic semper concessit amori,
Fecit nec requiem tot sibi fulminibus.
Fulminibus sibi tot requiem nec fecit amori,
Concessit semper huic pater omnipotens.

Purpureus tibi flos vultum non pingit, Iacche,
Monstrat nec mitem frons nova laetitiam.
Laetitiam nova frons mitem nec monstrat, Iacche,
Pingit non vultum flos tibi purpureus.

Occubuit minor hic, fractis et viribus astu
Torpuit oppressus Amphitryoniades.
Amphitryoniades oppressus torpuit astu
Viribus et fractis hic minor occubuit.

Incaluit iubar hoc externis ignibus ardens
Fortius; ardorem Sol sibi congeminat.
Congeminat sibi Sol ardorem; fortius ardens
Ignibus externis hoc iubar incaluit.

81. Iorfiri anaclici *A* forte Porphiri *a* (Rufini uersus anacyclici *α*). *Sunt* De ui amoris *ante u.* 1 X *rubro colore A* ferã *A* 2 stigat tristicię *A* 3 Tristicię stiga *A* solide *A* 4 feram *A, corr. a* 5 (*non* 8) Omp̄s *A* 8 Consensit *A* 9 Purporeos sibi *A* purpureos *et* uultus *edd.* pingitur *A* 9. 11 iacchum *A* tibi — Iacche *bis L. Muellerus* 10 ne *A* fr̄ons *A* leticia *A* 11 Lętiçiã nouã *A* 12 no uultu *A* sibi purporeus *A* 13 Decubiit *A* huic (*et v.* 16) *L. Muellerus* hic *(in pictura) A* fr̄actis *A* aestu *A bis* astu *Salmasius* 14 oppressos amphitrioniadis *A* 15 Amphytrioniadis *A* turpuit *A* 18 *sq.* Sol *scripsi* (*cf.* 221, 1) sol *uulgo*

Deposita face Nox quaesivit lumina Phoebes,
Vulnere sed blandus hanc tenet Endymion.
Endymion tenet hanc blandus sed vulnere; Phoebes
Lumina quaesivit Nox face deposita.

Armipotens deus hoc suspirat pondere, vulnus
Ferrea nec rabies aut furor exsuperat. *p. 67*
Exsuperat furor aut rabies nec ferrea vulnus,
Pondere suspirat hoc deus armipotens.

Inpatiens Venus est, silvas dum lustrat Adonis,
Carpit si Martem, iam cui conveniat.
Conveniat cui iam, Martem si carpit, Adonis
Lustrat dum silvas, est Venus inpatiens.

B. III 79.
M. 917.
B. IV 269.

82

De tabula

XI Has acies bello similes cano, quas Palamedes
Constituit. casu vario paribusque periclis
Inscius ac sollers sistunt se; namque superbis
Vana supervacue crescunt mendacia buccis
Et se sollertes punctis fallentibus inflant.
En proceres Fridi asseclae lususque magister.
Assidue similes mittuntur semper in †imo,
Vtque deus †dedit, se praefert inscius artis.

21 quesibi *A* febis *A* 22 Vulnere *i. e. amore* hęc tendymion *A* hanc *L. Mueller* 23 hanc *idem* haec *A* fobis *A* 24 nos *A* 25 *et* 28 dš *A* 26. 27 haut *L. Mueller* 27 rapies *A* 30. 31 sed *puto* Martem *Froehnerus* matrem *A*

82. *ante u.* 1 XI *rubro colore A* 1 bellitio similes *A, corr. Salmas.* belli miles *a* 3 hac *A* ac *Oudendorp.* has α sistunt se *Oudendorp.* sistentes *A* 4 mendatia *A* 5 fabentibus *A, correxi* 6 fridassectae laurusque *A, corr. Petschenig* Fridus *Baehrens* 7 Hac siduę (Hac siduit A^1) *A* Assidue et *Oudendorp.* similis *A* in uno *conicio* 8 Utque *Oudendorp.* Adque *A* Deusdedit *(nomen) Froehner* dederit *Oudendorp.* defit *Baehrens*

Quid labor ingeniumque iuvat? cur pallidus extat
Atque iners dubitat? securus ludat amator,
Nummos quisquis habet: discedat lividus hostis
Se doctum iactans. quodsi reppertor adesset
Princeps ac sollers, victum se saepe vocasset.
Adversis punctis doctum se nemo fatetur.
Vulnera plus crescunt punctis, quam bella sagittis.

83

[Epistula. Dido Aeneae]

B. I 173.
M. 1610.
B. IV 271.

Praefatio

XII Sic tua semper ames, quisquis pia vota requiris,
Nostra libenter habe; quid carminis otia ludant,
Cerne bonus mentisque fidem probus indue iudex.
Dulce sonat, quod cantat amor; cui grata voluptas
Esse potest, modicum dignetur amare poetam. *p. 68*

Carmen

Debuit ingrato nullam dictare salutem
Laesus amor. sed nulla iuvant convitia flentem;
Si modo flere vacet. nam me magis, inprobe, mortis
Fata vocant. Troiane nocens, haec dona remittis?
Quamvis saepe gravi conponam carmine fletus,
Plus habet ipse dolor, nec conplent verba dolorem,
Quem sensus patientis habet. vertenda requiro,

9 iubat *A* pallib; *A* 10 Adq; *A* At quid *Burm.* amotor *A* 11 hos$\wp$s *A* (*i. e.* hostis) hõs *α* 12 Sed doctum *A, correxi* 13 hac solers *A*

83. Epistula. Dido Aeneae *om. A ante u.* 1: XII *A rubro colore in mg.* 2 abe *A* carmininis ocia *A* 3 incole *A* indue *Baehrens* indole *Higtius u.* 4 *et* 6 *in C fol.* 1 *u. et Vaticano* 639 *s. XI extant* 4 gratia *A*, grata *Ca* uoluntas *C* 5 amore *α* 6 ingrado nulla *A* mandare *C* 7 Lęsos *A* iubant *A* 8 inproba *A, correxi* 10 graui *A* graues *Higtius* 11 Plus ualet *Higtius* 12 uertenda *scripsi* uel regna *A* nec regna . . male victa *Higtius*

Quae maledicta dedi, miseris circumdata fatis!
Pendet amore dolor, cassum dolor auget amorem.
Dum studet iratas calamus celerare querellas,
Continuit dolor ipse manum, nec plura loquentem
Passus amor mentisque vias et verba ligavit.
A, quotiens revocata manus, dubiumque pependit!
Quid factura fuit trepidanti pollice! dextram
Torpor et ira ligat, dum dura vocabula format,
Et minus explicitam condemnat littera vocem;
Torsit iter male tractus apex dubiaque remissus
Mente pudor, dum verba notat, dum nomina mandat
Flamma nocens, iram tardans; penitusque cucurrit
Sopitus per membra calor diroque medullas
Igne vorat. nullus confessam culpet amantem.
Conubium nunc crimen erat? male credula votis
Cuncta dedi (nec mira fides) sub lege mariti,
Cuius et ipsa fui; numquam nec conscia reddent
Vota fidem, si talis erit non digna marito.
Hanc reddis, Troiane, vicem? meus ista meretur
Affectus? non ille torus, non conscia lecti
Sacramenta tenent? totum pro crimine perdo, *p. 69*
Quidquid amore dedi. fatis licet, inprobe, tendas
Aemula regna meis: nihil est quod, perfide, iactes;
Fraude perit, non sorte, fides. Sed regna petebas

13 quę miseri *A* 14 Pendit *A*, *cf. c.* 56, 2 dolor *et Hoeufftius et ego*, domus *A* cassum *scripsi* castus *A* augit *A* 15 studit iratŭs *A* animus *Burm.* collorare *A*, *corr. Higtius* celare *Burm.* 16 manu *A* 17 meritisque *A* mentisque *Higtius* 20 *puto* et ora, *cum* dextram *iungendum* firmat *A*, *corr. Schrader* 21 comendat *A* condemnat *Schrader* uocę *A* 22 sapex *A* remissos *A* 24 iram (*Hoefft.*) tardans *scripsi* irata redens *A* ardens *Birt.* iterata redit *Petschenig* poenitusq; *A* 25 diro *Baehrens* duro *A* 26 forat *A* uorat *Burm.* confessus *A*, *corr. Burm.* 27 Conuuiũ *A* tunc *α* 28 fide *A*, *corr. Higt.* 31 iste *A*, *corr. α* 33 tent *A*, *corr. α* perdi *A*, *corr. Higtius* 34 Quid *A*; Quid *supra scripsit m. altera satis antiqua* temptes *Maehly* 35 Romula *α*

Debita, nec mecum poteras coniungere sortem?
Si datur ire, placet. nam quod fugis, unde recursus,
Vota 'nocentis' habes; nihil est, quod dura querellis
Verba fidemque voco; quisquis mea vulnera deflet,
Invidiam fecisse neget. trahit omnia casus.
Dum sortem natura rapit, 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' reparatum Cynthia format
Lucis honore iubar curvatis cornibus †arcus,
Quod de fratre rubet: cessurus lege sorori
Consumit sua iura dies. sic continet orbem
Dum recipit natura vicem. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' mersum pallentibus umbris
Circumdat nox atra diem fruiturque tenebris
Lege poli, peraguntque micantia sidera cursus . . .
Navifragi tacet unda salis nec murmurat auster
Nec flexum quatit aura nemus. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' / ramis male garrula pendens
Iam philomela tacet damno male victa pudoris,
Amplexuque fovens querulos sub culmine nidos
Pensat amore nefas, miserasque alitura querellas
Nocte premit, quod luce dolet. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' / nunc iam bene iunctus amantes
Ardor alit thalamique fidem sua pignera conplent.
Coniunx laeta viro, felix uxore maritus.

37 rerum poteras conuincere *A, correxi* 38 quod *A* quo *α*. *Quod ad me redire poteris, ego 'nocens' uotis meis te ire iubeo* 41 necat *corr. ex* necant *A* neget *Schrad.* trai *A* 42 sorte *A* capit *Petschenig* 43 reparato *Bachrens* quintia *A, corr. a* 44 ardens *Maehly* 45 Quod *A* Cum *Higt.* 47 Du *A* sua-amor *rubris litteris, ut intercalaria plerumque, A* 49 tenebras *A, corr. α. Deesse puto comparationis diei noctisque finem, tranquillitatis tempestatisque initium* 51 Nauifrage *A, corr. a* sali *Burm.* 52 Ne *A* 53 ramis *Burm.* pinnis (primis *α*) garulã mane pendens *A*, male garrula *i. e. iam non garrula.* 54 filomela *A* picta *A, corr. Burm.* 55 Amplexusque *A, corr. α* nidi *Burm.* natos *Maehly* 57 *fortasse* Nocte gemit 58 amantem *A, corr. Maehly* 59 talamiq; *A* pigner *A* *m. pr.* 60 uxores maritos *A, corr. a*

Vota recenset amor secretaque dulcia; somnus *p. 70*
Concordat cum nocte torum. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' fecundo semine rerum
Mutat terra vices et alumni temporis auras
Laeta vocat; spisso revirescit gramine campus
Et vitreas ligat herba comas nec fallit aristas
Proventu meliore dies. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' fessus iuga solvit arator
Et noctem per vota capit: reparare labores
Novit grata quies, nec cessat reddere vires
Infusus per membra sopor rurisque ministram
Ruricolis dat semper opem. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' reparant sua litora ponti
Successu post damna suo, perituraque ludunt
Incrementa maris dubii, regit aequora fluctus
Lege sua vicibusque suis quod deperit auget.
Officiis natura vacat. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' [Discussis imbribus atra
Cum requievit hiems,] gemmatis roscida verni
Rident prata rosis et floribus arva tumescunt.
Pictus ager sub flore latet, dat fronde coronas
Lascivis natura rosis: 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' nec grata silentia noctis
Nec somni pia dona placent, nec munera lucis

61 repensat *Petschenig* recens et *m. rec. in A disiunxit* 62 Consociat *Maehly, recte?* 63 Fallerere *A* 64 Mut. t. v. *Hor. carm. IV* 7, 3 64 et autumni *A, corr. Baehrens* uerni *Heins. in apogr. Salm.* 65 reuiuescit *A* reuiuiscit *aα* cãpos *A, corr. a* 66 uirides *Burm.* liga^{t} erba *A* agit *Maehlyus* fallid *A* 67 Prouentum *et* die *A, corr. Burm.* 68 Fallerere *A* soluet *A* 69 labori *Schrad.* 70 Non uibrata quies *A, corr. a* necessat *A* 71 ministra *Oudendorp.* 73 ponti *i. e. maria* litura *A* 74 successus *et* suos *A, correxi* post *Burm.* per *A* 75 regunt ęquara *A, corr. a* 76 Lege *Wernsdorf* Lite *A* 77 uacat] uacans *Higtius* 78 Discussis — hiems *add. L. Mueller, om. A* 78^{a} uerni *emendaui* uesui *A* Vesu(u)i *uulgo* uisu *Wernsdorf* 79 tumescit *A* 80 fronte *α* coronę *A. uersum deesse post* 80 *putavit Wernsdorf* 82 ne grada *A, corr. a*

Carpit et indutias fugientis non capit anni:
Sed sua victus amor tantummodo vulnera pascit
Inter mille dolos totidemque pericula fraudis.
Vota queror: vellem tacitis peritura querellis
Flere domo, vellem [iam] tabida fundere fletus.
Sed negat ipse dolor, quod iam pudor ante negavit;
Scribere iussit amor miseram me, cuius honestam *p. 71*
Fecit culpa fidem. poteram dispergere ponto
Membra manusque tuas miseramque tumentibus undis
Praecipitare diem, poteram crescentis Iuli
Rumpere fata manu parvumque resolvere corpus
Morte gravi mersumque in viscera figere ferrum
Vel dare membra feris; sed nostro pectore pulsum
Cessit amore nefas et honesta pericula passus
Corda ligavit amor. quis tantum in hospite vellet
Hoc audere nefas? quis vota nocentis habere?
Nullus amor sub †laude latet. 'Cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' miserandae fata Creusae
Lamentis gemituque trahens infanda peregi
Vota deis durumque nefas sortemque malorum
Te narrante tuli; gemitus mentisque dolorem
Et lacrimas prior ipsa dedi. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' dulcis mea colla fovebat
Ascanius miserumque puer figebat amorem,
Cui modo nostra fides amissam reddere matrem

84 *possis* Carpit; primitias 85 poscit *A*, *corr. a* 86 toditemq; *A* piacula *A*, *corr. Schrad.* 87 Vota *A* Nota *edd.* tacitis *A*: placidis *α* 88 tacitūs umere fletus *A* profundere *α* consumere *Burm.* iam tabida fundere *scripsi* 91 culpam *A* 92 seramque *Burm.* 94 fatā *A* 95 Moxte *A* 96 mensa *A*, *corr. a* 97 Cessit *Schraderus, Higtius* Crescit *A* honestas *A*, *corr. a* 98 ligat *A* hospide uellit *A* 99 audire *A* 100 laude *A* corde *α num* fraude? labe *Baehrens* 100. 105. 111. 116 digne *A*, *corr. a* 102 Lamenta *A*, *corr. a. cf. Aen. IV* 667 peregit *A*, *corr. Wernsdorf* 103 Voto dies *A*, *corr. a* 105 lacrimis *A* 107 *delet Birt.* fouebat *A*, *corr. Oudendorp.* 108 nostram fidem *A*

Dum cupit, hoc verum mentito pignore nomen
Format amor gemitusque graves atque oscula figit
Confessus pietate dolor. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' nostri modo litoris hospes
Nudus et exul eras, dispersa classe per undas
Naufragus; ut taceam clades quascumque videbas
Inpendisse tibi: licet haec tibi cuncta fuissent,
Regna tamen Carthago dedit. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' nihil est, quod dura reposcam:
Nequiquam donasse velim! quae perdere possem,
Numquam damna voco. vel hoc mihi, perfide, redde, *p. 72*
Quod sibi debet amor, si nil pia facta merentur.
Esse deos natura docet; non esse timendos,
Rerum facta probant. quid enim non credere possum?
Tutus fraude manes et nos pietate perimus!
Inprobe dure nocens crudelis perfide fallax
Officiis ingrate meis! quid verba minantur?
Non odit, qui vota dolet, nec digna rependit,
Quidquid †lexa gemit. tibi nempe remissus habetur
Lege pudoris amor! qui tanta dedisse recusem:
Sceptra domum Tyrios regnum Carthaginis arces
Et quidquid regnantis erat? de coniuge, fallax,
Non de iure queror, meritum si non habet ardor:
Sed quod hospes eras, nec te magis esse nocentem
Quam miserum, Troiane, puto, qui digna repellis,
Dum non digna cupis: nondum bene siccus ad aequor

110 gemitusue *A* adq; *A* 111 Concessus *Maehly* 112 nostro *A* hospis *A* 113 Nudos distuleras *A*, *corr. Maehlyus* dispersas classes *A* d. clade *α* 114 clades *A* classes *α* uidebor *A* uidebas *Baehrens* uidebar *α* 116 chartago *A* 117 reposcent *A*, *corr. Higt.* 118 Nequiquam *scripsi* Nec quidquid *A*, quidquam *corr. A*^{1} quę *A* quod *α*, *cdd. Interpunctionem emendaui* 119 uoco *i. e. in eum aduoco* uolo *uulgo* 121 esset timendos *A* 122 enim credere non *A* 123 Totus frauda *A* at nos *Oudendorp.* 127 Quisquis *Maehly* lexa *A*] plexa *Heins.* laesa *uulgo* nempe *Baehrens* me pe remissus *A* tibine inpermissus *Oudend.* 128 podoris *A* qui *(quomodo) scripsi* cui *A* 129 chartaginis *A* 134 Dum *Oudendorp.* Sum *A* sicus *A*

Curris et extremas modo naufragus arripis undas.
Tutior esse times et honesta pericula poscis.
Cum mala vota cupis, solus tibi dura profecto
Damna paras. fugis, ecce fugis nostrosque penates
Deseris et miseram linquis Carthaginis aulam,
Quae tibi regna dedit, sacro diademate crines
Cinxit et augustam gemmato sidere frontem
Conplevit nostrumque tibi commisit amorem.
Nil puto maius habes et adhuc sine coniuge regnas,
Aeneas ingrate meus. regat ira dolenti
Consilium! sed praestat amor. mea vulnera vellem
Fletibus augeri, sed iam discrimine mortis
Victa feror. neque enim tantus de funere luctus,
Quantus erat de fratre. licet simul inprobus exul *p. 73*
Et malus hospes eras et ubique timendus haberis:
Vive tamen nostrumque nefas post fata memento!

84

B. III 288.
M. 1020.
B. IV 273.

De rosis

XIII [A] quales ego mane rosas procedere vidi!
Nascebantur adhuc neque erat par omnibus aetas.
Prima papillatos ducebat [tecta] corymbos,
Altera puniceos apices umbone levabat,
Tertia iam totum calathi patefecerat orbem,

136 nescis *A* poscis *Wernsdorf* 139 cartaginis *A* 140 Que *A* 141 gematos. sydere *A* 142 Conplebit *A*; Implicuit *Maehly* comisit *A* 144 negat *Higtius* 147 fessos *A* feror *α* fenere *A*, *corr. α* 148 erit *A* erat *Wernsdorf* 149 maius hospis *A* (hospes A^1), *corr. Baehrens* 150 post facta *A*

84. *cf. Hieronymus epp.* 26 'Quis parturientem rosam et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis et tota rubentium foliorum pandatur ambitio, inmature demessum aequis oculis marcescere uideat?' *ante u.* 1 XIII *a m. pr. atramento scriptum* 1 O *add. Scriuerius*, A *Baehrens* Aequales *a* 2 estas *A* 3 capillatos *Kreusslerus* fronte *add. Burm.*, tecta *Cudendorpius* corimbos *A* 4 apces *A* lebabat *A* 5 Tertiam non totum galat· *A* perfeceret *Baehrens*

Quarta simul nituit nudato germine floris.
Dum levat una caput dumque explicat altera nodum,
Ac dum virgineus pudor exsinuatur amictu,
Ne pereant, lege mane rosas: [cito] virgo senescit.

85

EIVSDEM

B. III 289.
M. 1021.
B. IV 278.

De rosa

Aut hoc risit Amor aut hoc de pectine traxit
Purpureis Aurora comis, aut sentibus haesit
Cypris et hic spinis insedit sanguis acutis!

86

EIVSDEM

B. III 290.
M. 1022.
B. IV 278.

De rosis

Hortus erat Veneris, roseis circumdatus herbis,
Gratus ager dominae, quem qui vidisset amaret.
Dum puer hic passim properat decerpere flores
Et velare comas, spina violavit acuta
Marmoreos digitos: mox ut dolor adtigit artus
Sanguineamque manum, tinctus sua lumina gutta
Pervenit ad matrem frendens defertque querellas:
'Vnde rosae, mater, coeperunt esse nocentes?

6 mutato *A*, *corr. Cannegieter* maturo *Baehrens* tegmine *Scriuerius* 7 Dum lebet *A*, *corr. Salmasius* 8 Ac *scripsi* Sic *A* huic *Scriuerius* nec *Baehrens* extenuatur *A* 9 Nec *A* cito *add. a*, sic *α*

85. Eiusdem (*ut in c.* 86) *pro* Item *scriptum puto* 2 purporeis *A* 3 anguis *A*, *corr. a*

86. 2 quē^{qui} *A m. pr.* 3 Hic puer dum *A*, *corr. a* 4 libauit *A*, *corr. Baehrens* 5 Marmoreus *A* -eos *a* 6 Sanguineãque manū *A*, *sed incertum, an lineolae erasae a m. pr. sint* tinctus *scripsi* tinxit *A* 8 ceperunt *A*

Vnde tui flores pugnant latentibus armis?
Bella gerunt mecum. floris color et cruor unum est.'
. . . . . .

87

B. III 291.
M. 221.
B. IV 279.

p. 74 FLORI

Venerunt aliquando rosae. pro veris amoeni
Ingenium! una dies ostendit spicula florum,
Altera pyramidas nodo maiore tumentes,
Tertia iam calathos; totum lux quarta peregit
Floris opus. pereunt hodie, nisi mane legantur.

88

B. I 73.
M. 616.
B. IV 279.

De Musis

Clio saecla retro memorat sermone soluto.
Euterpae geminis loquitur cava tibia ventis.
Voce Thalia cluens soccis dea comica gaudet.
Melpomene reboans tragicis fervescit iambis.
Aurea Terpsichorae totam lyra personat aethram.
Fila premens digitis Erato modulamina fingit.
Flectitur in faciles variosque Polymnia motus.
Vranie numeris scrutatur sidera mundi.
Calliope doctis dat laurea serta poetis.

9 pugnant *A*, -nare *a* pungunt latitantibus *Scriuerius* fallentibus *Baehrens* lātentibus *num mutandum?* 10 gerant *A* floris est color *A*. *Responsum Veneris desidero*

87. Flori] De floribus *Riuinus, fort. recte* 1 amoenę *A* 2 dię *A, corr. α* 3 piramidas *ex* -itas *A* maiora *A, corr. a* 4 Tertiaṁ iā gallatos *A* tertia lux calathis *α* lux] slux *sed corr. A* 5 leguntur *Baehrens*

88. 1 sę clare'rome · memorat *A* soluto *A* latino *C*

2 Euterpe *A* eu̅tpe *C* tiuia *A* caua tib. uent. *om. C* auenis *Heinsius* 3 talia *A* sociis *AC* 4 Melfomene *A* feruiscet *A* 5 terpsicore *AC* lira *C* ętrā *A* 6 premes *C* eratho *C* 7 polimnia *A* 8 Urania *AC* numeris *ex* numerum *A* scrudatur *A* sid.] munera *Pithoeus* 9 Caliope *A* Callipe *C*

Digitized by Google

89

B. I 131.
M. 660.
B. IV 280.

EIVSDEM

Stat duplex nullo completus corpore Chiron.

90

B. Lux. init.
M. 298.
B. IV 281.

Praefatio

[XIV] Parvula quod lusit, sensit quod iunior aetas,
Quod sale Pierio garrula lingua sonat,
Hoc opus inclusit. tu, lector, corde perito
Omnia perpendens delige quod placeat.

91

De velo ecclesiae

* * *

B. M. —
B. IV 281.

91ª

Omnia quae poscis dominum, si credis, habebis.
Quae bona vota petunt, recipit alma fides.

92

B. M. —
B. IV 281.

De christiano infante mortuo

Nobilis adque insons occasu inpubes acerbo
Decessit, lacrimas omnibus incutiens.
Sed quia regna patent semper caelestia iustis *p. 75*
Atque animus caelos inmaculatus adit,

89. Eiusdem *A* (*num* Flori?) Chiron *edd.* 1 duplex et nullus *A*, *corr. a*

c. 90—197 (*praeter c.* 160) *unius poetae, fortasse* ***Fausti*** [*c.* 287], *putat Peiper mus. rh.* 31, 183 *sqq.*

90. *Praefatio pertinet ad c.* 90—197, *ni fallor.* XIV *addidi* 1 Paruola *A* 2 garula *A*

91. uelo] uoto *Iuretus.* 1 dñm *A* habeuis *A* 2 *num* accipit? respicit *Baehrens, sed cf. ev. Marc.* 11, 24

92. χp̃iano *A* 1 adq; 4 adq; *A* cęlo *A* (s *add. m. alia*)

Damnantes fletus casum laudemus ephebi,
Qui sine peccato raptus ad astra viget.
Felix morte sua est, celeri quem funere constat
Non liquisse patrem, sed placuisse deo.

93

De iudicio Salomonis

B. M. — B. IV 281.

Inventa est ferro pietas prolemque necando
Conservat mater, contemto pignore victrix.

94

De cereo

B. V 188. M. 1118. B. IV 282.

Lenta paludigenam vestivit cera papyrum,
Lumini ut accenso dent alimenta simul.

95

Aliter

B. V 189. M. 1119. B. IV 282.

Vt devota piis clarescant limina templis,
Niliacam texit cerea lamna budam.
Congrua votiferae submittit pabula flammae,
Quae castis apibus praebuit ante domus.

96

De magistro ludi neglegenti

B. II 268. M. 854. B. IV 282.

Indoctus teneram suscepit cauculo pubem,
Quam cogat primas discere litterulas.

5 effoebi *A* 8 dō *A*

93. 1 negando *A* 2 Conserua matrem *A*, *corr. a* pignora *A*, *corr. a*

94. 1 papirū *A* 2 dent *A* det *Iuretus*

95. 1 lumina *a* limina *A* 2 'buda. storea' *Isidori glossae* 4 domos *a*

96. neclegente *B*. De magristro nudi neglegentia *V* 1 cauculo *A* (*probat Keller mus. rhen.* 30, 303) canculo *B* caualo *V* 'Calculo, magister ludi' *Isidori glossae* bubem *A* pulem *V* 2 coga *A* t *add. a* primus *V* litteralas *V*, *corr. m. sec.*

Sed cum discipulos nullo terrore coercet
Et ferulis culpas tollere cessat iners,
Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi rite magister habet.

B. I 123.
M. 653.
B. IV 282.

97
De Bellerophonte

Bellerophon superans incendia dira Chimaerae
Victor Gorgoneo nubila tangit equo.

B. V 165.
M. 1095.
B. IV 283.

98
De Chimaera

Ore leo tergoque caper postremaque serpens
Bellua tergemino mittit ab ore faces. *p. 76*

B. I 110.
M. 644.
B. IV 283.

99
De Lauconte

Laucontem gemini distendunt nexibus angues
Cumque suis genitis sors habet una patrem.
Quod sacra iligni violarit terga caballi,
Hinc lacerasse ferunt saeva venena virum.
Quid sperare datur superum iam numine laeso,
Cum sic irasci ligneus audet ecus?

3 discipulo *A*, *corr. a* nulla *B* coercit *A*, *corr. a* cohercet *B* coarcet *V* 4 certat *B* inhers *V* 5 Proiectus *B* pueris *A* floraria *A*, *corr. a* 6 lude re·te *A*, *corr. a* luri dite (*corr. ex* date) *V* ʰcobet *V*

97. De bellerefonte *A* Bellerofons *L*(*ipsiensis I* 74) 1 Bellerofons *A L* dirę *A*, *corr.* A^1 dyra *L* cymerę *A* cymere *L*

98. De cymera *A* De cimera *B* 2 belŀua *B*

99. 3 sacra *scripsi* (*cf. Aen. II* 230) tamen *A* ligni *A*, *corr.* α abiegni *Burm.* 4 tollerasse *A* lacerasse *Oudendorpius* 5 leso *ex* lesũ *A*

Digitized by Google

100

De templo Veneris, quod ad muros [extruendos dirutum est]

B. I 71. M. 615. B. IV 283.

Caeduntur rastris veteris miracula templi
Inque usum belli tecta sacrata ruunt.
Nam qua delectis volvuntur saxa catervis,
Hac sunt murorum mox relocanda minis.
Pilati Mavors conpendia cepit Amoris:
Per muros quaerit iam sua templa Venus!

101

De basterna

B. III 183. M. 958. B. IV 283.

Aurea matronas claudit basterna pudicas,
Quae radians patulum gestat utrumque latus.
Hanc geminus portat duplici sub robore burdo,
Provehit et modico pendula saepta gradu.
Provisum est caute, ne per loca publica pergens
Fucetur visis casta marita viris.

102

De Medea cum filiis suis

B. I 128. M. 657. B. IV 284.

Opprimit insontes infidi causa parentis,
Iasonis et nati crimina morte luunt.

100. qui ad *A* extruendos *sqq. om. A, add.* α 1 rutris *Oudendorp.* 2 usu *A* 3 Quae *Oudendorp.* delectis (*an* conductis?) *scripsi* deiectis *A* uuluuntur *A, corr.* A^1 cateruis *A (sc. operarum)* detectis . . cavernis *Maehly* 4 Haec *A* Hac *Meyerus* 5 Dilati *A, correxi, cf. e. c. Ammianus* 31, 5, 8 'Pilare villas' Deleti *Petschenig* mabors *A* 6 querit *A*

101. De uasterna *B, cf. Seruius ad Aen. VIII* 666. *Glossarium ab Ellisio Journ. of philol.* 8, 120 *adlatum:* 'Basternae . . matronarum in itinere vehicula, quae desuper cooperta et mollioribus stramentis composita a duobus equis trahuntur.' — 1 Aureaꝫ *A* 2 palatū *A* patulum *B*; *defendit Woelfflin Archiv.* 1, 338 latum *Burm.* pandum *Baehrens* utrimque *Schefferus* 3 dublici *A* 4 Proibit *A* septa *AB* tecta *Scriuerius* 5 nec per *B* 6 Fugetur *A* Fuscetur *B* fucetur (*i. e. erubescat*) *Salmasius*

Sed quamvis mater vivo viduata marito
Coniugis in poenam pignora cara metat,
Sacra tamen pietas insanae mitigat ausus:
Hunc furiata premit, hunc miserata levat.

B. III 185.
M. 960.
B. IV 281.

103

De homine qui per se molebat

p. 77

Cum possis parvo sumptu conducere asellum,
Qui soleat teretes volvere rite molas,
Cur nummi cupidus sic te contemnis, amice,
Vt cupias duro subdere colla iugo?
Linque precor gyros! poteris pistore ministro
Candentis quadrae munus habere sedens.
Per te namque terens Cererem patiere labores,
Quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres.

B. V 168.
M. 1098.
B. IV 285.

104

De formica

Verrit tetra boum gratos formica labores
Et caveis fruges turba nigella locat,
Quae, licet exiguo videatur pectore, sollers
Colligit hibernae commoda grana fami.
Hanc iuste famulam nigri iam dixeris Orci,
Quam color et factum conposuit domino.

102. 4 necat *Oudendorp.* 6 Hinc . . hinc *Wakkerus, recte?* Hunc . . hunc *A* lebat *A*

103. D *V* molunt *B* molat *V* 1 posis *B* sumtu *AV* conduce *B*, re *sup. scr. V* 3 siic *V* contempnis *B* 4 Et *A* 5 cuiros *A* guirios *B* guirior *V* 6 Cadentis *B* Cum dentis *V* habeñsre *A* habe *B* 7 naq; *B* cerere *B* terere patierere *V* 8 pertullit *A* ceret *V*

104. 2 cabeis *A, corr. manus saec. IX* 3 pectore] corpore *α* solers (sollers *corr. m. saec. IX*) *A* 4 Quod legat *A*, Colligit *Machlyus* iberne · comodat *A, corr. a* 6 furtum *L. Mueller*

Namque ut Plutonis rapta est Proserpina curru,
Sic formicarum verritur ore Ceres.

105

B. I 161.
M. 683.
B. IV 285.

De Hecuba

Prole viro regnoque carens Priameia coniunx
Dura sorte venit sub iuga nunc Ithaci.
Quae cupiens tantos lacrimis aequare dolores
Perpetuo planctu transit in ora canis.
Quid valeat, variis monstrat Fortuna figuris:
Post regnum in vico saucia latrat anus.

106

B. V 152.
M. 1086.
B. IV 285.

De ansere

Aedibus in nostris volitans argenteus anser
Dulcisono strepitu colla canora levat.
Ales grata bono duplici; nam fercula mensae
Conplet et adservat nocte silente domum. *p. 78*
Solus Tarpeia canibus in rupe quietis
Eripuit Gallis Romula tecta vigil.

107

B. V 173.
M 1103.
B. IV 286.

De sepia

Femineo geminum designat nomine sexum
Et candens piceum sepia claudit onus.
Vtilior nullus piscis per caerula oberrat,
Cui pretium capto debuit esse duplum.

7 pludonis *A* currṍ *A* 8 uertitur *A*, *corr. Burmannus*

105. De ecuba *A* 1 primeia *A* 2 itaci *A* 4 ore, *corr. m. rec. A* 6 inuita fauce latrauit *Oudendorp. num* rauca latrauit? raucida latrat *Baehrens*

106. 2 Dulcissono strepido *A* canore lebat *A* 3 dublici *A* 4 silentem *A*, *corr. a* 5 tarpia, *A*, e *add. a ut uidetur* in rupisse qi̇etis *A*

107. 4 dublum *A*

Digitized by Google

Praestat carne cibos, apicum dat felle figuras,
  Atque brevi specie usum ad utrumque facit.
Hanc potius doctos adsumere convenit escam,
  Quae sapit in morsu et probat articulos.

B. III 175.
M. 952.
B. IV 286.

108

De eunucho

Quem natura marem dederat, fit femina ferro;
  Nam teneri pubes viribus exuitur.
Hinc iuvenem cernis tanto sub robore mollem,
  Et dubii pulcher corporis errat homo.
Coniugibus cautis placita est monstrosa voluptas;
  Fidus enim est custos, qui sine teste datur.

B. III 176.
M. 953.
B. IV 286.

109

Aliter

Incertum ex certo sexum fert pube recisa,
  Quem tenerum secuit mercis avara manus.
Namque ita fémineo eunuchus crure movetur,
  Vt dubites quid sit, vir [magis] an mulier.
Omnem grammaticam castrator sustulit artem,
  Qui docuit neutri esse hominem generis.

B. III 31.
M. 894.
B. IV 287.

110

De balneis

Hic ubi Baiarum surrexit grata voluptas
  Et rudibus splendens molibus extat opus,

5 cybos *A* 6 Et *A* Atque *Meyerus* Eque *Baehrens* 7 doctus *A*, *corr.* A^1

108. De eunuco *A* 1 matrem *A*, *corr.* A^1 2 tener inpube *A* inpubes *α* teneri pubes *L. Muellerus* 3 tantos *A* 4 pulcer *A* erat *A*, *corr. m. saec. IX* extat *α* errat *sc. a uera hominis figura aberrat, cf. Liu.* 31, 12, 8

109. 3 fimeneo eunucos crure *A* eunuchus *m. saec. IX* clune *Oudendorpius* more *olim scripsi* 4 magis *om. A*, *add. a* 5 gramaticã *A* sustullit *A*

110. 1 grada *A* 2 mollib; *A*

Rura prius, nullum domino praestantia quaestum, *p. 79*
Nullaque tecta tulit glebula frugis inops.
Haec nunc Bellator multo sublimis honore
Vestivit cameris balnea pulcra locans.
Prospera facta viri naturae munera mutant,
Cum salsum salubri litus abundat aqua.
Alpheum fama est dulcem per Tethyos arva
Currere nec laedi gurgitibus pelagi.
Dant simile exemplum nostri miracula fontis:
Vicinum patitur nec sapit unda salum.

111

B. III 178. M. 954. B. IV 287.

De pantomimo

Mascula femineo derivans pectora flexu
Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus
Ingressus scenam populum saltator adorat;
Sollerti spondet prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quae resonat cantor, motibus ipse probat.
Pugnat ludit amat bacchatur vertitur adstat,
Inlustrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguae quot membra viro. mirabilis ars est,
Quae facit articulos ore silente loqui.

3 Rura *Heinsius* Pura *A* 4 tectum *A* glibula *A* 7 fata *A* facta *ego* mutans *A, corr. α* 8 Nunc *Oudendorp.* Nam *Meyerus* Iam *olim temptaui* habundat *A* 9 Alfeum *A* tetidos *A, corr. Heinsius* 10 gurgidib; *A*

111. 1 fimeneo diribans *A* deribans *B* sexu *B* declinans *Klotzius* 2 Adq; *A* lectū *B* 4 Solerti spondit *A* Solertis pendet *B* et sp. *Heinsius* spondens *Mercerus* 5 graia *A* difundat *B* *num* diffudit? 6 modib; *A* 7 Pugna *A* baccatur *B* asta *B* 8 uersum *Baehrens* 9 quod *AB* mirabili *A* artem, *om.* est, *B* 10 silenti *AB*

Digitized by

B. III 179.
M. 956.
B. IV 288.

112

De funambulo

Stuppea suppositis tenduntur vincula lignis,
  Quae fido ascendit docta iuventa gradu.
Quae super aërius protendit crura viator
  Vixque avibus facili tramite currit homo.
Brachia distendens gressum per inane gubernat,
  Ne lapsu facili planta rudente cadat.
Daedalus adstruitur terras mutasse volatu
  Et medium pinnis persecuisse diem. *p. 80*
Praesenti exemplo firmatur fabula mendax:
  Ecce hominis cursus funis et aura ferunt.

B. III 181.
M. 955.
B. IV 288.

113

De citharoedo

Musica contingens subtili stamina pulsu
  Ingreditur, vulgi auribus ut placeat.
Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
  Concordant sensu conciliata pari.
Nam sic aequali ambo moderamine librat
  Atque oris socias temperat arte manus,

112. Funabulum *V* 1 Stupea *B* suppositus, *sed inter scribendum corr.*, *A* subpositis *BV* ligna *V* ligni *m. sec.* 2 Quem *ABV* dota iubenta *B* iubente *A* 3 Quam *ABV* aerius] ius *A* cᵘra uiatur *A* 4 abib; *A* facile *V* 6 labsa facili *A*, *corr. Petschenig* gracili *BV* e gracili *Pithoeus* panta *V* 7 terra *V* 8 pennis *V* persecuesse *A*, *sed corr.* 9 Present=i (e *eras.*) *A* extĩplo *V* mendas^{x} *A* m̄dax *V* 10 funus *B* ferant *A*, *corr. a* feř *V*

113. De citharedo *A* De citmaredo *B*. *Hoc quoque decastichon fuisse puto* 1 pulso *A*, *corr. a* 2 uulgu *B* 3 iactu *A* lactu *B*, *qui* cantu *om.* 5 Nam sic *scripsi* Namq; ita *A*; *recte, si duplex hiatus tolerandus.* nam lira *B* iura *et* amborum *Pith.* modoramine *A* libram *AB* 6 Adq; oriᵉ *A* *num* ori? socia as *B* socia *Baehrens*

Digitized by Google

Vt dubium tibi sit gemina dulcedine capto,
Vox utrumne canat an lyra sola sonet.

114

B. III 182.
M. 957.
B. IV 289.

Aliter

Doctus Apollineo disponere carmina plectro
Gaudet multifidam pectore ferre chelyn,
Quam mox linguato decurrens pollice cogit,
Humanum ut possit chorda canora loqui.
Amphion cithara Thebarum moenia saepsit,
Aurita ad muros currere saxa docens.
Nec minus hac valuit reparator coniugis Orpheus,
Impia cum flexit Tartara dulcis amor.
Ars laudanda nimis, cuius moderamine sacro
Vnum ex diversis vox digitique canunt!

115

B. III 184.
M. 959.
B. IV 289.

De pyrricha

In spatio Veneris simulantur proelia Martis,
Cum sese adversum sexus uterque venit.
Femineam maribus nam confert pyrricha classem
Et velut in morem militis arma movet.
Quae tamen haut ullo chalybis sunt tecta rigore, *p. 81*
Sed solum reddunt buxea tela sonum.
Sic alterna petunt iaculis clipeisque teguntur,
Nec sibi congressi vir nocet aut mulier.

7 dulcidine *A* 8 utrumne *Pithoeus* utrumque *A* atrum, *om.* que, *B* an lyraque *B* sola *om. A*

114. 2 pectine *Heinsius* cęlyn *A* 3 percurrens *α* police *A* 4 posset *A*, *corr. α* corda *A* 5 Anfion cithare *A* męnia sepsit *A* 6 decens *A*, *corr. a* 7 hoc *ego olim* reuocator *Oudendorp.* repetitor *Schrader* orfeus *A* 8 con flexit *A*, *corr. a*

115. De pirrica *A* 1 In spatio Veneris *i. e. in templo eius* 3 Fimineam *A* pirica *A* 4 molet *A* 5 aut *A*, *corr. Salmasius ad hist. Aug. p.* 51 calibis *A* 6 sola *A*, *corr. Salm.* clypeisque *A* 8 Hę sibi congressi *A* Nec sibi congressu *Salm.* an *A* aut *Salm.*

Digitized by Google

Lusus habet pugnam, sed dant certamina pacem;
Nam remeare iubent organa blanda pares.

B. V 66.
M. 1055.
B. IV 290.

116

Laus temporum quattuor

Carpit blanda suis ver almum dona rosetis.
Torrida collectis exultat frugibus aestas.
Indicat autumnum redimito palmite vertex.
Frigore pallet hiems designans alite tempus.

B. V 84.
M. 1050.
B. IV 290.

117

Laus omnium mensuum

Fulget honorifico indutus mensis amictu,
Signans Romuleis tempora consulibus.
Rustica Bacchigenis intentans arma novellis
Hic meruit Februi nomen habere dei.
Martius in campis ludens simulacra duelli
Ducit Cinyphii lactea dona gregis.
Sacra Dioneae referens sollemnia matris
Lascivis crotalis plaudit Aprilis ovans.
Maĭus Atlantis natae dicatus honori [est],
Expolit et pulcris florea serta rosis.

9 sed habent *Salm.*

116 et 117 *sunt in BV, Reginensi* 123 *anno* 1056 *scripto.*

116. 1 suis · uis uer *A, corr. a* resetis (*sic*) *V* 2 Torrita *A* Torpida *V* colectis *B* 3 autumnũ *ex* -no *A* redimito *AV* reditmito *B* redimitus *uulgo* 4 hiemps *BV* alite] ali *B*

117. ominũ *V* mensuum *sic ABV* 1 honorificos — amictus *a* indoctus iammsis *B* comictu *B* 2 rumoleis *A* consolib; *A* 3 bacciginis *A* baccige⁹is *B* bachigenis *V* nobellis *A* 4 febru · inomnẽ *A* nomen] mensis *V* diei *A* dı *V* 5 Martias *V* 6 Duč *V* Dicit cinifii *B* cynifii *AV* iatea *B* lactea lactea *V, corr. m. sec.* 7 solemnia *AV* matris *A* matri *BV* 8 Lascib; *A* Lasciuius *B* Lasciuus *V; corr. Sannazarius* grotalis *A* claudit *B* 9 adblantis *B* dīcatus *sic ABV*(*cf. c.* 126, 1) dignatus *Pithoeus* honore *A* honori *BV* est *addidi* 10 Expoliat, *om.* et, *ABV* pulchris *BV* senta *ABV, corr. Scal., a*

Digitized by Google

Ornat sanguineis aestiva prandia moris
Iunius: huic nomen fausta iuventa dedit.
Quintilis mensis Cereali germine gaudet;
Iulius a magno Caesare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaethontius ardor,
Cum recreant fessum gillo flabella melo. *p. 82*
Aequalis Librae September digerit horas,
Cum botruis captum rure ferens leporem.
Conterit October lascivis calcibus uvas
Et spumant pleno dulcia musta lacu.
Arva November arans fecundo vomere vertit,
Cum teretes sentit pinguis oliva molas.
Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
Cum sollers famulis tessera iungit eros.

118

B. I 90.
M. 184.
B. IV 291.

De Thetide

Cauta quidem genetrix, noceant ne vulnera nato,
Confirmat Stygio fonte puerperium.
Sed quia fas nulli est humanam vincere sortem,
In membris tincti dant sibi fata locum.

11 Sanguineis ornans (urnan *A*) A^1BV, *corr. Vinetus* estiba *A* 12. 14 nom̃ *V* 12 iubenta *A* inuenta *V* 13 messis *Heinsius* caereali (r *corr. ex* l) *B* 15 fedontius *A* fetontius *BV* 16 Cum *scripsi* Quem *ABV* (*cf. u.* 22) gello *B*, *sed corr. m. pr.* fabilla *A*, *corr. Heinsius* fabella *B* faula *V* facella *Scal.* 17 Aequales *BV* degerit *B* 18 botris *B* rure *ex* rore *V* rete *Scal.* 19 Conteret octuber lascib; *A* hoctob *V* ubas *A* 21 nobember *A* arat *A* arans *BV* nomine *ABV* uestit *A* bestię A^1BV numine Vestae *Scaliger* uomere uertit *Sannazarius* 22 teret et *V* terit et *B* pingu/// *B* oliba *A* 23 comendat *A* cõñda *V* decebrẽ *B* 24 solers *ABV* tesserc/// unguit *B* heros *BV* heras *A*

118. De tetide *AB* 1 genẹtrix (i *supra* e *m. saec. IX*) *A* noceant *B*, e *laesa* uulnere *A*, *corr. a* stigio *AB* 3 uicere, ui *laesae*, *B* 4 menbris *B* sib///ata (*in rasura m. 2* ſ) *B*

B. III 42.
M. 897.
B. IV 298.

119

De balneis

Aspice fulgentis tectis et gurgite Baias,
  Dant quibus haut parvum pictor et unda decus.
Namque gerunt pulcras splendentia culmina formas,
  Blandaque perspicuo fonte fluenta cadunt.
Gaudia qui gemino gestit decerpere fructu
  Et vita novit praetereunte frui,
Hic lavet: hic corpus reparans mentemque relaxans
  Lumina picturis, membra fovebit aquis.

B. III 43.
M. 899.
B. IV 298.

120

Aliter

*F*austa novum domini condens Fortuna lavacrum
  *I*nvitat fessos huc properare viae.
*L*aude operis fundi capiet sua gaudia praesul,
  *O*spes dulciflua dum recreatur aqua.
*C*ondentis monstrant versus primordia nomen
  *A*uctoremque facit littera prima legi. *p. 83*
*L*ustrent pontivagi Cumani litoris antra:
  *I*ndigenae placeant plus mihi deliciae.

B. III 44.
M. 900.
B. IV 299.

121

Aliter

Quisquis Cumani lustravit litoris antra
  Atque hospes calidis saepe natavit aquis,

119. 1 gurgites *A* 2 aut *A* 5 gustu *Baehrens* 7 labet *A* 8 fobit *A, corr, a*

120. 1 furtuna *A* 2 uitę *A* uiros *a* uiae *Heinsius* 3 operi⁸ *A* fundi praesul *i. e.* dominus domus 4 Hospis *A* Ospes *L. Muellerus propter acrostichon (cf. u. 5 sq.)* FILOCALI. *Nihili est telestichon quod Hagenus et Thielmannus (Woelfflini Archiv. IV 600) putarunt se agnoscere* MELANIAE: *nam u. 5 sq. de illo loquuntur, de hac uel hoc tacent* 5 monstrat *A, corr. a* uersos *A* 7 cumanni *A* 8 diliciꝫę *A, sed corr.*

121. 2 Adque hospis callidis *A*

Hic lavet, insani vitans discrimina ponti;
Baiarum superant balnea nostra decus.

122

B. III 45.
M. 901.
B. IV 299.

Aliter

Flammea perspicuis coeunt hic lumina lymphis
Dantque novum mixti Phoebus et unda diem.
Denique succedit nostris lux tanta lavacris,
Vt cernas nudos erubuisse sibi.

123

B. III 46.
M. 902.
B. IV 299.

Aliter

Infundit nostris Titan sua lumina Bais
Inclusumque tenet splendida cella iubar.
Subiectis caleant aliorum balnea flammis:
Haec reddi poterunt sole vapora suo.

124

B. III 39.
M. 895.
B. IV 299.

De thermis

Delectat variis infundere corpora lymphis
Et mutare maris saepe fluenta libet.
Nam ne consuetae pariant fastidia thermae,
Hinc iuvat alterno tingere membra lacu.

3 labit *A* discrimine *A*

122. 1 ceunt *A*, *corr. a* līphis *A* 2 foeb; *A* 4 erubiisse *A*

123. 1 titans *A* Baiis *uulgo* 2 q̈e *A* 4 potuerunt *A* sole vapora suo *scripsi:* foebi uapore suo *A* calore *α* Haec radiis p., Phoebe, calere *uel* tepere tuis *Oudendorp.*, radio . . tepere tuo *Petschenig*

124. De termis *A* 1 limphis *A* 2 Ut *A* magis *A* Et . . maris *Meyerus* 3 termę *A* 4 iubat *A*

125

Aliter

Deest

B. III 40.
M. 896.
B. IV 300.

126

[De bibliotheca in triclinium mutata]

Tecta novem Phoebi nuper dicata Camenis
Nunc retinet Bacchus et sua tecta vocat.
Namque ubi tot veterum manserunt scripta virorum,
Hic potat laete dulcia vina Cypris. *p. 85*
Cognato semper lustrantur numine sedes: *(p. 84 uacua est)*
Quas coluit Phoebus, has colit et Bromius.

B. III 168.
M. 947.
B. IV 300.

127

De lenone uxoris suae

Graecule, consueta lenandi callidus arte,
Coepisti adductor coniugis esse tuae,
Et, quem forte procax penitus conroserat uxor,
Consueras propria praecipitare domo.
Sed praetensa catus derisit retia quidam,
Conversa statuens sorte manere domo:
Nam semel admissus [tenuit mox omnia felix]
Teque tuis miserum depulit e laribus.

125. Aliter *A*. *Hoc carmen de thermis cum insequentis inscriptione, uelut ea quam posui uel* 'De conuiuio in bibliotheca instituto', *intercidisse puto*

126. 1 foebi *A* foebo *man. recens.* nuperque *Heinsius* dĩcata *A, cf. c.* 117, 9 dictata *Baehrens* devota *Sedlmayer* 4 laete *scripsi* laeta *A* 6 feb; *A* et] en *Baehrens*

127. leone *B* 1 Gregule *A* Grecula *B* consuetam *A, corr. a* calidus *A* 2 Cepisti *A* Cępisti *B* 4 patria *B* domũ *A* 5 actus *B* retia *A* 6 Quuruerastatuens *A* Curuarastuens *B et* ho (hoc *B*) remanere *AB, corr. Burm.* 7 admisus *B* derisit retia quidam *add. AB ex u.* 5. *Ipse lacunam suppleui.* tenuit bona credita seruans *Burm.* 8 Neque *A*

Solus vera probas iucundi verba poetae:
'Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.'

128

B. III 169. M. 948. B. IV 300.

Ad lenonem comitiacum

Militiae cultus et nigri tegmina panni
Cur magis exoptes, dissere, leno, mihi.
Exiguosne tibi praebebat cellula quaestus?
Non gravis adducta virgine saccus erat?
An nescis populi pastum sibi tollere paucos,
Vnde miser fisco paupere miles eget?
Effuge vitandos, si qua potes arte, labores,
Vt valeas tenso vivere, leno, pede.
Nam si formonsas redeas lenare puellas
Et dederit quaestus cotidiana Venus,
Non iam miles eris humilis, sed divite nummo
Fies militiae mox utriusque comes.

129

B. III 170. M. 949. B. IV 301.

p. 86

De Martio cinaedo

Quid prodest Martis nomen de nomine ductum,
Pruriat infami cum tibi clune Venus?
Sors fuerat melior, Cypridos si nomen haberes
Et natura daret Martia membra tibi.

9 solus *AB; fortasse* prorsus? iocundi uerbera *A*
10 *Martialis III* 24, 14 Cum *AB* Dum *Mart.*

128. comitiañ̃ *A m. pr.* 1 negri *A* 2 desidere *A, corr. a* 3 Ëxiguo nec tibi crescebat cellula quaestu *A* ne (*pro* nec) *a; cetera correxi* 4 Non *scripsi* Cum *A* Nec *Baehrens* uirgines *A* eras *A, corr. m. rec.* 6 egit *A* 8 caleas *A, corr. a* careas *Petschenig* 10 cottidiana *A* 11 diuide *A* 12 milicię *A* utriisq; comeꝫ *A* s *add. a*

129. Martio *scripsi* Marte *AB* In Martium cinaedum *Burm.* 1 nomen *A, om. B* nomine *A*] me *B* numine *Schenklius* ductum *Burmannus* dictum *AB* 2 Pluriad *A* Pluriat *B* infamis *Baehrens, recte?* dune *B* 4 fors α melior *A, om. B* si *Burm.*] ut *AB* 4 Aut *Oudendorp.*

Digitized by Google

Nunc utroque carens, ignoti fabula sexus,
Femina cum non sis, vir tamen esse nequis.

B. III 171.
M. 950.
B. IV 301.

130

De Caballina meretrice

Caballina furens amanda nulli
Excussis modo calcibus fremebat;
Quae quamvis facie micet rubenti
Et vibret Parium nitens colorem,
Hirsutis tamen est petenda mulis,
Qui possint pariles citare iunctas.

B. III 167.
M. 946.
B. IV 302.

131

De Arzucitano vate

Praecisae silicis cautibus edite,
Silvestri iuvenis durior arbuto,
Trunco cum stupeas horridior, cupis
Formare [e] propriis carmina versibus
Et metri variis ludere legibus?
Sed quis te docilem iudicet artium,
Quas natura dedit cordis acutior?
Solus ligna dolans fortibus asceis
Et duri resecans robora pectoris
Vatem te poterat reddere ligneum,

5 utrumque *B* iᵍnoti *A* (ᵍ *fort. non a m. pr.*)
130. merice *B*, *in quo uersus male distinguuntur* 3 quauis *B* 4 bibret *A* biberet *B* pariẽṇs *A* paruum *B* colore *B* 5 mullis *B* 6 qui (*sic*) *AB* possẽnt *A* possuit *B* cithare *A*
131. De arzucitanoeuete *A* De arzugitano fuetae *B* *uersus male distinguens* 1 p̄cisse *B* 2 arbuste *B* 3 tunc cocum iubeas tupeas *B* 4 e *add. Heinsius* 7 cordis auctior *B*, *dedi ex A* 8 Solis *B* asceis *B* asciis (*ex* ascibus) *A* 9 duris *AB* asceis *post* duris *erasum A* 10 uadẽ *A*

Digitized by Google

Qui vaccam trabibus lusit adulteris
Vel qui struxit ecum fraudis Achaicae.

132

B. V 150.
M. 260.
B. IV 302.

De capone phasianacio

p. 87

Candida Phoebeo praefulgunt ora rubore,
Crista riget radiis, ignea barba micat.
Alae colla comae pectus femur inguina cauda
Paestanis lucent floridiora rosis.
Flammea sic rutilum distinguit pinna colorem,
Vt vibrare putes plumea membra faces.

133

B. III 208.
M. 980.
B. IV 303.

De malis Matianis

Haec poterant celeres pretio tardare puellas,
Haec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flavescunt mala colore,
Vt superent auro vera metalla suo.

134

B. III 209.
M. 981.
B. IV 303.

Aliter. Laus.

Iis constat Veneri praelatae gratia formae,
Haec moriente sacrum perdidit angue nemus.

11 *(de Daedalo)* baccū *A* travib; (u *in ras.*) *B* 12 *(de Epeo)* equum *edd.* acaice *A* acaicę *B*

132. caupone *B* fassanatio *A* fassanario *BV* phasiano *Burm.* 1 fębeo *A* foebeo *B* 2 Crusta *V* ridet *B* igne ab arua *A* 3 femor *V* incunia *A* ungua *V* 4 Pestaniis *ABV* roris *B* 5 Flaminea *B* rudilū *A* calore *A* 6 potes *B* pṵtes *V* menbra *B*

133. 1 celerės *A* (i *m. alt.*) pretio *om. A* tio *B* ̃cio *V* stadio *ci. Sannazarius* celerem *et* puellam *(sc. Atalantam) Heinsius, recte?* 2 uenire *B* iudici *A* frige *A* friga *BV* 3 ingenio *ABV* flascunt *V, corr. m. pr.(?)* 4 metallo *A*

134. 1 furinę *B* 2 perdedit *A, corr. m. alt.* anguę *B* nemus *sc. Hesperidum*

Digitized by Google

B. III 210.
M. 982.
B. IV 303.

135

Aliter. Vituperatio

His contempta deum tenuit Discordia mensam,
Prodidit atque urbem his Briseïda suam.

B. V 130.
M. 1070.
B. IV 303.

136

De gillone

Gillo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curamus claudere testa,
Vt mersa imbrigenis unda nivescat aquis.

B. V 198.
M. 1127.
B. IV 304.

137

De theo

Inguine suspensam gestas [sub ventre] lagoenam,
Quae tibi fit turgens amphora flante Noto.
Vectigal poteras figulorum reddere fisco,
Quorum tam tereti ramice vincis opus. *p. 88*

B. V 199.
M. 1128.
B. IV 304.

138

Aliter

Moles tanta tibi pendet sub ventre syringis,
Vt te non dubitem dicere bicipitem.

135. 1 contemta *A (sc. ad conuiuium deorum non inuitata)* dñ *AB* genuit *B* mensa *AB* -sã *corr. in A* mensas *Baehrens* 2 *non intellegitur.* Prouidit *B* Prodedit adq; *A* breseida *A*

136. De gillone *om. B* 1 nouit *V*, uouit *m. sec.* 2 frigoras *B* adit *V*, *corr. m. sec.* spem *B* 3 cladere *AV* indigenis *BV*

137. 1 sub uentre *add. Heinsius* agunam *A* lagenam *α* 2 urgens amfora *A* 3 fiscos *A* 4 terit irã mice uinces *A*

138. 1 ptibi (p *eras.*) *A* siringi *A* Siringi *(nom. propr.) Lessingius* syringis *Burm.* siringae *Petschenig, fort. recte* 2 dicire *A*

Digitized by Google

Nam te si addictum mittat sententia campo,
Vispillo ignoret, quod secet ense caput.

139

B. I 7.
M. 562.
B. IV 304.

De Iove in pluteo

Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe
Inclusumque gerit machina sacra Iovem.
Vana sub aspectum duxit mendacia fictor:
Orbis rectorem quis probat orbe tegi?

140

Aliter

Deest

141

B. I 9.
M. 565.
B. IV 304.

[De Iove et Leda]

Cygneas Genitor gestans post fulmina pinnas
Dulcia diffundit carmina virginibus,
Quem retinens Leda, prenso cum gaudet olore,
Amissa agnovit virginitate Iovem.

142

B. I 11.
M. 567.
B. IV 305.

De ovo Ledae

Ledaei partus ovo monstrantur aperto,
In cygnum verso a Iove quod genuit.

4 ignorat quod secedens se *A*

139. iobe *A* 2 macina sacro iobem *A*, *corr. a* 3 adspecto *A* (-u *m. antiq.*), *corr. Oudendorp.* mendatia *A* pictor *A*, *corr. Meyerus* 4 qui *L. Mueller* probet *Oudendorp.*

140. *Post* Aliter *excidit ni fallor carmen et inscriptio* De Ioue et Leda

141. 1 Gigneas *A* genitor *edd. priores* 3 dum *Meyerus*

142. obo *A* 1 obo *A* 2 cignũ *AB* quos tenuit *AB* quod *Baehrens* genuit *Oudendorp.*

Digitized by

Vna tribus genetrix, sed sors diversa creatis:
Sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

B. I 12.
M. 568.
B. IV 305.

143
De Europa

Terga bovis credens Europa ascendit alumni
Inseditque Iovi non revisura patrem.
Fraude suos Genitor celat vel conplet amores:
Nam deus in tauri corpore praedo latet.

B. I 13.
M. 569.
B. IV 305.

144
Aliter

p. 89

Mentitus taurum Europam Iuppiter aufert,
Virgineos ardens pandere fraude sinus.
Humano tandem veniam donemus amori,
Si tibi, summe deum, dulcia furta placent.

B. I 140.
M. 243.
B. IV 305.

145
De Narcisso

Invenit proprios mediis in fontibus ignes
Et sua deceptum urit imago virum.

B. I 141.
M. 667.
B. IV 306.

146
Aliter

Ardet amore sui flagrans Narcissus in undis
Cum modo perspicua se speculatur aqua.

3 genitrix *a* 4 faciat *B, corr. m. sec.* frigũ *A B*

143. Deuropam *A* 1 bobis *A* boui *Tollius* 2 reditura patri *Burm. Prosodia neglegitur multis horum carminum locis* 3 uel *pro* et *positum est*

144. 1 tauro *A, corr. a.* Europam taurum mentitus *Oudendorp.* 2 Uirgineo *A, corr. m. antiq.* 3 Humanũ *A, corr. Iuretus* donentur *A, corr. Baehrens* Humani t. venia d. amores *α* 4 dñ *A*

145. De narciso *V m. pr.* 1 os medi *om. V* ignis *corr. in* -es *A* ingens *B* 2 lusit *Salmasius* torret *edd. pr.* uri///ma uirũ *V*, t i *add. m. 2*, go *add. m. 1*

146. 1 fraglans narcis in *A, corr. a* 2 perspicuas se *A*

Digitized by Google

147

B. I 145.
M. 668.
B. IV 306.

Aliter

Suspirat propriae Narcissus gaudia formae,
Quem scrutata suis vultibus unda domat.

148

De equa Filagri advocati. Insultatio pro concubitu

B. III 186.
M. 961.
B. IV 306.

Causidicus pauper media sub nocte lucubrans
Cornipedis voluit terga fricare suae.
Sed cum corpus equae dextra famulante titillat,
Invasit iuvenem prodigiosa Venus.
Nam qua longa solet quadruvia carpere sessor,
Subducens durae pendula crura viae,
Hanc fovet amplexu molli cunnumque caballae
Adterit adsiduo pene fututor hebes.
Concubitus Cressa legitur quaesisse iuvenci,
Quam gravis ira deae iussit amare pecus.
Par crimen flammae nostris fors intulit annis:
Passiphae tauro, Filager arsit equa. *p. 90*

149

B. III 187.
M. 962.
B. IV 306.

Aliter

Defensor probe tristium reorum,
Cuius voce sacrum tonat tribunal

147. 1 probrię *A* 2 scrudata *A* lustrata *Oudendorp.* frustrata *Maehly*

148. Philagri *edd.* concupito *A* concubito A^1 1 Causiticus *A* 2 frigare *A* 4 iunem *A*, *corr. m. saec. IX* 5 quadrupia *A*. *Certe notio inest* uiae *quae* carpitur; *quam in* quadruuia *inesse apud hunc quidem poetam non dubito.* carruchia *Buecheler* 7 amplexum mollitur dumque *A* molitor *Oudendorp.* cunnumque *scripsi* 8 adsidue *A*, *corr. Oudendorp.* 9 gressa *A* Cresse *Heinsius* 11 flammis *A*, *corr. Burm.* ñris *A* 12 Passifę *A*

149. 1 probet *A* 2 uoces *A*

Et palmas capiunt lares Vitenses:
Cur post athla fori togaeque pompam
Gaudens monstrifero calere luxu,
Vectricis propriae furens in usus
Fessae cornipedis fricas hiatum,
Verso et munere dignitatis optas
Admissarius esse quam patronus?
Expellas animo nimis, rogamus,
Mores inlicite libidinantes.
Horrendum vitium est in advocato,
Orando solitum movere caulas
Subantis pecudis tenere gambas.

B. III 80.
M. 918.
B. IV 307.

150

De tabula picta

Hunc, quem nigra gerit tabella, vultum,
Clarum linea quem brevis notavit,
Mox pictor varios domans colores
Callenti nimium peritus arte
Formavit similem, probante vero
Ludentem propriis fidem figuris,
Vt, quoscumque manu repingat artus,
Credas corporeos habere sensus.

3 uirentes α 4 atla forit. ogeq; *A* /R *A m. pr. in marg.* (*i. e.* require) 6 probrię *A* 7 fricans *A*, fricas *edd.* hiatum *Baehrens* meatum *A* 10 animoš *A* 11 inlici. teleuidinantes *A* 13 sonitum *A* causas α 14 Susantis *A*, *corr.* α

150. 1 gerit *scripsi* gerens *A* uultu *A*, *corr. Petschenig* 2 clare *puto* quae moreuis *A* (quem more uos α) quem breuis *scripsi* 4 Callente *A* 5 Formabit *Baehrens* uiro *A* Vero *Burm.* uerum *est ueritas naturae* (*sic Ziehen*) 6 Ludentam probriis *A*, Ludens tam *Hagen* Ludentem *uulgo* fidem *sc. spectantium*

151

B. I 85.
M. 626.
B. IV 307.

De Galatea

Defugiens pontum silvas Galatea peragrat,
Custodem ut pecorum cernere possit Acim.
Nam teneros gressus infigit sentibus ardens *p. 91*
Nec tamen alta pedum vulnera sentit amor.
Ipsa Cupidineae laedunt tormenta pharetrae,
Cuius et in mediis flamma suburit aquis.

152

B. I 86.
M. 627.
B. IV 308.

Aliter. De Galatea in vase

Fulget et in patinis ludens pulcherrima Nais,
Prandentum inflammans ora decore suo.
Congrua non tardus diffundat iura minister,
Ut lateat positis tecta libido cibis.

153

B. I 87.
M. 630.
B. IV 308.

Aliter

Ludere sueta vadis privato nympha natatu
Exornat mensas membra venusta movens.
Comtas nolo dapes; vacuum mihi pone boletar:
Quod placet aspiciam, renuo quod saturat!

154

B. I 88.
M. 631.
B. IV 308.

Aliter

In medio generata salo nunc arte magistra
Perveni ad mensam. hic quoque nuda nato.

151. 1 Diffugiens *A, corr. Mueller.* pẽagrat *A* 2 posit *A* ꝛ *A m. pr. in marg.* 3 Iam *Oudendorp.* gressos *A* 5 cedunt tẽlementae faredrę *A* laedunt *scripsi* tormenta *Baehrens*

152. Aliter *om. B* 1 et *i. e.* vel, etiam patenis *A, corr. a* pulcerrima *A* 3 difundat *A* 4 possitis *B* cibi *B*

153. 1 suętabais. pribato nĩfa *A* uagis *et* nimfa *B* 2 Exurnat *A* 3 Cometas *B* 4 placeat (*ex* -eam) *A* rennuo *B* quod saturat renuo *Heinsius*

154. 2 mensas *Heinsius*

Si prandere cupis, differ spectare figuram,
Ne tibi ieiuno lumina tentet amor.
Quae sim ne dubites: ludens sine nomine nympha
Quod Galatea vocer, lactea massa probat.

B. II 21.
M. 712.
B. IV 309.

155

De Scaevola

Lictorem pro rege necans nunc Mucius ultro
Sacrifico propriam concremat igne manum.
Miratur Porsenna virum poenamque relaxans
Maxima cum obsessis foedera victor init.
Plus flammis patriae confert, quam iuverat armis
Vna domans bellum funere dextra suo.

B. III 172.
M. 951.
B. IV 309.

156

De viro quem mulier caedebat *p. 92*

Cum te Barbati referas de sanguine cretum,
Vt tibi cognatus sit Varitinna ferox,
Cur tua femineo caeduntur tergora socco
Infamique manu barbula vulsa cadit?
Desine iam tibimet auctores fingere fortes.
Vimque tuis membris stirpis inesse ferae.
Illa Salautensi magis est de stirpe creata,
Audet quae proprium sternere calce virum.

3 difers *A* 4 ieiunus lumina *A* ieiuno inguina *Maehly* tentet *Burm.* tendat *A* 5 lipha *A, corr. Burm.* 6 uocor *Baehrens*

155. 1 Licturem *V* (Litturem *m. pr.*) negans *A* mutius *A* 2 manu *V* 3 penamq; *A* 4 cum obsesssis *corr. ex* possessis *V* fędera *A* iniit *V* 5 patre *AV* iuuerat *scripsi* uouerat *A* armis] maris *A* quam foruesaturis *V*

156. quae *B* quãe *V* (˜ *m. sec.*) 1 barbatae *V* referans *BV* 3 cedunctur *B* tempora *A* pectora *BV* tergora *L. Mueller* 4 Infami *i. e. cuius plaga tibi infamiae est* Infirmaque *Mueller* insanaque *Baehrens* 5 Desinet *B* autores *A* 6 fores *A* fore *BV, corr. Sannazarius* 7 saůlautensis *B* salaute≡nsis (s *eras.*) *A* salautensis *V* esse de st≡irpe *B* reata *V, corr. m. 2* 8 q; *B* quem probrium *A* s̃nere *V*

157

B. III 277.
M. 1012.
B. IV 809.

De die frigido

Sint tibi deliciae, sint ditis prandia mensae,
  Munera post Bacchi sit tibi pulcra Venus,
Vincere nec libeat villosa veste rigorem,
  Sed iungat calidum fervida virgo latus.

158

B. II 200 sq.
M. 529 sq.
B. IV 810.

De imagine Vergilii

Subduxit morti vivax pictura Maronem
  Et quem Parca tulit, reddit imago virum.
Lucis damna nihil tanto valuere poetae,
  Quem praesentat honos carminis et plutei.

159

B. III 188.
M. 963.
B. IV 319.

De discipulo medici

Discipulum medicus quidam suscepit adultum,
  Traderet ut iuveni dogma salutiferum.
Qui primo, ut iussum nosset tolerare magistri,
  Publica selliferum per loca duxit ecum.
Artis prolixae breviavit tempora doctor:
  Incepto puerum reddidit *Ἱπποκράτην*.

157. 1 dilicię *A* ditī^{s} *A* gaudia *Bachrens* 4 callidū *A*

158. Virgili *A*. *Ed. Verg. Aldina in duo carmina diuidit.* 'Hilasii' *Scaliger (in Aldina nempe uersus Hilasianos sequitur)* 3 nocuere *uulgo* 4 honus *A*

159. 4 equum *edd.* 6 in coepto *Burm.* 'incepto' *i. e. statim* rededit ipograten *A*. *Respicit uerbis ad Catull.* 74, 4 'patruum reddidit Harpocratem'; *sed lusus est in uoce* Ἱπποκράτης *(magister equi)*

160

B. — M. 871, 1; 872, 2. B. IV 158.

De venatore qui cum aprum excepit serpentem calcavit inprudens

Sus, iuvenis, serpens casum venere sub unum: *p. 93*
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

161

B. I 93. M. 635. B. IV 159.

EIVSDEM
In Achillem

Inprobe distractor, pretium si poscere nosses,
Non traheres quod pondus erat . . . .

160. *ABV.* excicipit *B* cum — exc. *et* inp. *om. V* 1 serpens *in mg. V* casu *V* unũm *V* 2 hic moriens] hic *om. A* ille gemens *V*. — *Simile distichon est in Lips. I* 74, *Sangall.* 899, *Petrop.:*

Anguis aper iuuenis pereunt ui uulnere morsu:
Sus iacet extinctus, serpens pede, ille ueneno

addito c. 31, 2. Homerus de Euandro fratre Alexandri regis errante in silua *sqq. P.* 2 iaculo *Baehrens* ex ictu, serp. pede, uirque *uulgo*. — *Utrumque coniungit C fol.* 121: Versus VIRGILII cum uiderat ꝛ audierat iuuenem aprum interficientes ac tunc improuisũ calcantes serpentem:

[S]us, iuuenis, serpens casum uenere sub unum.
Sus iacet (iaculo *Hagenus*) extinctus, serpens pede, ille ueneno.
Anguis aper iuuenis pereunt ui uulnere morsu:
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

Sic fere et Vaticanus 3257 *(olim Bembinus) s. IX* (. . calcantẽ serpentem et pereuntẽ illius ueneno) *et Parisinus* 8093 *s. XI—XII. Ex simili epigrammate uersus in cod. Bern. fol.* 207 *s. X, de quo cf. Analecta Helvetica ed. Hagenus p. CCXXXVI* (*cf. Isidor. or. I* 16):

Anguis pressa perit, fera telo, uirque ueneno.

161. Eiusdem in achilen *A* 1 prẹcium *A* 2 traeres *A* pundus *A* funus *Burm.*

Digitized by Google

162

De Troia

B. — M. — B. IV 159.

Desine, Troia, tuos animo deflere labores:
Romam capta creas; merito tua postuma regnat.

163

De iudicio Paridis

B. I 121. M. 652. B. IV 159.

Conubii bellique deas superavit amorum,
Cum pastor pulcram iudicat esse Cyprin.

164

[Aliter]

B. M. B. ib.

Verticis et thalami pignus sublime Tonantis
Exuperat Paridis laude probata Venus.

165

[Aliter]

B. M. B. ib.

Extat causa mali, malum cessisse Dionae:
Corruerunt Graia Pergama pulsa manu.

166

[Aliter]

B. M. B. ib.

Dat Veneri malum formae pro munere pastor;
Cum Iunone dolens victa Minerva redit.

162. *cf. Ennius satur. u.* 20 *Vahl.* 'Desine Roma tuos hostis . .' 2 regnant *A*

163 *sqq.* Aliter *ter addidi, L. Muellerum mus. rh. XX* 635 *secutus*

164. 1 thonantis *A*

165. 1 dionẽ *A* dionae *α* 2 Corruerunt *Iul. Ziehen* Cum ruerit *A* Quo ruerent *conieceram* Cur ruerint *Oudendorpius*

166. —

B. I 155.
M. 675.
B. IV 310.

167

De Hyacintho

Discrimen vitae, ludit dum forte, Hyacinthus
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phoebus fato subducere amatum,
Sed cruor extincti florea rura replet.

B. ib.
M. 676.
B. ib.

168

[Aliter]

Dispersit remeans ludentis tempora discus
Et dira pulcher morte Hyacinthus obit.
Gratia magna tamen solatur morte peremtum:
Semper Apollineus flore resurgit amor.

B. V 184.
M. 1114.
B. IV 311.

169

De citro

Septa micant spinis felicis munera mali:
Permulcet citri aureus ora tumor. *p. 94*
Hippomenes tali vicit certamina malo;
Talia poma nemus protulit Hesperidum.

B. V 185.
M. 1115.
B. IV 311.

170

Aliter

Stat similis auro citri mirabilis arbos,
Omnibus autumni anteferenda bonis.

167. De laquinto *A* 1 ludit de sorte iaquintus *A*, *corr. α in mg.* 2 temporo *A* 3 fębus *A*

168. *segregauit Burmannus senior.* Aliter *addidi* 1 Discerpsit *Petschenig* 2 pulcer *A* iaquintus ouit *A* 3 peremti *A* peremtum *Burmannus senior* sorte *Baehrens* amore perenni *Petschenig*

169. De citriu *A* citrio *a* 1 migant *A* 2 Permulcet *scripsi* Quętulitut *A* citri *Maehly* circi *A* 3 Ippomenes *A* certamine *Emmenesius* 4 protullit esperidum *A*

170. 1 arboŕs *A*

Digitized by

Haec ornant mensas, haec praestant poma medellam,
Cum quatit incurvos tussis anhela senes.

171

B. V 186.
M. 1116.
B. IV 311.

Aliter

Omne genus mali dignum est adsurgere citro,
Vis cui multa subest corticis et medii.
Vnum quaeque suum referunt pomuscula sucum:
Ternus ab hoc semper carpitur ore sapor.

172

B. I 159.
M. 681.
B. IV 311.

De Daphne

Frondibus et membris servavit dextera sollers,
Congruus ut sculptis posset inesse color.
Dant mirum iunctae ars et pictura decorem,
Ostendit varius cum duo signa lapis.

173

B. I 138.
M. 665.
B. IV 312.

[De Marsya]

Aērio victus dependet Marsya ramo
Nativusque probat pectora tensa rubor.
Docta manus varios lapidem limavit in artus;
Arboris atque hominis fulget ab arte fides.

3 Hę *A, corr. m. alia* hec *A* 4 incurbos tus · sis anelassenes (anhela *corr. m. satis antiqua*) *A*

171. 1 adsurgure *A* 3 Unumquemque *A, corr. Hagenus*

172. De dafne *A* 1 seruabit *A, corr.* α 3 ars *est fingendi*

173. De Marsya *om. A, add. Heinsius* 1 Erio *A* Pierio α, *corr. Heinsius* ᵈᵉpendit marsia *A* 2 Natibusq; *A* tonsa *Hagenus, recte?* 3 uiuos *Baehrens, recte?* 4 adq; *A* figis *A* fides *Canneg ieter*

B. I 125.
M. 654.
B. IV 312.

174

De Philocteta

Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis
Laesa Philoctetam vulnere planta domat.
Docta manus vivos duxit de marmore sensus;
Sentit adhuc poenam, tristis et in lapide.

B. III 49.
M. 905.
B. IV 312.

175

De balneis

Vna salus homini est calidum captare lavacrum, *p. 95*
Ne tepidus reddat morbida membra vapor.

176

B. V 153.
M. 1087.
B. IV 312.

De ansere, qui intra se capit copiam prandii

Eminet impletus pullorum carnibus anser
Et varias mensae turgidus ambit opes.
Inguinibus nam portat olus ventrisque soluti
Truditur e medio esitiata nitens.
Fulcit utrumque latus turdus cum turture pinguis
†Multaque perniferum corpore pandit opus.
Quis non credat ecum Graiam celasse phalangem,
Si parvus tantas anser habet latebras?
Plura saginato conclusit fercula capso
Aucupia et pulpas ducere docta manus.

174. De filocteta *A* 1 tyrintia *A* 2 filoctetam *A* 4 Sentit adhuc sẽnsus pœnã *A* lapidẽ *A* lapide *α*

175. 1 *cf. Vergil. Aen. II* 354 2 tepidibus (d *ex* b) *A* uabor *A*

176. copiam *scripsi* cupia *A* cupedia *Reinesius* 2 mense *A* torridus *A*, *corr. L. Mueller* addit *idem* abdit *Baehrens* opes *ex* oues *A* 4 midio esitiata *A* isiciata *Gronouius* 5 Fulgit *A* 6 Pulpaque *Baehrens*. *Num* Uuluaque? penniferum *uulgo* 7 falangem *A* *A u.* 9 *nouum carmen incipit Loewius, fort. recte* 10 Hocupiat pulpas *A, corr. Tollius* doctas *A*

Intus inest quodcumque placet; crescitque voluptas,
Cum scisso multas pectore prodit opes.
Cedat Cecropii lascivans bucula fabri,
Qua consuerat amor claudere Passiphaen;
Cedat et ille, dolo sollers quem struxit Epeos,
Qui gravidus bellis Pergama solvit ecus.
Maiorem in parvo haec monstrat fabrica technam;
Vna capit totas anseris arca dapes.

177

B. I 101. M. 639. B. IV 313.

De Pyrrho

Placat busta patris iugulata virgine Pyrrhus
Dilectasque litat Manibus inferias.
Sors nova nymphigenae: votum post fata meretur;
Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis.

178

B. III 47. M. 903. B. IV 313.

De balneis cuiusdam pauperis

Vita opibus tenuis, sed parvo in cespite sollers
Fundavit gemino munere delicias.
Nam nova [in] angusto erexit balnea campo, *p. 96*
Edulibusque virens fetibus hortus olet.
Quae natura negat, confert industria parvis:
Vix sunt divitibus, quae bona pauper habet.

12 apes *A* aues *Burm.* 13 las(s *ex* c)cibans *A* 14 passimfaem *A* 15 dolos *A* eſeos *A* 17 Maiorem *Tollius* Maiora *A* paruu *A*, *corr.* A^1 parua *a* tegnã *A* 18 tota · sanseris *A*

177. De pirro *A* 1 pirrus *A* 3 nim fige · ne *A* 4 pepigi *A*

178. pauperi *A* 1 Vita *est balneorum dominus* (*cf.* 179, 2) cespide *A* 3 noua congusto *A*; *corr.* *a* congesto *L. Muellerus* 4 fedib; sortus *A* 5 *cf. Iuuenalis I* 79 'Si natura negat'. *Corippus Iohann. praef.* 29: 'Quos doctrina negat, confert uictoria uersus'. *u.* 5 – 6 *in C fol.* 1 *u. extant, ubi post uersus Martialis* (*c.* 276) *positi* 'Item' *inscribuntur* paruis *L. Muellerus* paucis *AC*

Digitized by

B. III 48.
M. 904.
B. IV 314.

179

Aliter

Parvula succinctis ornavit iugera Bais
Vrbanos callens fundere Vita locos.
Hic quoque pomiferum coniunxit sedulus hortum,
Qui vario auctorem gramine dives alat.
Rus gratum domino duplici iam munere constat:
Hinc capitur victus, sumitur inde salus.

B. V 166.
M. 1096.
B. IV 314.

180

De sphinga

Ales virgo leo crevit de sanguine Lai,
Thebano nascens et peritura malo.
Haec fecit thalamos Idipum conscendere matris,
Vt prolem incestam mutua dextra necet.

181

B. V 162.
M. 1093.
B. IV 314.

De catto qui comedens picam mortuus est

Mordaces morsu solitus consumere mures
Invisum et domibus perdere dente genus
Cattus in obscuro cepit pro sorice picam
Multiloquumque vorax sorbuit ore caput.

179. 1 Parbula subcinctis *A* Baiis *uulgo* 2 Urbanus *A*, *corr. Heinsius* locus *A*, *corr.* A^1 lacus *Heinsius* 3 *Num* His? ortū *A* 4 germine *Schraderus* 5 dño dublici *A*, *corr. a*

180. sfinga *A* spKinga (*i. e.* sph.) *B* 1 lea *A* deuit *B* de *om. B* 2 Theuano *A*, *corr. a* 3 thalamo s. idippū *A* thalamus sidippū *B* Oedipum *uulgo*, *cf.* 199, 84 concedere *B* 4 dextrā *A* necit *A*, *corr.* A^1

181. cattu *AB* catto *in A m. alia* pica *A*, *corr. m. alia* comedit piccā *sqq. V* De catto et pica *P(arisinus* 9344 *s. XI)* 1 Murdaces *A*, *corr.* A^1 (*a*?) 3 coepit *BVP* surice *A* sŏrice *V* pigā *A*. ‘Sōrĭcĕ. Cattus in obsc. cep. p. s. picam. Sofocles. orat’ *sic Miconis Levitae libelli prosodiaci cod. Bruxell.* 10470 *s. X. Scilicet ex Horatio addi-*

Digitized by Google

Poena tamen praesens praedonem plectit edacem,
Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.
Faucibus obsessis vitalis semita cessit
Et satur escali vulnere raptor obit.
Non habet exemplum volucris vindicta peremptae:
Hostem pica suum mortua discruciat.

182

B. III 163. M. 943. B. IV 315.

De Aegyptio

Ex oriente die noctis processit alumnus.
Sub radiis Phoebi solus habet tenebras. *p. 97*
Corvus carbo cinis concordant cuncta colori.
Quod legeris nomen, convenit: Aethiopis.

183

B. III 163. M. 942. B. IV 315.

Aliter

Faex Garamantarum nostrum processit ad axem
Et piceo gaudet corpore verna niger,

turus erat uersum Epp. II 1, 163 Quid Sŏphŏclēs *sqq. V.* 3 *etiam in cod. Regin.* 215 *s. VIII—IX extat, qua ex silloga a me* 1871 *ex parte et a Keilio* 1872 *tota edita Mico quaedam hausit. Cf. Traubius mus. rh.* 44, 478. Catus in obscuro *habet cod. Regin.*, Cattus in obscuris *Mico. Olim* Sophoclem *poetam nescio quem indicari putabant* 4 Multilocumq; *A, recte?* uerax *V, corr. m. sec.* 5 Pęna *AB* edacim *V, corr. m. sec.* 6 rauidã *A* rapidam *B* guilã *AV* 7 ce^{s}sit *B num* cessat? 8 Et satur *corruptum:* Saucius *coniecerim* captor *BVP* obi *VP* 9 uolucres uendicta *B* pemit *A* parente *B* phente *V* praereptę *P* perenne *Binetus* 10 mortuũ *A* discrutiat *V*

182. De egyptio *A* De aegypto *B* 1 Ex oriente *separaui* noctis noctis *B* alũnis *ABV, corr. V m. sec.* 2 fębi *A* foebi *BV* ha&b& *B* 3 *alliteratione utitur scriptor.* Corb' *A* carbo] corbu *B* caruo *V, corr. m. sec.* ċordant *A* (' *ab a additum puto*) multa *ABV*] cuncta *Baehrens* colori *A*, -e *a* 4 dederis *Maehly* nom *V* etiopi *A* ethiopi *B* ethiopis *V*

183. Fex garamentarũ *A* Fen caramentarũ *B* 2 pigeΞo *A* corpora *B*

Quem nisi vox hominem labris emissa sonaret,
Terreret visu horrida larva viros.
Dira, Hadrumeta, tuum rapiant sibi Tartara monstrum;
Custodem hunc Ditis debet habere domus.

B. I 99.
M. 185.
B. IV 316.

184

De Telepho

Telephus, excellens Alcidis pignus et Augae,
Externae sortis bella inopina tulit.
Nam Grai Troiam peterent cum mille carinis
Tangeret et classis litus adacta suum,
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Scyria pugnanti perculit hasta femur.
Pro cuius cura consultus dixit Apollo,
Hostica quod salubrem cuspis haberet opem.
Mox precibus flexi Pelidae robore raso,
Iniecto membris pulvere plaga fugit.
Monstrant fata viri vario miracula casu:
Vnde datum est vulnus, contigit inde salus.

B. V 187.
M. 1117.
B. IV 316.

185

De cicindelo

Igniculus tenuis pingui fulcitur olivo,
Vt frangat tenebras luminis igne sui.

3 emisa *B* sonarent *A cf. Verg. Aen. I* 328: 'nec uox hominem sonat' 4 Terrerent uisos horrida labra *AB* uisu *ego*, larua *Baehrens correximus* 5 atramenta *A* adramenta *B* tũ *AB* siui *A* 6 Costode *A*

184. De telefo *AB* 1 Telefus *AB* Alcidae *Heinsius* auge *A* 2 sorsis *A* Externi Martis *Heinsius* inoppina *A* 3 Graii *edd.* pederent *A* 4 glassis *A* clasis *B* abacta *Hagen* suum] nouum? 5 Occurret *A*, *corr.* A^1 Occurrent *B* pugna acilli *B* 6 Syria *AB* pugnata *B*, *corr. m. pr. ut uidetur* asta *AB* 8 quo *A* 9 f'exi *A* sato *B* sacro *uulgo* 10 et membris *Heinsius* pl.] membra *A* fuit *B* 11 Monstrans *B*, *sed corr.* casu] casu *ex* fatu *A* cas' *B* 12 uultus *B*, *sed corr.* contingit *A*

185. 1 tenui *A*

186

B. V 169.
M. 1099.
B. IV 317.

De capris

Lenaeos latices hircorum tergora gestant,
Fitque caper Bromio, fuerat qui victima, carcer.

187

B. V 170.
M. 1100.
B. IV 317.

p. 98

Aliter

Barbati pecoris vulgus per rura vagatur,
Pampineum gaudens laedere dente nemus.
Omnibus hinc aris Baccho caper hostia fertur
Puniturque sacro munere culpa gregis.

188

B. V 171.
M. 1101.
B. IV 317.

Aliter

Sanguine Cinyphio placantur templa Lyaei,
Caprigenum cui fit victima iusta pecus.
Sed licet ulcisci nequeant animalia divos
Nec possit reddi talio numinibus,
Est vindicta capris: cassatur nomine Liber,
Cum hircino adversus clauditur utre deus.

189

B. I 107.
M. 641.
B. IV 317.

De Memnone

Filius Aurorae, Phoebi nascentis alumnus,
Producit gentis milia tetra suae.

186—188 *extant in D (Dieziano B.* 66 *Berolin. s. IX) sine titulo*

186. 1 Lieos *D* hircorem tergorem genstans *D* gestans *A* 2 promio *D* qui *AD* cui *Baehrens* quae *uulgo*

187. 1 pecodes (*ex* -is) *D* bacatur *D* 3 *om. D, cf. Verg. Georg. II* 378 *sqq.* bacco *A* 4 Pun. *ex* Pon. *D*

188. 1 cinifio *A* cenifio *D* flagantur *D* liei *A* riore *D* 2 Gabrige num *D* iure *D* 3 duos *D* 4 *om. D* possint reddit. alio *A* 5 capri *D* 6 deas *D*

189. De mennone *A* 1 foebi *A*

Succurrens fessis fausto non omine Teucris
Pergit Pelidae protinus ense mori.
Iam tunc monstratur, maneat qui Pergama casus,
Cum nigrum Priamus suscipit auxilium.

B. V 195.
M. 1124.
B. IV 318.

190

De Bumbulo

Nominis et formae pariter ludibria gestans
Conventus nostros, Bumbule parvus, adis.
Sed ratio est: extas longis Pygmaeus in armis,
Ne te deprensum grus peregrina voret.
Nec frustra ostendis proprio placuisse parenti,
Quod turpis nomen sumpseris heniochi.
Ille habuit doctas circi prostrare puellas;
Te duce lascivae nocte fricantur anus.

B. V 196.
M. 1125.
B. IV 318.

191

Aliter

Dum sis patris heres teneas et, Bumbule, censum *p. 99*
Vtile nec tibi sit, pietas si laesa probetur,
Das operam proprio auctori adversus haberi.
Discordat multum contra suscepta voluntas;
Dilexit genitor prasinum, te russeus intrat.

B. III 76.
M. 914.
B. IV 318.

192

De tabula

Discolor ancipiti sub iactu cauculus astat
Decertantque simul candidus atque rubens.

3 homine *A*, *corr. m. alia* 4 prodinus sense *A* 5 nunc *Burm.*

190. De būbolo *A* (bumbalo *α*, *et sic infra*) 2 bumbule parb; *A* 3 extas (*i. emines cf.* 110, 2) *scripsi* mixtus *A* pigmeus *A* 5 probrio *A* 6 enioci *A* 7 aluit *et* circo *Burm.* prostrare *A; cf. Thielmann in Woelfflini Archiv.* 2, 63 prostare *edd.* 8 lasciue (e *ex* i) *A*

191. 1 Dum *i. e.* Dummodo sensū *A*, *corr. Heinsius* 3 probrio autori *A* aberi *A* 4 uolūtas *A*

192. 1 ancipitis *AB* cauculus *A* calculus *B* 2 adq; *A* rubens *A*, *sed* robens A^1 (*sic*) proueus *B*

Qui quamvis parili scriptorum tramite currant,
Is capiet palmam, quem bona fata iuvant.

193

B. III 77.
M. 915.
B. IV 318.

Aliter

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
Qui vomit internis tesserulas gradibus,
Sub quarum iactu discordans cauculus exit
Certantesque fovet sors variata duos.
Hic proprium faciunt [ars] et fortuna periclum:
Haec cavet adversis casibus, illa favet. —
Conposita est tabulae nunc talis formula belli,
Cuius missa facit tessera principium.
Ludentes vario exercent proelia talo,
Russeus an nitidus praemia sorte ferat.
Pascitur a multis avide damnosa voluptas,
Ne foedet gliscens otia segnities.
Hoc opus inventor nimie Palamedes amavit
Et parili excellens Mucius ingenio.

194

B. III 78.
M. 931.
B. IV 319.

Aliter

Indica materies blandum certamen amicis
Offert, sed belli fert simulacra tamen.
Namque acie aequali concurrit russeus albo,
Vt gravibus damnis se domet alteruter. *p. 100*

3 parilis *AB* tramide *A* currat *AB* 4 His *AB* *fort. recte* capi^{et} *A* capiat *B* iubant *A* iubant *ex* iuuant *B*
193. 1 pirgus *A*; i *inter scribendum ex* e *uel* u *corr.* 3 cauculus *sic A* 4 fouit · sor *A* 5 His *Baehrens* ars *add. a* furtuna *A* 6 abet aduersus *A* fouet *A* *A u.* 7 *nouum carmen incipit Scriuerius* 7 malis formola bellis *A* 9 Exercent uario ludentes *Oudendorp.* fato *Salmasius* 10 niditus *A* 11 auida *A* 12 Nec fedet *A* 13 nimium *Salmasius*
194. 2 sed *Scriuerius* se *A* 3 russeos *A*

Digitized by

Contorquet varios alternans tessera missus
  Fataque ludentum collis et ima probant.
Pax ac pugna simul ludo iunguntur in unum,
  Cum victi spoliis victor amicus ovat.

B. V 145.
M. 1081,
B. IV 320.

195

De elephanto

Horrida cornuto procedit belua rostro,
  Quam dives nostris India misit oris.
Sed licet inmani pugnet proboscide barrus
  Spondeat et saevis dentibus interitum,
Fert tamen et domitus residentis iussa magistri,
  Quoque velit monitor, cogitur ire ferus.
Vis humana potest rabiem mutare ferinam:
  Ecce hominem parvum belua magna timet.

B. V 144.
M. 1080.
B. IV 320.

196

Aliter

Monstrorum princeps elephans proboscide saevus
  Horret mole nigra, dente micat niveo.
Sed vario fugienda malo cum belua gliscat,
  Est tamen expertis mors pretiosa feri.

5 tesera *A* 6 ludensum *A*, *corr.* A^1 colus et urna *Salmasius* probat *A* 7 in uno *Scriuerius* 8 Conuicti *A* obat *ex* ouat *A*

195. De elefanto *A* 1 Orrida cornudo *A* uelua *A* 2 oris *A* (horis *m. saec. fort. X*) 3 inmanib; pugnęt prouoscide uarrus *A* 5 edomitus *uulgo* residenti *A* 7 rauie *A*. *num* mĭtigare? (*cf.* ŏris *u.* 2)

196. De e(ae *V*)lefanto *BV* 1 Monstrum princeps (*ex* -cipes) *B* elefans *ABV* prouoscide seb; *A* seuum *B* ꝑmuscides, *om.* aeuus, *V* 2 Orret *A* Horret et *B* nigra mole *BV* nigram modo *A* lente *A* niueĭĕo *A* 3 uelua *A* belļua *V* 4 ex certis *ABV*, *corr. Burm. senior* mons *A* preciosa *ABV*

Digitized by Google

Nam quae conspicimus montani roboris ossa,
Humanis veniunt usibus apta satis.
Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
Discolor et tabulae calculus inde datur.
Haec est humanae semper mutatio sortis:
Fit moriens ludus, qui fuit ante pavor.

197

B. III 15. M. 891. B. IV 320.

De circensibus

Circus imago poli, formam cui docta vetustas
Condidit et numeros limitis aetherei.
Nam duodenigenas ostendunt ostia menses
Quaeque ineat cursim aureus astra iubar. *p. 101*
Tempora cornipedes referunt, elementa colores;
Auriga, ut Phoebus, quattuor aptat equos.
Cardinibus propriis includunt septa quadrigas,
Ianus vexillum quas iubet ire levans.
Ast ubi panduntur funduntque repagula currus
Vnus et ante omnes cogitat ire prius,
Metarum tendunt circumdare cursibus orbes;
Namque axes gemini ortum obitumque docent.
Iamque his Euripus quasi magnum interiacet aequor,
Et medius centri summus obliscus adest.

5 q; *ABV* conpicimus *B* montanis roboreis *A* 7. 8 *om. V* 7 Consolib; exceptrum *B* 8 cauculus *A* 9 mutacio *A* motatio *V* mortis *BV*

197. De circ.] ꝑderit ex paruis acinos potare sabucis *add. m. sec. in mg. ima B* 2 Condedit *A* et] ad *Barthius* etherei *AB* 3 duodecim annis genas *AB, corr. Heinsius* hostea *A* hostia *B* 4 ineat *scripsi* meat *B* mea *A* atra *AB* 5 Cornipites referunt ẗ *A* reseř *B* 6 fębus *A* foebus *B* habet *A* aptet *B* 7 probriis *A* quadrigis *AB* 8 Ianus *B* qua *Heinsius* iubat ire lebans *B* 9 recula *A* cursus *AB* 10 cogitur *AB, corr. Schrader* prior *B* 11 condunt *B* orues *A* orbis *B* 12 gemin̄ *A* bortum *B* docent *(i. e. significant) B* ducunt *A* 13 Namque *AB, corr. Pithoeus* Atque *Salm.* interiuu& *B* 14 sumus oboliscus *B* adit *AB, correxi* agit *Baehrens*

Digitized by Google

Septem etiam gyri claudunt certamina palmae,
  Quot caelum stringunt cingula sorte pari.
Lunae biga datur semper Solique quadriga,
  Castoribus simpli rite dicantur equi.
Divinis constant nostra spectacula rebus,
  Gratia magna quibus crevit honore deum.

[XV] 198

B. I 89. M. 695. B. IV 322.

Verba Achillis in parthenone, cum tubam Diomedis audisset

Vana velut cautae surgens formido parenti
Femineos iuvenem iussit me sumere cultus
Et celare virum falso per tegmina sexu.
Vnde ego lanificas temptavi inglorius artes
Virgineisque toris carpenda ad vellera inhaesi.
Nunc autem proprium servans natura vigorem
Conpellit fluxos umeris depellere amictus.
Dum nos bella vocant rauco clangore tubarum,
Mens quatitur saevusque movet praecordia Mavors.
Rumpe moras omnes, fervens in praelia virtus,
Nec fuerit latuisse meum! si classica temno, *p. 102*
Dilexi latebras, neque culpa est ulla parentis.
Nam cum respicio quo sim de semine cretus
Semiferique animo recolo praecepta magistri,
Nec puerum decuit muliebri pectora peplo
Induere et teneram gressu simulare puellam.

15 Septe *B* guiris *AB* gyri *scripsi* planę *B* 16 Quod *AB* 17 biga] iugu *B* 19 nostrae *B* nostra haec *Pith.* 20 Grata *B* creuit *B; om. A, add. m. rec.* dñ *A, om. B*

198. XV *addidi* in parte nona dũ tuba diumedis *A* 1 captae *Baehrens* 2 Fimeneos *A* 3 falsos *et* sexus *A, corr. Salmasius* falsi *Burmannus* 4 temtaui *A* 5 inesi *A* 6 probriũ *A. num legendum* reserans? 7 depellere *recte A, cf. u.* 22 8 uocent *A, corr. α* 9 fouet *A, corr. Baehrens* 10 prelia *A* culpa est ulla *scripsi* ulla est culpa *A* 12 neque enim ulla *Heinsius* 14 animi *A, corr. α* animis *uulgo* 15 peblo *A*

Nunc igitur crescens annis sapientior aetas
Devovit Marti tenuit quae corda Cupido,
Belligerumque deum cum mens tum membra secuntur.
Stamina linquentes currant ad spicula palmae
Terrificumque caput praefixa casside mitram
Pellat, tecta gravi decorentur tempora ferro,
Arma tegant nostrum potius quam suppara corpus.
A telis ad tela decet transire iuventam
Atque hostes gladio quam lanas fundere fuso.
Tenuia loricae cedant multicia forti
Splendeat et raptus proiecto pectine mucro;
Contemtis radiis onerentur brachia pilis,
Clausa diu thalamo reddamus pectora campo.
Praesumit certam virtus sibi conscia palmam
Ac dubios gaudet perferre interrita casus.
Nil metuit, qui magna cupit. constantia mentis
Fata domat, nec iam potis est Fortuna nocere
Securio mortis, cui non sunt bella timori.
Fortibus una viris parilisque per omnia sors est,
Aut palmae aut leti pugnando adquirere laudem.
Cernere iam videor, quanta mercede cruoris
Constabit raptus Paridi crimenque iacenti,
Obvia cristatus cum sparserit agmina vertex
Et solo aspectu claudentur Pergama nostro; *p. 103*
Cumque novus visos bellator fudero Teucros,

18 q; *A* 19 dñ *A* tum] nunc *A*, *corr.* α 20 liquentes *A* curent iam *Maehly, num recte?* 21 mitra *A* 22 tecta graui *scripsi* et ingracili *A, recte?* et hinc *Schraderus* decurentur *A* 23 sipara *A, corr. Burm.* 24 decit *A* 25 Adq; *A* lanae *Baehrens* fusa *A* 26 Uia loricęędant *A, corr. a et* α Licia *Heinsius* 27 mugro *A* 28 bracia *A* 29 talamo *A* 31 Hac dubius *A* 32 metuat *A, corr. Schraderus* 33 domant *A* iam] enim *Burm.* furtuna *A* 38 Constauit *A* iacent *A, unde* iacenti *m. rec.* nocenti *Maehly* latenti *Baehrens* 39 Obbia *et* consparserit hacmina *A, corr.* α 41 nouū *ex* nouo *A* uisos *Wakkerus* fusos *A* uersos *uel* fessos *Higtius* Cum nouus effusos α

Digitized by Google

Multa trahet Xanthi Troiana cadavera gurges
Maioremque feret cultorum sanguine cursum. —
Sed mihi quis referat: 'Tu, quem praesaga creatrix
Subducens fatis alieni schemate sexus
Ad Lycomedeos fecit transire penates
Depositumque suum maluit committere blandis
Virginibus, ne, te rapiat si Martius ardor,
Orbatam crucies inviso funere matrem:
Vadis in arma ferox thalamum natumque relinquens
Nec venit in mentem, quantum mereatur amorem,
Quae te prima virum conlato pectore fecit?
Is ad bella libens, ubi quaeritur alea mortis,
Nec spondet certam tristis Bellona salutem!'
Sed Danais comes esse placet sociumque pericli
Pro famae titulis meliori adiungere causae.
'Scilicet ut coniunx viduo reddatur Atridi,
Procumbat vilis Teucrorum victima Achilles?'
Àufer, iners monitor, turpis fomenta medellae
Meque sine proprio sectari praelia sensu.
Non ita me genitor praeclarus nomine Peleus
Aut dilecta Iovi fudit Thetis alma sub auras,
Degener ut lateam primaevo in flore iuventae
Maior et ignavo tantum mihi torpeat aetas
Abstrudamque toris iam debita pectora castris,

42 trait sc̃i *A*, *corr. Heinsius* 43 cultorum *(i. e. accolarum) A* 44 referat *A* regerat *Schrader* tu quę presaga creatoris *A* quum te *Schraderus* 45 scematis (*ex* -atũ) *A* 46 licomedeos *A* 47 uoluit *Schraderus* committere *A* 48 nec te *A* si *Duebnerus* sic *A* 49 non uiso *A* inuiso *scripsi* 50 talamũ *A* relinquens ~ *A* 51 amore *A* 54 spondit *A* tristris *A* 55 danai *A* comitem *Burm.* me adesse *Baehrensius poetam ipsum emendans* placit *A* socium$^{\text{q;}}$ *A m. pr.* 56 caus. ę *ex* causis *A* 57 coniunx] cons̃, *in marg.* ĩun, *A* atriti *A*, *corr.* A^1 Atridae *Meyer* 58 Procumbet *Burmann, recte?* 60 probrio *A* 61 praeclarus nomine *i. ę. μεγαλώνυμος* 62 fodit tetis *A* 63 iuuentẽ *A* 64 turpeat *A* 65 Abstrutamq; *A* deuita *A*

Cum manus Argivum ultricia iuret in arma.
Denique cum promptum ruat in certamina vulgus,
Solus ego in cunctis infami carcere clausus
Subducar pugnae? quanto tolerabo pudore *p. 104*
Me non ferre pedem, quo fert Thersites, in omni
Parte miser, forma brevior menteque fugaci?
Absit ab ingenio ac viribus Aeacidarum,
Vt dubitem pro laude mori metuamque supremum
Quem dat Parca diem. mihi nam lux amplior illa est,
Quae virtute cluit, quae nescit claustra sepulcri.
Namque hominis semper meritorum lege perenni,
Quam breviat fatum, propagat gloria vitam.
Ergo animus fidens in Dardana saeviat arma
Nec mihi iam gemini dilectus pigneris obstet:
Deidamiam Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit
Visuros nostrum reditum celebremque triumphum.
Me pudor hortatur rapere in certamina gressus;
Ferre potest, quaecumque †labans successibus aetas
Exigit. observans matris praecepta verendae
Induxi molles habitus velut edita virgo;
Lusimus et tactis modulantes carmina chordis.
Virtuti adsurgat, fuerat quaecumque, voluptas;
Succedat ferrum citharae. quod nutrit amores,
Depensum est Veneri; reddamus cetera Marti.

66 uictricia *Burm.* luderet in arma *A, corr. Duebnerus* ducat *Schraderus* ludat *α* 67 prumtũ *A* 70 tersites *A* 72 hac *A* ęacitarum *A* 73 Vt diuitem *A* 'dubitem uel uitem' *a* Deuitem *Heinsius* suppremũ *A* 74 illa *Burm.* ulla *A* 75 fluet *A* cluit *Higtius* sepulchri *A* 76 homini *Baehrens* 77 Quem *A* uitum *A* 80 pirrumq; *A* sciros *A* 81 redditum, *A, corr. a* celeremq; *A, correxi* triumfũ *A* 82 Me vigor *malim* ortatur *A* 83 potes q; cumq; *A, corr. Burm.* valens *puto* labans *A* inhians *Baehrens* succesibus *A* 84 Exigi *A* exigua *α* Exigit *Duebner* 85 moles *A, corr. a* 86 cordis *A* 88 citare *A*

Digitized by Google

[XVI] 199

B. M. —
B. IV 326.

VESPAE

Iudicium coci et pistoris iudice Vulcano

Ter ternae, varias docte quae traditis artes,
Linquite Pierios colles et scribite mecum.
Ille ego Vespa precor, cui divae saepe dedistis
Per multas urbes populo spectante favorem.
Scribere maius opus et dulcia carmina quaero,
Nec mel erit solum: aliquid quoque iuris habebit.
Contendit pistor, cocus est contrarius illi, *p. 105*
His est Vulcanus iudex, qui novit utrosque.
Ad causam pistor procedit primus agendam,
Canitiem capiti toto praebente farina:
'Numina per Cereris iuro, per Apollinis arcus!
Miror enim (fateor), et iam vix credere possum,
Quod cocus iste mihi sit respondere paratus,
Quisve sit utilior, audet contendere mecum,
De cuius manibus semper fit pane satullus.
Sunt testes anni faustae Ianique kalendae,
Quique meum studium per Saturnalia norunt;
Quorum epulas semper rerum commendo paratu.
Sis memor, o Saturne, tuis quod praesto diebus,
Et me prae studio trepidum tu numine firma.

199. XVI *addidi* Incipit (*om. A*) iudiciū coci et pistoris uespe iudice (iudici *A*) uulgano *AB* 1 Terrenae *B* docte *scripsi* cuncta (cunctae *a*) *A* cuncte q; tradidit *B* 2 pi≡eros *B* 3 cu *A* dedisti *B* 8 uulganus *AB* 10 toti *uulgo* 11 partereris *B* apullinis *A*, *corr. a* arcu *B* arcum *Pithoeus* 12 Moror *B* 12 *sq.* possum — paratus *om. B* pa≡atus *m. sec. in B* 15. 14 *censor in Lit. centr. bl.* 1872, 86 14 sit panis (*ex* -it) *B* sat (sad A^1) ullus *A* aut ullus *B* pane satullus *'vom Brod gesättigt' Buecheler in Woelfflini Archiv. I* 103 (*cf. u.* 44) adustus *olim conieci* ad usus *Baehrens* 15 Quiue *B* meum *B* 16 faustęq; iani *A* fauste iamque kalende *B* 18 commedo *B* comendo paratū *A* 19 saturno *A*, *corr.* A^1 saturnie *B* 20 pro studio *Bachrens* tuo *B* nomine *A* munime *B*

Digitized by Google

Aurea coeperunt sub te quoque saecula farre.
Denique si Cereris non tu pia dona dedisses,
Roderet adsidue cocus iste sub ilice glandes.
Nempe opus est cunctis panis, quem nemo recusat;
Quo sine quas possunt mortales ponere cenas?
Qui vires tribuit, qui primum poscitur, hic est,
Quem serit agricola, quem maximus educat aether.
Hunc pater Aeneas Troianis vexit ab oris,
Nil sine quo tua iura valent, ingrate, coquina.
Provocor ut dicam: mihi panem tu, coce, temptas,
Quem docuit notus Cerealis fingere panes
Vrbe Placentinus, cunctas qui tradidit artes.
Pythagoras populo nescis quae suaserit olim?
Mandere ne vellent mixto cum sanguine carnes.
'Si iugulatis oves, quid erit quod vestiat?' inquit,
'Mactentur vituli: nec erit iam vomeris usus *p. 106*
Nec segetum fecunda dabit sua munera tellus.'
Set temere facio, si te, coce, conparo nobis,
Cum possim, numen quodcumque potest superorum.
Iuppiter ipse tonat: tono, cum molo, sic ego pistor.
Mars subigit bello multas cum sanguine gentes:
Pistor ego macto flavas sine sanguine messes.
Tympana habet Cybele: sunt et mihi tympana cribri;
Thyrsitenens Satyros: facio et saturos ego plures;
Illum praecedunt Panes: facio mihi panes.

21 ceperunt *A* quod *edd. pr.* secula ferre *A* ferre *B, corr. Barthius* 22 pica *B* dona *B, om. A* (iura *a*) 23 adsiduae *B* illice *A* 25 Quos in equas *A* mortale *B* 26 primus *B* 27 agricula *A, corr. A*^{1} *uel a* 29 Nil *scripsi* Tu *A* Te *B* Me *Pithoeus* Nec *Baehrens* coquina *Baehrens:* comina *A* cumina *B* 30 dicam militonem tu roso temtas (temptas *B*) *AB*, *correxi* rodere temptas *E. Abel* 31 cereales *a* 32 tradedit *A* 33 Pitagoras *AB* suaserut *B* 35 quid *A*] quod *B* inquid *A* 37 facunda *B* 38 Et *AB* coci *A, corr. A*^{1} comparo *B* 39 posun *B* quocumq; *A* 40 molo *B* ulo *A* illo *a*, *num* uolo? 41 subit *B* 43 timpana *bis A* ciuile *A* cibile *B* cybri *B* 44 tyrsiden *A* tirsit ten satiros *B, corr. Baehrens* ficio et *A* saturo *AB*

Quidque etiam manibus nostris non dulce paratur?
Nos facimus populo studiose coptoplacentas,
Nos adipata damus, nos grata canopica vobis,
Crustula nos Iano; sponsae mustacia mitto.
Noverunt omnes pistorum dulcia facta:
Noverunt multi crudelia facta cocorum.
Tu facis in tenebris miserum prandere Thyestem;
Nescius ut Tereus cenet, facis, inprobe, natum;
Tu facis, in lucis ut cantet tristis aēdon
Maestaque sub tecto sua murmuret acta chelidon.
Talia si numquam feci nec talia suasi,
Ordine primus ero, dignus quem palma sequatur.'
Conticuit pistor. coepit cocus ordine fari,
Ora niger studio, faciem mutante favilla:
'Si verbis pistor damnavit iura cocorum,
Illi ne credas aliquid, quia fingere novit,
Qui semper multis dicit se vendere fumum,
Stat qui sub saxo quasi Sisyphus atque laborat,
Denique qui tantum de melle et polline fingit
Has quas iactat opes. ' nobis quae copia, dicam. *p. 107*
Silva feras tribuit, pisces mare et aura volucres,
Dat vinum Bromius, Pallas mihi praestat olivam,
Datque sues Calydona et saepe ego condio dammas,
Saepe etiam perdix iacet et Iunonius ales,
Gemmatam pinnis solitus producere caudam.

46 Quidue *AB* etia *B* 47 populos *B* copto- *Heinsius* comte- *A* compto- *B* 48 adipada *A* fauis *Baehrens* 49 Caio *Barthius* mittu *A*, *corr.* A^1 52 tiestē *A* uertem *B* 53 ut erius cenet *B* cenit *A*, *corr. a* 54 canet *B* ędon *A* edon *B* 55 murmoret *A* celidon *A* caęliedon *B* 58 cepit *A* 59 Hora *A* faciam ut tanta *B* fabilla *A* 60 Si ueruerbis *A*, *corr. a* dampnauit *B* 62 *ante* 61 *censor* (*u.* 15) *posuit* 61 si *B* uindere *A* 63 sisifus *AB* liboret *A* 64 Denuce *AB*, *correxi* 65 q; *AB* cupia *A* 66 Silluas *A*, *corr. a* feraˢ *A* auras *A*, *corr. a* uolocres *A* 67 promius *A* pellas *AB* olibā *A* 68 calidona *A* calidon *B* et *om. B* condicio *B* dāmrs *A* Ꝛ *A in marg.* 70 Gemmantem *B*

Digitized by Google

Certe quem extollit, quem laudat saepius ille,
Ille tuus panis sine nobis, crede, placere
Solus non poterit, nec si sit melleus ipse.
Quis me non laudet sternentem pisce patellas,
Cum positus madeat deceptus ab aequore rombus?
Sed similem superis ego me magis esse docebo.
Est Bromio Pentheus: est et mihi de bove Pentheus.
Vritur Alcides flammis: conburor ad ollas.
Sicut Neptuno, fervent in caccabo fluctus.
Novit Apollo suas studiose tangere chordas:
Et mihi per digitos texuntur quam bene chordae!
Exseco sic gallos, quasi ∠ Berecyntia Gallos.
Partes quisque suas tollit, qui cenat aput me.
Vngellam Oedippi, sycotum pono Promethei,
Pentheo pono caput, ficatum do Tityoni;
Solus aqualiculum reddi sibi Tantalus orat.
Cervinam Actaeon tollit, Meleager aprinam,
Agninam Pelias, taurinam lingulus Aiax.
Orpheu, tu tollis chordas; Leandre, lacertos;
Me sterilem Niobe, linguam Philomela rogant me.

72. 73 *om. B, edd. pr.* 72 *num* nobis sine carne placere? 73 si] sic *A* 75 ^{m}adeat *A* rhombus *Baehrens* 76 Sed *scripsi* Si *AB* simelem *A* 77 penteus *AB* de bobe *A* penteus *AB* pantix *Wernsdorf* 78 ℞ *A in marg.* comnuror *B* ollas *B* illas *A* 79 cacauos *B* 80 appollo *B* sua *A* cordas *AB* 81 cordę *A* corde *B* 82 Et seco *AB, corr. Barth.* quas *B* quāsī *uult Teuffel mus. rh.* 26, 341 cum *add. Riuinus* uere quintia *A* (chinthia *a*) uero quintia galles *B* 83 isque su *om. B* tollet *AB* cęnat *A* apud *B* 84 Unguellam hydippi *B* Ungellam ydippi *A, correxi cf.* 180, 3 *(ab ἵππος ducit poeta)* Oedippo *Thewrewk. Ungellas sphingis significatas puto* · psico · tum *A* prometei (t *sup.* o *erasa*) *A* 85 penteo *AB* do titioni *AB* sycotum *uel* ficatum *est ἦπαρ συκωτόν* 86 Siccus *Hauptius* aqualicolum *A* tanta uel orat *B* 87 tullit *A. corr.* A^{1} aprimam *B* aprunam *Pithoeus* 88 peleas *B. num* limulus? 89 Orfeu *AB* tolle *A* telle *B* cordas *AB* 90 nique *AB* filomela *AB* rogat *B*

Digitized by Google

Pluma Philoctetae servit, rogat Icarus alas;
Bubula Passiphae, Europe bubula poscit.
Auratam Danaae, cygnum bene condio Ledae.
Iam finem pugnae faciat sententia nobis.' *p. 103*
Vtque cocus pressit vocem, sic Mulciber infit: 95
'Es, coce, suavis homo; dulcis sed tu quoque, pistor.
Aequales dimitto deus, qui vos bene novi.
Consentite (probis sine rixa vivere dulce est),
Ne frigus faciam, si me subduxero vobis.'

[XVII] 200

Pervigilium Veneris

B. M. —
B. IV 292.

Sunt vero versus XXII

Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ver novum, ver iam canorum; vere natus orbis est,

91 Pluma filo(silo *B*)cteta meruit *A B* Pluma (*sc. sagittae*) Philoctetae seruit *E. Abel optime* Planta (*sc. pedis*) Ph-am nutrit *Petschenig* itarus *A, corr. A*[1] alia *B* 92 Bulbula *B* passife *A B* nubula *A B* 93 danegcygnem *B* cignum *A* 94 fiat *B* 95 pre˜sit *A* pręsit *B* mulcifer *A* 96 homo] a *B* 97 nobi *ex* noui *A m. pr.* uoui *B* 98 uobis *A B* probis *Bachrens* boni *olim scripsi* bonis *Barth.* Conueniat uobis *Wernsdorf* rexa *A*

200. LIBER GRĀMATON | EX PLI CIT | XVI ·.· INCIPIT · PER · UIRGILIŪ · UENERIS | TROCAICO · METRO sunt uero | uersus. XXII *A. (Hoc est: sylloga hic incipiens constat 22 carminibus c. 200—222 (exc. 216). cf. quae dicam ad c. 223 inscr.) Inscr. om. B, sine interuallo post c. 118 Peruigilium ponens.* XVII *in mg. addidi.* Catullo *Aldus et Erasmus,* Floro *Wernsdorfius tribuerunt. u.* 2—8, 59—61, 9—12, 63—80, 13—39, 58, 40—57, 81—93 *Buechelerus (ed. L.* 1859) *posuit,* 1, 62, 72 *deleuit, intercalarem post* 16 *et* 21 *addidit. u.* 1—12, 40, 59—80, 13—27, 37—58 (*exc* 40, 28—36, 81—93 *Bergkius, lacunis sex iniectis.* 59—62 *inter* 8 *et* 9 *pos. Otto Muellerus. u.* 1—8, 28—62, 9—27, 63—93 *Baehrensius. Ego librorum ordinem, si a u.* 9—12, 58, 71—74 *discesseris, retinui* 1 nūquā amabit *A* am. cr.] cras amauit *B* 2 uere] uer *B* natus *A B* uer renactus *Baehrens* laetus *conieci. sed cf. Verg. Georg. II* 336 *sq.* 'prima crescentis origine mundi . . uer illud erat, uer magnus agebat orbis' orbis est *B* iouis est *A* est Iouis *Buechelerus*

Digitized by Google

Vere concordant amores, vere nubunt alites,
Et nemus comam resolvit de maritis imbribus.
Cras amorum copulatrix inter umbras arborum
Inplicat casas virentis de flagello myrteo,
Cras Dione iura dicit fulta sublimi throno.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis,
Ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu
Vrget in nodos patentes; ipsa roris lucidi,
Noctis aura quem relinquit, spargit umentis aquas.
Gutta praeceps orbe parvo sustinet casus suos
Et micant lacrimae trementes de caduco pondere.
En pudorem florulentae prodiderunt purpurae!
Vmor ille, quem serenis astra rorant noctibus,
Mane virgineas papillas solvit †umenti peplo.
Ipsa iussit, mane totae virgines nubant rosae:
Facta Cypridis de cruore deque Amoris osculis
Deque gemmis deque flammis deque solis purpuris
Cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea,

8 amaiores *B* nubent *B* 4 conam resoluet *B* 5 amorem *B* 6 casas *Pithoeus* gaza *A* gazas *B* uirentes *B* mirteo *A* 7 fultas sublime *A* trono *AB* 8 amȩt *B* quinq; *B* 13 gemmas *B* florib; *AB, corr. Riglerus* 14 surgentis *B* faboni *AB* spṳritu *B* 15 Urguet *B* toros *Pithoeus* notos penates *A* totos pentes *B* patentes *Wernsdorf* nodos *amicus Scriuerii* tepentes *ed. Lips.* 1852 tumentes *Heidtmannus* ipsas *A* 16 relinquid *B* tumentis *AB* *u.* 18 *ante* 17 *Buechelerus* 18 urbe *A* sustine *A* 17 mecanat *B* micanat lacrimas tr^{e}mentes *A* Emicant *O. Muellerus* tumentes *Baehrens* cadū *B* 19 In *AB, em. Schulzius* Hinc *Salmasius* pudore *A* purpore *A* pupure *B* 19 *sq. cf. Fulgentius myth. I p.* 11 *Munck.* 'Vbi guttas florulentas mane rorant purpurae; Vmor algens, quem serenis astra sudant noctibus' 20 Humor *A* notibus *B* 21 uirgines *Lipsius* papilla (i *ex* e) *B* soluit *AB* tumenti *A* um̃ti *B* undanti *Ribbeckius* urgenti *Maehlyus* 22 Ipiussit *B* manet tute *A* tuę *B, em. Orellius* ṙ////rose *B* 23 Fusta *B* prius *AB*] Cypris *Scriuerius* Cypridis *O. Muellerus* detque *B* oculis *B* 24 purporis *A* pupuris *B* 25 ruporem *sed corr. B* pudorem *Baehrens. At* rubor *est* pudor

Vnico marita voto non pudebit solvere.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ipsa Nymphas diva luco iussit ire myrteo:
'Ite, Nymphae, posuit arma, feriatus est Amor.'
It puer comes puellis; nec tamen credi potest,
Esse Amorem feriatum, si sagittas exuit.
'Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est,
Neu quid arcu neu sagitta neu quid igne laederet.'
Sed tamen, Nymphae, cavete, quod Cupido pulcher est:
Totus est in armis idem quando nudus est Amor.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
. . . . . .
Conpari Venus pudore mittit ad te virgines: *p. 110*
'Vna res est quam rogamus: cede, virgo Delia,
Vt nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
Ipsa vellet te rogare, si pudicam flecteret,
Ipsa vellet ut venires, si deceret virginem.
Iam tribus choros videres feriantis noctibus
Congreges inter catervas ire per saltus tuos
Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
Nec Ceres nec Bacchus absunt nec poetarum deus.

26 Unico *Pithoeus* Unica *AB* marito *B*(?) uoto *Bergkius* noto *A* nodo *B* nocte *olim ego* pudent *B* 28 nimfas *AB* loco *B* *u.* 31 *ante* 29 *pos. Maehlyus*, *u.* 29—30 *post* 33 *Baehrens* 31 In te nimfe *A* nymfe *B* (*sic* 34) 29 Et *AB* comis *B* potẽ *A* exuit *Baehrens* uexerit *AB* 32 e *A* nudos *A* durus *B* 33 acuneo *B* digne *B* 34 nimfe *A* nymfe *B* pulcer *A* 35 inermis *AB* si dẽ *A* Est in a. totus idem *Scriuerius* 36 que *om. B* amit *B* *post* 36 *uersum cum Dianae commemoratione tali excidisse puto, ut e. c.*

Saltuum deam pudicam nunc adesse non decet.

Post 37 *lacunam statuit Bergkius*, 37 *post* 39 *traiecit Schenkelius* 37 Conparis *et* ante *Baehrens* 38 Unam *A* re *B* 39 nenus sit incruendum de feriis *B* tragib; *A* *post* 39 *pos. ed. Lips. a.* 1852 *uersum* 59 40 *om. B* uellit erogare *A* 41 uellit *A* ueniret *sed corr. B* diceret *B* 42 chorus *A* choros *B* feriatis *AB* feriantis *Scriuerius* feriatos *Pithoeus* 44 myrteo *A* mysteas *B* 45 teres *B* baccus *A* baccas *B* potearum *A* deas *B*

Digitized by Google

Detinenda tota nox est, perviglanda canticis.
Regnet in silvis Dione; tu recede, Delia.'
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Iussit Hyblaeis tribunal stare diva floribus:
Praeses ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiae.
Hybla, totos funde flores, quidquid annus adtulit!
Hybla, florum subde vestem, quantus Ennae campus est,
Vt recentibus virentes ducat umbras floribus!
Ruris hic erunt puellae vel puellae montium
Quaeque silvas quaeque lucos quaeque fontes incolunt.
Iussit omnes adsidere pueri mater alitis,
Iussit et nudo puellas nil Amori credere.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Cras erit, cum primus Aether copulavit nuptias.
Vt pater totum crearet vernis annum nubibus,
In sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
Vnde fetus mixtus omnis aleret magno corpore.
Tunc cruore de superno spumeo pontus globo
Caerulas inter catervas inter et bipedes equos
Fecit undantem Dionen †de maritis imbribus. *p. 109*

46 Detinente *A* Detinent et *B*, *corr. Heinsius* Detine te: *Orellius* peruiclanda *A* peruigila *B* 49 hyblei *A* ybleis *B* 50 Praesens i. i. dicit adsederunt *AB*, *corr. Dousa* 51. 52 hibla *AB* 51 totus fundet, *om.* flores, *A* quicquid annis *B* annos adtullit *A* 52 superestem *A* rumpereste *B* sume *Crusius* subde messem *Scriuerius* uestem *Salm.* ethne *B* et nec *A* Ennae *Lipsius* 58 *huc transposui (post u.* 4 *posuit Maehlyus, alio alii)* Et rigentibus *AB* Ut *Baehrens* recentibus *Pithoeus* uergentes *B* ducat *B* duo ad *A* umbra *A* 54 siluas q; locos *B* siluas quae locus *A* montes *AB*, *corr. Scriuerius* 55 oñs *B* alitas *B* mater alitis dei *Buecheler* 56 at *Baehrens* nullo *B* amoti *B* 59 quom *Buecheler* quo *A* qui *B* copolauit *A* 60 totis *AB*, *corr. Salmasius* Iouis *Maehly* creauit *A* ueris *Sanadon* 61 aimber, a *erasa*, *A* fluctus alma et *B* 62 *cf. Verg. Georg. II* 327 Ut *B* flętus *A* fletus *B* alteret *A* 9—12 *huc transposuit Heidtmannus* 9 Tuno quiuore *B* superbo *A*, *corr. Pith.* superhuc *B* pont' de glouo *B* 10 uipedes *B* 11 dionem *A* dione *B* de maritis imbribus *AB*, *del. Buecheler, cf.* 4 marinis *Riuinus. Possis* de marino gurgite

Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ipsa venas atque mentem permeanti spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus, *p. 111*
Perque caelum perque terras perque pontum subditum
Pervium sui tenorem seminali tramite
Inbuit iussitque mundum nosse nascendi vias.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ipsa Troianos penates in Latinos transtulit,
Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit,
Moxque Marti de sacello dat pudicam virginem;
Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias,
Vnde Ramnes et Quirites, unde prolem posterum,
Romuli gentem, crearet et nepotem Caesarem.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Rura fecundat voluptas, rura Venerem sentiunt;
Ipse Amor puer Dionae rure natus dicitur.
Hunc ager cum parturiret, ipsa suscepit sinu,
Ipsa florum delicatis educavit osculis.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!
Ecce iam subter genestas explicant tauri latus,
Quisque tutus quo tenetur coniugali foedere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum greges

12 amẽt qui *B* 63 uernas *B* adque *A* permeante spũ *B* 64 ocultis *AB* gobernat procreatis *A* 65 que] quem *A bis* ꝙq; pontũ subdsubditum, subd *eras.*, *A* 66 Praeuium sui teporem *Baehrens* tenderẽ *A* 67 nosce *B* 69 penates *Scriuerius* nepotes *A* nec potes *B* latino *B* 70 Ipa *A* 73 *et* 74 *ante* 71 *posuit Baehrens; ipsam rem spectans ordinem retinui* 72 Rumuleas *B* Romulares *Rigler* ipsas *A* sauinis *B* 73 samnes *A* rames *B* unde prolem *scripsi:* proque prole *AB* 74 Romoli *AB* gentem *scripsi:* matrem *AB* patrem *Lipsius* 76 facundat *B* 77 natu *A* 78 pturiret *B* sinum *A* 79 deligatis *A* 80 qq; amat *B* 81 supter *Broukhusius* super *AB* explicat aonii *AB*, *em. Pithoeus* 82 tuus *B* cum iugali federe *B* fędere *A* 83 s. ulmos *Maehly* ualantũ *B* gregis *A* gregum *B* *uersum deesse puto quo sententia ad finem perducatur*

. . . . . .

Et canoras non tacere diva iussit alites.
Iam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt,
Adsonat Terei puella subter umbram populi,
Vt putes motus amoris ore dici musico
Et neges queri sororem de marito barbaro.
Illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?
Quando faciam †uti chelidon, ut tacere desinam? *p. 112*
Perdidi Musam tacendo nec me Phoebus respicit.
Sic Amyclas cum tacerent perdidit silentium.
Cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet!

[III] 201

B. I 91.
M. 632.
B. IV 331.

De Thetide

Pande manum, genetrix; totus tingatur Achilles!
Tu facies natum mortis habere locum.

202

B. III 52.
M. 928.
B. IV 331.

De luco amoeno

Hic, Cytherea, tuo poteras cum Marte iacere:
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbris.

85. 84 *Baehrens* 84 canores *B* 85 stangna quinni *A* cigni *B* 86 Adsonante aerei puelle////supter *B* (p *in ras.*) popoli *A* 87 putas *B* mussico *A* musioco, *sed* o *eras.*, *B* 88 Eet *B* queris *A* 89 quan uir *A* 90 faciam *B* fiam *A* uti *Riuinus, sed elisio rara est in hoc c.* (*est in intercalari et u.* 23. 30. 77) ceu chelidon *ed. Lips. a.* 1852 ce(cę *A*)lidon *AB* taceret *B* 91 Perdi^{di} *A* musan *B* nē me *B* foebus *AB* Apollo *Thomasius* 92 amiclas *A* amidas *B* taceret *AB* perdedit *A*. Explicit peruirgilium ueneris *B; om. A*

201. XVIII *addidi.* De teti *A* 1 achillis *A* 2 facis *A, corr. a*

202. De lucameno *A* 2 uulganus proibetur *A, cf.* 272, 3.

B. III 27.
M. 383.
B. IV 331.

203

LVXORII

In Anclas; in salutatorium domini regis

Hildirici regis fulget mirabile factum
Arte opere ingenio divitiis pretio.
Hinc radios sol ipse capit, quos huc dare possit:
Altera marmoribus creditur esse dies. —
Hic sine nube solum, †nix iuncta et sparsa putatur;
Dum steterint, credas mergere posse pedes.

B. V 204.
M. 1133.
B. IV 332.

204

De Servando medico

Servandum spurcum medicum nostrumque medeurum,
Qui se Tartareo missum de carcere finxit,
Auctoritate tumens Orci, cui corpora mittit
Inperitus iners, haustu terrae repetendus!
Cum staret in medio, mox illi voce superba
Burdonum ductor (paleas nam forte gerebat)
'Servande infamis, Servande zabule, pestis'
Aibat, 'Servande canis, servande catenis,
[O] Servande meis semper servande flagellis,

203. Luxuri *BV*, *om. A* anclas *ABV*, *cf. Procop. bell. Vandal. II* 7: *ἐτύγχανε δὲ Βελισάριος διατριβήν τινα ἐν τῷ τῆς πόλεως προαστείῳ ποιούμενος, ὅπερ Ἄνκλας καλοῦσιν* in] i. e. *Baehrens* ubi *conicio. cf. c.* 215 salutatoriu *A* dñ *A* dom̃ *V*] dicunt' *B* 1 Hildirigi *A* Hildirici *B* Hildrici *V* tectum *Burm.* 2 precio *B* 3 qđ huc *V* posset *m. pr.*(?) *ex* possit *A* posset *B* 5. 6 *om. A; nouum epigramma Scriuerio sunt* 5 sine] si *B. num* sine labe? uincta *Heinsius* solo nix iacta *Petschenig* 6 steteris *Pithoeus*

204—209 *multa obscura sunt*

204. 1 mo(n)strumque *Baehrens* 2 tartareum *A*, *corr. A*^{1} 3 Autoritate *A* 4 ausus terrę repetam *A*, *correxi* ausus terrere · · *Baehrens* 5 superua *A* 7 zabulus *est diabolus* 8 Aiebat *edd. recte?* seruante catenis *A*, *unde* cathenis *m. saec. IX—X* 9 O *om. A*

Digitized by Google

Servande in parte misera nabras tanos aesis
Vitivalas valmam vitiduis tanda vitritam
Capia feis': gibatus enim transire volebat.

205

B. V 205.
M. 1134.
B. IV 332.

De castellano

Castellane sorex cluacae, pressura tuorum *p: 113*
Horrida, caeca fames! cenum tibi bullit in ore,
Putredo et cancer trivit dentesque malasque.
Accipe, nariputens oris latrina, Filippe:
Lividus in rubro color est tibi, cepula, vultu,
Obscenitas frontem mortis sulcavit aratro,
Fistula sunt oculi, polypus de naribus horret
Et Manes patitur putido sub coniuge coniunx,
Ac viduam simul ⏑ ∪ facit fortuna suorum.
Qua te cumque moves, os culum porrigis ultro;
Nam turpe est fetore gravi, si forte loquaris;
Si taceas, fissis secessum naribus efflas.
Lasanus es plenus, †guttur fusorius est tibi grandis.

10—12 *sic* (*nisi quod* ęsis) *A*. *num* in partem miseram? *Ex sermone gothico sic fere Vandalica quaedam de sequentibus interpretor:* urrais thanu (*surge ergo*) sai (*uide*) . . aiththau (*aut*) ualeis (*eliges*) . . aitthau . . standan (*aut . . stans*) uithr — iddj · · (*contra ibo*) . . skap (*age*) . . 12 gibatos, o *ex* a *corr. m. pr., A* gibatus *Burm.* solebat *Baehrens*

205. De castelliano *B* 1 duat epręsura *B* 2 Horrita *A* ᵇore *B* 3 Putreto *A* tribit *A* mălasque *Meyerus* molasq; *AB* 4 Accipi *B* nariputrens *Burmannus fort. recte* horis *A* felippe *A* filippe *B* 5 Libidus *A* Luridus *α* calor *B* es *A* uultus *AB* -tu *Baehrens* 6 frontem *ex* frontes *corr. A* 7 polipus *B* filippus de narrib; *A* 8 Et *scripsi* Eu *A* He *B* Heu *uulgo cf. Verg. Aen. VI* 743 putrido *A* coniuna *A* coniux *B* 9 Hac *B* similem fecit *Burm.* Hanc s. ac fecit *Baehrens* furtuna *A* 10 mobes · obsculũ *A* p.] tu porrigis *B* 11 turpes *A* torpes *B* turpe est *scripsi* fedore grabi (b *ex* u) *A* 12 bissis *A* iussis sicessum moribus *B* fissis *ego* binis *edd.* 13 ẽ *A* tibi grande (grand *B*) fusorius est

Digitized by

B. V 200.
M. 1129.
B. IV 333.

206

De Perpetuo

Parce, rapax, epulis vehemens, Perpetue, glutto
Mensarumque vorax, omnis cui †cicula cessit,
Dulci qui maragas furto subducis ofellas.

B. V 202.
M. 1131.
B. IV 333.

207

De Crescituro

Cresciture, ferox ne quid tibi dorsa flagellis
Conscindat coniunx, iunctis tu pedibus astas.

B. V 201.
M. 1130.
B. IV 333.

208

De Tautano

Tautane, infamem nulla quem coniuge captum
Spiritus inmundus subito praecordia torsit,
Vendere mancipium pulcrum commune theatro
. . . . . .

B. V 203.
M. 1132.
B. IV 334.

209

De Abcare servo dominico

Regius est Abcar servus, †palus hispidus ursus
Rana nanus strobilus palmus zeloceca cylindrus.

AB; scripsi fusorius est tibi grandis, *ut iustus saltem fiat heptameter* grandis *del. Baehrens, sed cf.* 209, 14

206. 1 ueemens *A* (h *supra* e *m. saec. IX*) perpetuo *AB* glutto *A* gloto *B* 2 cui cicula ce≡ssit *A* ciuicla *B* cui Sicula *α* cui cenula *Baehrens* cui Cuiculi *(oppidum Africae) olim scripsi* 3 Stultia qui maragas *A* Dulcia qui emaratas *B* Dulci *ego* Stultis *Baehrens* madidas *α* subduces *A, corr. A*^{1} offellas *B*

207. De Cresceturo *A* De Crescentino *α* 1 Cresciture *A* *ante* ferox *interpunxit et u.* 1 ni quid 2 uinctis *Petschenig*

208. 1 Tautano *A* 2 percordia *A* 3 Vendere *A* comonet *A. finem deesse puto*

209. obcaro *B* sermo *A* 1 Abgar *Burm.* serb; *A* 2 natus *B* stropilus *A* cilindrus *AB*

Digitized by

Piperis exigui formam vix corpore conples.
Pulicis e corio vestit te gunna profusa.
Ad maratros dabitur grandis formica caballus. *p. 114*
Pulveris ut pilula brevis es, ut glomus hic erras.
Ast ubi dormieris, caveat castissima coniunx,
Erres ne subito mistus sub nocte tomento.
Lendis forma tibi, statu non transilis ova,
Aequalis piperi, par est tibi forma cumini,
Fasciarii pondus, longi pars summa telonis.
Sic sepiam pelagus crispanti vertice gestat,
Sic niger inpellit pilulas de stercore zinzar
Araneosque leves digitis pendens in stamine bulla.

210

FELICIS

viri clarissimi

B. III 34.
M. 291.
B. IV 334.

De thermis Alianarum

Hic ubi conspicuis radiant nunc signa metallis
Et nitido clarum marmore fulget opus,
Arida pulvereo squalebat cespite tellus
Litoreique soli vilis arena fuit.
Pulcra sed inmenso qui duxit culmina caelo,
Ostendens pronis currere saxa iugis,
Publica rex populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuans numine saecla suo.

3 comples *B* 4 ex orio *B* uestis, *sed corr.*, *A* 5 maradros *B* formusca cauallus *B* 6 Polueris A^1 (Pulueris *A*) Volueris *B* brebis *A* est *B* 7 Ads ubi dormieri cueat *B* cabeat *A* 8 mistus *A B* 9 saltu *Burmannus* oba *A B* 10 ciceri *Baehrens* comini *A* 11 *num* Fasciculi? tĕmonis *Baehrens* 12 pelacus *A* 13 impellit *B* pilulos *edd.* zinzor *B* 14 lebes *A* digitis *om. α, sed cf. heptameter* 205, 13; 224, 6

210. De terminis alianarū felicis $\overline{\text{uc}}$. *A* 2 claro *A*, *corr.* A^1 3 cespide *A* 4 Litureq; *A*, *corr. Oudendorp.* arena *sic A* 6 *num* uiis? 7 thramundo *A* 8 nomina *A*, *corr. Schraderus* suis *A*, *corr. Schraderus*

Paruit imperiis mutato lympha sapore
Et dulcis fontes proluit unda novos.
Expavit subitas Vulcanus surgere thermas
Et trepida flammas subdidit ipse manu.

211
EIVSDEM

B. III 35.
M. 292.
B. IV 335.

Aliter

Nobilis insultat Baiarum fabrica thermis
Et duplicat radios fontibus aucta dies.
Hoc uno rex fecit opus Thrasamundus in anno,
Inclita dans populis munera temporibus.
Hic senibus florens virtus renovatur anhelis,
Hic fessos artus viva lavacra fovent. *p. 115*
Miscentur pariter sociis incendia lymphis
Et gelidos imbres proximus ignis habet.
Vtilis hic flamma est et nullos pascitur artus
Optaturque magis per nova vota calor.
Longior hic aegros morborum cura relinquit
Nec lavat in vitreis hic moriturus aquis.

212
EIVSDEM

B. III 36.
M. 293.
B. IV 335.

Aliter

Regia praeclaras erexit iussio moles,
Sensit et imperium calx lapis unda focus.

9 limfas *A* 10 dulces *A* undas nobos *A* 11 su(rgere *in ras.*) termas *A* 12 flamas *A*

211. Aliter eiusdem *A. sic* 212. 213. 214 1 insultat *i. e. despicit* balarũ *A* termis *A* 2 dublicat *A* 3 Hic unus *A* Hoc uno *Vossius* trasamundus *A* 4 populis *i. e. hominibus* temporibus *i. e. suo tempore* 5 anelis *A* 6 labacra *A* 7 limphis *A* 9 flammęst et nullos (*corr. ex* nullis) *A* 12 labat *A*

212. 2 calz *A*

Inclusus Vulcanus aquis algentibus hic est
Et pacem liquidis fontibus ignis habet.
Cum lymphis gelidis extat concordia flammae
Ac stupet ardentes frigida nympha lacus.
Vritur hic semper gaudens neque laeditur hospes
Et vegetat medicus pectora fota vapor.
Maxima sed quisquis patitur fastidia solis
Aut gravibus madido corpore torpet aquis,
His Thrasamundiacis properet se tinguere thermis:
Protinus effugiet tristis uterque labor.

213
EIVSDEM

B. III 37. M. 294. B. IV 336.

Aliter

Publica qui celsis educit moenia tectis,
Hic pia rex populis Thrasamundus vota dicavit,
Per quem cuncta suis consurgunt pulchra ruinis
Et nova transcendunt priscas fastigia sedes.
Hic quoque post sacram meritis altaribus aedem
Egregiasque aulas, quas grato erexit amore,
Condidit ingentes proprio sub nomine thermas.
Hic bonus inriguis decertat fontibus ignis,
Hic etiam ardentis [nemo] timet ora camini, *p. 116*
Plurimus hic imber gelidas adcommodat undas,
Hic aestus levis est, hic nullum frigora torrent,
Hic geminata dies per candida marmora fulget.

5 limfis *A* gestat cumcordia *A* hic stat α *in mg.* extat *scripsi* constat *Schrader* 6 Hac *A* nifa *A* (1 *a*) 7 hostes *A; corr.* A^1 8 uegitat *A, corr. m. rec.* tepidus α tota *Burm.* 9 Proxima *L. Mueller* fastigia *id.* 10 turpet *A* 11 Hic α th] t *A* propere *A* properat *a in mg.* termis *A* 12 Prodinus *A*

213. 2 trasamundus *A* dicabit *A* 5 sacra *A, corr. m. rec.* meritis *corruptum?* 7 Condedit *A* termas *A* 8 dertat *A* 9 *post* ardentis *lacuna quattuor litterarum in* $A\alpha$ nemo *Oudendorp.* 11 terrent *A* torrent *van Kooten* 12 gemina *A* marmore *A, corr. m. rec.*

Digitized by

214

EIVSDEM

B. III 33.
M. 892.
B. IV 336.

Aliter

Tranquillo, nymfae, deCurrite fluminis ortV;
Huc, proba, flagranti sVccedite, numina, FoebO,
Rupibus ex celsis ubi Nunc fastigia surgunT
Aequanturque polo toTis praecelsa lavacrA
Sedibus. hic magnis exArdent marmora signiS,
Ardua sublimes praevIncunt culmina termaE,
Muneraque eximius taNti dat liminis auctoR
Vnica continuae praeNoscens praemia famaE.
Non hic flamma nocet. vOtum dinoscite carmeN,
Discite vel quanto viVat sub gurgite lymphA.
Vandalicum hic renovAt caro de semine nomeN,
Sub cuius titulo meriTis stat gratia factiS.

B. V 182.
M. 1112.
B. IV 337.

215

In Anclas

Vandalirice potens, gemini diadematis heres,
Ornasti proprium per facta ingentia nomen.

214. De termi alianarum *B*. *Artificium Porfirii more institutum: primarum litterarum acrostichon, undeuicesimarum mesostichon, tricesimarum septimarum telestichon, rubris in A litteris distincta* (*nisi quod* 1 DEcurrite 2 Succedite; *in B solum acrostichon distinguitur*), *haec uerba formant:* Thrasamundus cunta innouat uota serenans *in quibus notabile est* cunta; *cf.* punto, santo *alia italica* 1 Tranquillũ nimfę *A* nimfe *B* hortu *B* 2 Hic *AB* Huc *Oudendorp.* flagrantis (s *eras.*) *A* succedituimine flebo *B* numine fębO *A* numina *uulg.* lumine *Heinsius* lumina *L. Muellerus* 4 Aaquanturquę *A* lauagrA *A* 5 Sedbus *A* 6 sublimes *B*, sublimes *uel* sidereae *a*| sedibus *A* praecingunt *Schraderus; sed sententia haec est:* thermae altiores sunt quam montes thermae *B* 7 eximiius *B* dant *B* luminis *AB*, *corr. Heinsius* 8 Vni *B* 9 fama noce *B* bOtum *A*, *corr. a* botum *B* dinuscitę *A* dentiscite *B* 10 quant//// *A* quanta *B* uiBat *A* uiuat *B* limfaA *A* 11 renobAt *A* claro *A* clarum *B*, *em. L. Mueller*

215. *cf.* 203 1 Vandalirícus (*Vandalorum rex*) *est Hildiricus rex qui regnauit a.* 523—530 2 probriũ *A*

Digitized by Google

Belligeras acies domuit Theodosius ultor,
Captivas facili reddens certamine gentes.
Adversos placidis subiecit Honorius armis,
Cuius prosperitas melior fortissima fecit.
Ampla Valentiniani virtus cognita mundo
Hostibus addictis ostenditur arce nepotis.

216

B. III 156
M. 940.
B. IV 337.

p. 211 **Postulatio muneris**

Sic tibi florentes aequaevo germine nati
Indolis aetheriae sidera celsa petant, *p. 212*
Sic priscos vincant atavos clarosque parentes
Exuperent meritis saeclaque longa gerant,
Sic subolis numerum transcendat turba nepotum
Nobilibusque iuges gaudia tanta toris:
Ne sterilem praestes indigno munere Musam,
Vtque soles, largus carmina nostra fove,
Imperiis ut nostra tuis servire Thalia
Possit et in melius personet icta chelys!

[XIX] 217

B. III 253.
M. 183.
B. IV 338.

p. 116 **Epistula. Amans amanti**

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
Fundunt colla rosas et cedit crinibus aurum,

3 domoit *A* 4 facile *A* certamina *A*, *corr.* A^1 5 placitis *A* 7 ualentiani *A* 8 nepotes *A*

216. *In BV ante* 217 *extat; de A cf. praefatio* Postolatio *A* 1 tibi *A*] ẽ *V*, *om. B* equebo *A* quęuo *B* aqueum *V* 2 aeternae *codd.* aetheriae *Schrader* patent *B*, *corr. m. sec.* 3 uincan *V* umcanatabo *B* atabos *AV*. — *u.* 3. 4 *cf. c.* 254 *u.* 37. 36 4 seclauq; *A* seglauce *BV* longarant *A* 5 sobolis *BV* 6 Nobilisbusq; *A* Nobilisque *V* riges *BV* gaudea *V*, *corr. m. pr.* 8 largos *A* fouet *A* 9 talia *AB* taetalis *V* possit *in u.* 9 *A* 10 Pessit *V*, *corr. m. sec.* iota *B* hicta *V* cęlis *ABV* Explicit *A*

217. XIX *addidi.* Incipit epistl (aepistola *V*) *sqq. BV* 1 sideriis *AB* 2 Fundant *B* fundunt *i. e. pulcri-*

Digitized by

Mollia purpureum †depromunt ora ruborem *p. 117*
Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis,
Ac totus tibi servit honos formaque dearum
Fulges et Venerem caelesti corpore vincis.
Argento stat facta manus digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso in stamine ludis.
Planta decens nescit modicos calcare lapillos
Et dura laedi scelus est vestigia terra;
Ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,
Nullos interimes leviori pondere flores.
Guttura nunc aliae magnis[ve] monilibus ornent
Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
Vel spoliata potes. nulli laudabile totum est:
In te cuncta probat, si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus et dulcia plectra Thaliae
Ad vocem tacuisse rear, qua mella propagas
Dulcia et in miseros telum iacularis amoris.
Langueo deficio marcesco punior uror
Aestuo suspiro pereo debellor anhelo,
Et grave vulnus alo nullo sanabile ferro.

tudine uincunt. cf. Hor. carm. I 13, 2. *Aen. I* 402 cedunt *A* caedit criuib; *V* 3 Mellea *Binetus* purporeum *AV* depromunt *non intellego* roborem *A* 4 Lacteque *B* amixtus sublimina *A* sangus (*postea corr.*) *A* 5 honor *V* 6 Fulgens et in uenerem *B* uinges *A* uinces *BV* 7 firma *A m. pr.* digitusque *A* 8 Sirica *B* Silica *V* traens *A* precioso *BV* in *om. BV. post* 8 *linea uacua V* 9 nesc *V* capillos *A* 10 laedis caelum *V* 11 cum *A* con *BV* uoles *Salmas.* 12 Nulli s̃. herimes *V* Nullo sint eris mes *B* 13 Guttula *B* ve *add. Dousa* mollibus *B* 15 laudare *A* 16 probent *B* probet *Boissonadius* cerne pos(*ex* pot)sit *B* 17 Sirenum *A* (Syr. A^1 *uel potius a*) cantas *V* taliae *AV* plectrat alie *B* 18 reas *B* reor *V* quam *B* melle *V* 19 misero *BV* 20. 21 *delet Binetus* 20 punir *A* o *sup. scr.* A^1 21 depellor *A* debellor *BV* anelo *A* anhelo *B* 22 alo *scripsi* alit *BV* aut *A* alis *Baehrens* (*recte*?), *sed u.* 22 *falso ante* 20 *ponens* Cor . . alit *a* sanimabile *V*

Digitized by Google

Sed tua labra meo saevum de corde dolorem
Depellant morbumque animae medicaminis huius
Cura fuget, ne tanta putres violentia nervos
Dissecet atque tuae moriar pro crimine causae.
Sed si hoc grande putas, saltem concede precanti,
Vt iam defunctum niveis ambire lacertis
Digneris vitamque mihi post fata reducas.

218

B. III 207. M. 979. B. IV 96. Buech. Petron. fg. 43.

[PETRONII]

De malis aureis amatori ab amata missis

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
Mittis et hirsutae munera castaneae. *p. 118*
Omnia grata putem; sed si magis ipsa venires,
Ornares donum, pulcra puella, tuum.
Tu licet adportes stringentia mala palatum,
Tristia mandenti est melleus ore sapor.
At si dissimulas, multum mihi cara, venire,
Oscula cum pomis mitte: vorabo libens.

23 meu *A, corr.* A^1 dolem *B* 25 cura *i. e. curatio* fugit *A* fulget *B* nec *B* pudres *A* nerbos *A* 26 Dissecit adq; *A* pro *ex* de *B* causo, *sed corr., V* curae *Baehrens* 27 saltim *BV* 28 nibeis *A* amuire *V, corr. m. sec.*

218. Petronii *S* (*cod. Bellouacensis Bineti*), *om. ABV* amator *A* amatori — missis *om. V* De . . missis *om. S* 1 Aurea mala decem misi *Verg. ecl.* 3, 71. *cf. Auson. epist.* 6, 1 Marcia *V, cf.* 715, 4 amittis (a *eras.*) *B* 2 irsute *B* 3 putem *libri* putes *Oudendorp.* 4 Hornares *B* domum *BV* pulchra *BVS* 5 exportes *BV* 6 Tristis *Heinsius* Tristia *VS* Tristicia *A* (ci *del. a*) Tristitia *B* meleus *B* sabor *B, corr.* B^1 7 Ad *A* Et si forte dissimulas *B* chara *Binet.* 8 Osque ledis morsu mittite (*siue* mitate *B*; mitte *V*) borauo *B* (uorabo, u *ex* b, *V*) libens *BV. In A omnia recte.* Os quali compremis multe *S*

Digitized by Google

B. I 142.
M. 246.
B. IV 340.

219

De Narcisso

Se Narcissus amat captus lenonibus undis.
Cui si tollis aquas, non est ubi saeviat ignis.

B. II 11 et V 193.
M. 706.
B. IV 340.

220

De Perdicca

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno
Fulgebat roseisque genis, cui lumina blanda
Fundebant flammas, crocei per colla capilli
Pendebant variosque dabant sibi saepe colores.
Fulvus poples erat, nitidus pes. omnia rident,
Quidquid habet iuvenis. solus vincebat Adonem.

B. I 28.
M. 586.
B. IV 340.

221

De Cupidine

Sol calet igne meo. flagrat Neptunus in undis.
Pensa dedi Alcidae. Bacchum servire coegi,
Quamvis 'Liber' erat. [feci mugire Tonantem.]

219. *Pentadio tribuit Scaliger.* Dạe nasciuo *V* 1 norcissus *B* narcisus *V* 2 ñ ÷ *V*

220. De ꝑdica *B* De gillonę de perdica *V* 1 ꝑdica *V* eui *B* 2 blanda *A* blandas *B* blandis *V* 3 fulgebant *BV* ꝑcella *B* 4 siui sępę *A* 5 Fuuluus *A* Fulbos *B* fulbuus *V* (fuluidus *m. 2*) pople *A* erant *B* niditus *A* ꝑ *V* rident *BV*] habebat ridens *A* habebat *Baehrens* 6 Quid habit *A* Quicquid habent *B* auet *Baehrens* cullus *B* uenis cullus u *erasa in V* ädone *BV*

221. *cf. quae dixi ephem. gymnas. Austr.* 1867 *p.* 393 *sqq.* 1 Sol *ABV Cyriacus* Mars *Petauianus et Vossianus Claudiani* meũ *A* Nept. flagrat *Pet. Voss.* 2 pensa redi tandem *Cyriacus Anconitanus ex inscriptione 'super statuam Veneris'; ex eo Apianus et Gruterus p. LX ('Romae in B. Mariae Maioris' Ap. Gr.)* alcidi *BV* baccũ *AB* bachum *V* *V desinit in* coegi (*u.* 2), *AB in* erat (*u.* 3). *Addunt Pet. et Voss.* (*cf. Claudiani Magnes u.* 53): feci mugire Tonantem (*ita tamen ut cum illis u.* 2 Bacchum seruire coegi *commutent*), *sed Cyriacus et haec et:* Martem

Digitized by Google

222

B. II 183.
M. 835.
B. IV 185.

De libris Vergili ab asino comestis

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
O fatum Troiae! aut ecus aut asinus!

223

B. I 176.
M. 549.
B. IV 186.

CORONATI

viri clarissimi

Locus Vergilianus:

'Vivo equidem vitamque extrema per omnia duco.'

[Sunt vero] versus XXIII

XX **Aspera diverso lassatur vita dolore**
Et morti vicinus eo vivitque dolori
Aegra salus. nostras cruciant dum flamina mentes, *p. 119*
Vitae flatus abit. quantos post Pergama casus
(Vidit enim praeclara manus), quos saepe dolores
Pertulit atque iterum quas sensit Troia ruinas!
Plus cecidit post fata Phrygum: nunc ipsa cremata est
In natis incensa suis recidivaque morti

sine Marte subegi 3 Quauis *A* Q. erat liber feci *sqq. et* 4 Quam liber erat Martem *sqq. Cyriacus*

222. uirgili *A* uergili *B* comesti *A* sino comestis De li bris uergilii ab a *sic V* 1 illiaci *AB* consumpsit *B* c̃sũpsis *sed corr. V* 2 equus *uulgo*

223. TEMA INCIP LOCUS UIRGILIANUS · UIUO . . . DUCO · UIRI CLARISSIMI CORONATI *A et* (*qui* Thema . . uergilianus . . ūc̃) *B* URSUS XXIII *add. A omnia rubro colore scripta.* (*Hoc est: sylloga hic incipiens constat* 23 *carminibus c.* 223—253. *cf. quae dicam ad c.* 254 *inscr.*) XX *A rubro colore in mg. Locus est ex Aen. III* 315 1 lassatur *Burmannus* laxatur *AB* uexatur *Petschenig* luxata est *α* 2 moriti *B sed corr.* uiuique *B* 3 nras *A* 4 abiit *AB* quantus *A* ergama *B* 5 enim] em *A*, idem *B* quos *om. B* 6 Pertullit adq; *A* qua *B* 7 facta *A* frigũ *A* frigoco *B* 8 Ignatis *AB*

Digitized by

Iuncta est et casum †meruit miseranda †maritum.
Traditur infestis semper nova nupta procellis
Et flammas habet ipsa suas taedasque ministrat
Sola sibi. non †lucis eget, non ignibus umquam:
De facibus micat ipsa suis lumenque nigellum
Possidet infelix semper. quas aequoris iras,
Quas caeli terraeque lues miserabile vulgus
Pertulit, errantes saevis Tritonis in undis!
Atque domus mihi pontus erat Phrygiique penates
Et quasi iam pirata fui, lacrimisque profusis
Inter aquas †siccabat homo nostrasque profecto
Fluctibus addebant; fluctus crescebat in astra,
Et mihi naufragium nostri fecere liquores.

223ª

Iam mulier sibi nauta fuit, iam Virginis astrum
Vidit virgo, potens fortes torquere rudentes
Et remis aptare manus; curaque vigente
Nocte vigil fuerat. non norat femina somnum;
Sideribus iam docta poli (labor ipse magistram
Fecerat astrorum) norat venientia fata.
Non ver tranquillum fuerat, non mollior aestas;
Sideribus tempus, requiem non denique norat.
. . . . . .

9 est est et *A* caesum *uulgo* malignum *Baehrens* et casus iterum miseranda recepit *scribere non alienum erit* 10 nouã *A*, *corr.* A^1 nupta] praeda *Baehrens* 11 flamas *B* 12 egit *A*. *possis* luce caret 15 que *om.* *B* uulnus *B* 16 Pertullit *A* sepius *AB* eritonis *B* 17 Ad *A*. Adq; *a* frigiiq; *A* frugumq; *B* 18 pęrata *B* lacrimique *B* profus≡is (*ex* -us) *A* 19 aquas] *meas lacrimas* secabat *B* humus *Oudendorp.* nostroque *AB*, *corr. Oudendorp.* 20 addebant *AB* addebat *Oudendorp.* fluctus] fluctibus *B* astris *AB*, *corr. Oudendorp.*

223ª *ex carmine de Minerua Argo nauem gubernante decerptum puto. Baehrensius a* 223 *alienum esse dubitanter putat* 1 astrum *A* astri *B* 5 nam *Baehrens* 6 Fecerit *B* ñ erat *B* uenientiũ *A* 8 Sederibus *B finem deesse puto*

224

B. III 190.
M. 925.
B. IV 341.

De electione coniugii

Moribus et vultu coniunx quaeratur habenda.
Horrida nam facies nullo celatur ab auro. *p. 120*
Si quis erit sponsus, talem qui ducat, avarus,
Horret et ipse suam: feditas dissolvet amorem.
Sequitur illa calens, dorsum dabit ille calenti;
Cogetur fervore suo clunem submittere asello,
Concubitu turpi monstrum paritura biforme,
Quem mater ipsa suum timeat contingere natum.
Discite, formosas aurum superare puellas.

225

B. V 154.
M. 1088.
B. IV 341.

De esiciata

Amisit proprias vacuato corpore carnes
Accepitque novas. dedit ac tulit et grave lucrum
Perdendo adquirit. damno bene crevit in illo.

224. Conlugii de electione *V*. *Versus pessimi, cf.* 4 fĕditas, 5 Sēquitur, 8 măter. *Est in B V et in Casanatensi B IV* 18 *saec. IX* 1 E uultu maribus *L. Muellerus* uultus *B* coniux *V* abenda *A* habenda *BV* 2 Orrida *A* multa *B* multo *AV* nullo *Schraderus* celeratur *A* 3 qui] si *ABV* 4 Horrit et *A* Horreat *L. Muellerus* feritas *Binetus* disoluit *A*, -uet *corr. m. pr.*(?) dissoluit *B* 5 *dedi ex ABV.* Illa calens sequitur *Burm.* dorsum *om. B* dauit *A* 6 *sic ABV; cf. heptametri* 205, 13. 209, 14. fervore] que *olim edd.* feruens *Baehrens* crura *V* suras *Binetus* submitteret *sed corr. V, cf. Iuuenalis* 6, 334 7 Concubito *A* c̃cubitū *V* mo(*ex* me)nstrum *A* biformem *AB* biformę *V* 8 Mater quem *L. Muellerus* Mater ut *Baehrens* ipsā *A* contigere *B* 9 formonsas *AB*

225. 1 probrias *A* 2 Accipitq; *A* tollet *A* lucro *A* 3 illa *A*

Digitized by Google

226

B. V 155.
M. 550.
B. IV 342.

CORONATI
viri clarissimi

Aliter unde supra

Mortua fit praedo; pullorum turgida membris
Ex aliis crescit nec sese repperit in se.

227

B. V 156.
M. 552
B. IV 342.

DONATI
De ovata

Ovorum copiosa phalanx in ventre tumentis
Conditur et membris crescit gallina repletis.
Mortua concepit, quantum nec viva creavit.

228

B. I 177. V 157.
M. 551.
B. IV 342.

CORONATI
viri clarissimi

Vnde supra

Medeam fertur natos Prognenque necasse:
Haec natis atavisque simul vel caede sororum
Crescit; plus moriens sumpsit de prole tumorem.

229

B. V 158.
M. 1089.
B. IV 342.

De pressa

Turgida sum moriens sollertique arte defixa.
Crescens decresco, nomine pressa vocor.

226. Aliter unde supra uc̄ Coronati *A* 1 me≡mbris *A* 2 reperit *A*

227. De obata Donati *A* 1 Oborum *A* fallax *A* (falanx *a*) 2 crescet *A*

228. Vnde sūp. uc. Coronati *A* 1 prognemq; negasse *A* 2 Haec *ego* En *A* Ex *Meyer.* atabisq; *A* uel: ue *in ras. A* sorum *A, corr. Mueller* 3 *interpunxi* prole] caede *α*

229. 1 Turgita *A* solertisq; *A* dĕfixa *A* refixa *edd.* reficta *Petschenig, num* referta?

Digitized by Google

230

B. V 159.
M. 1090.
B. IV 342.

De mistu asso

Perna, lepus, turtur, perdix, Iunonius ales,
Agnus, porcellus iunguntur, candidus anser.
Aethera quod pontusque, altrix quod terra creavit, *p. 121*
Cernimus esciferum paulatim sumere ventrem.

231

B. V 160.
M. 1091.
B. IV 342.

De pastillo coceti

Blandum mellis opus sollerti fingitur arte.
Faucibus hoc dulce est, dentibus interitus.

232

SENECAE

B. III 95.
M. 131.
B. IV 55.

De qualitate temporis

XXI Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,
Omnia sede movet, nil sinit esse diu.
Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,
Subsidunt montes et iuga celsa ruunt.
5 Quid tam parva loquor? moles pulcherrima caeli
Ardebit flammis tota repente suis.
Omnia mors poscit. lex est, non poena, perire:
Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

230. De missu assu *A, corr. Klapp* De missu (*ferculo*) asso *conieceram* 3 Ętera *A* Aethra *Duebnerus*

231. De pastillu cocten *A, correxi* De p. coceto *Baehrens* De pastilli coctu *Meermannus* 1 solerti *A* 2 interitū *A*

232. *Inscr. ex ABS dedi. Est et in Casanatensi, ut* 224 qualita *B* 2 mouit *A* sinet *AB* 3 litura *A, corr. A*¹ siccat *ABS, corr. Heinsius* 5 Qui dam *B* locor *B* pulcerima *A* 6 repenta *B. cf. Seneca epp.* 91, 11

Digitized by Google

233

†CAESARIS

B. II 230.
M. 554.
B. IV 102.

De libris Lucani

Mantua, da veniam, fama sacrata perenni:
Sit fas Thessaliam post Simoenta legi.

234

PENTADI

B. III 105.
M. 251.
B. IV 343.

De fortuna

Res eadem adsidue momento volvitur uno
Atque redit dispar res eadem adsidue.
Vindice functa manu Progne pia dicta sorori,
Impia sed nato vindice functa manu.
Carmine nisa suo Colchis fuit ulta maritum,
Sed scelerata fuit carmine nisa suo.
Coniugis Eurydice precibus remeabat ad auras:
Rursus abit vitio coniugis Eurydice.
Sanguine poma rubent Thisbae nece tincta repente:
Candida quae fuerant, sanguine poma rubent.
Daedalus arte sua fugit Minoia regna:
Amisit natum Daedalus arte sua. *p. 122*

233. Cesaris (Cesar *C*) de *sqq. ACS* Distichum Alcimii *cod. Probi comment. Vergiliani Paris.* 8209, *cf. Keilii ed. Prob. p.* 68 *et quae dixi Ztschr. f. oesterr. Gy.* 1867, 439 1 Mandata uenia *A* famae *Dousa* 2 tessaliũ *A, corr.* ũ *in* ã A^1 thessaliũ *C* pharsalia *cod. Par.* 8209 pos *A* ꝑ *C* simenta *A*. *Neronis esse ci. Ziehen*

234. Pintati de furtuna *A* ntadi/// fortuna *B* Pintadie fortuna *V* 1 adsuo *B* adsiduo *V* 2 Adq; *A* res] es *A* adsiduo *V* 3. 4 facta *ABV* functa *L. Muellerus* dicti *V* 4 undice *V, sed corr.* 5. 6 Crimine *Schrader.* Carmina *B* nisa *ego* uisa *ABV* fisa *Baehrens* 5 cholchis *V* ultra *BV* 7 Euri(y *m. pr.?*)dici *A* Eurithice *B* 7. 8 Euridice *V* 7 at *V m. pr.* 8 Rur *A* habit *B* habet *V* 9 rubrent *V* Thysbaeo *Heinsius* Thisbae *L. Muellerus* tristi *ABV* 10 fuera^{n}t *A* 11 sua *om. A* minonia *B*

Munere Palladio laeti qua nocte fuere,
Hac periere Phryges munere Palladio.
Nate, quod alter ades caelo, sunt gaudia Ledae;
Sed maeret mater, nate, quod alter ades.
Hostia †saepe fuit diri Busiridis hospes,
Busirisque aris hostia †saepe fuit.
Theseus Hippolyto vitam per vota rogavit,
Optavit mortem Theseus Hippolyto.
Stipite fatifero iuste quae fratribus usa est,
Mater saeva fuit stipite fatifero.
Sola relicta toris flevisti [in] litore, Gnosis;
Laetatur caelo sola relicta toris.
Aurea lana fuit, Phrixum quae per mare vexit;
Helle qua lapsa est, aurea lana fuit.
Tantalis est numero natorum facta superba,
Natorum adflicta Tantalis est numero.
Pelias hasta fuit, vulnus grave quae dedit hosti;
Hoc quae sanavit, Pelias hasta fuit.
Per mare iacta ratis pleno subit ostia velo,
In portu mersa est per mare iacta ratis.
Lux cito summa datur natusque extinguitur infans
Atque animae prima lux cito summa datur.

13 quam *B* loeti quia *V* 14 Ac *BV* friges *ABV* 15 adē *V* ades *Pithoeus* adest *AB* sunt] s̄ *in ras. V* gaudio *A* gaudi *V* lęte *V*, d *supr.* t *scr.* 16 meret *ABV* adest *codd.* ades *scripsi* (alter *i. e. u.* 16: *tantum unus ex duobus*) abes *Pithoeus* 17. 18 saepe *ABV* saeua *L. Muellerus* et ipse *Heinsius* sacra *conicias* lege *Schenkl, recte?* 17 Hostias *A* B.] b; irib; *A* b; hiridis *B* b;iridis *V* ospes *V* 18 Busiritis aris hostias *A* Busiridis horis *B* Busridis oris *V* 19 hyppollito *A* thereus yppolito *V* 19. 20 hippolito *B* 20 Obtauit *A* hyppolito *A* yppolito *V* 21 q; *B* ausa *ABV*, *corr. Heinsius* 23 in *om. ABV* fleuit in *Petschenig* gnotis, *sed corr., B* 24 cęlos *A* thoris *A* 25 frixū q; *BV* uixit *BV* 26 Helles *ABV* (*cf. c.* 21, 204) 27 est *om. A* superua *A* 28 afflicta *A* 29. 30 asta *A* 29 asta *B* hostis *AV* h osti *B* 30. 31 *om. BV* 30 Hoc quoq; *A* 31 Post *A* uela *A* 32 mersa *Heinsius* uersa *ABV* post *AB* ṗ *V* per *Pithoeus* 33 extinguit *B* imfans *V* 34 Adq; *A* primae *Oudendorp.*

Sunt mala laetitiae diversa lege creata,
  Iuncta autem adsidue sunt mala laetitiae.

235

EIVSDEM

B. V 69.
M. 252.
B. IV 344.

De adventu veris

Sentio, fugit hiems; Zephyrisque animantibus orbem
  Iam tepet Eurus aquis. sentio, fugit hiems. *p. 123*
Parturit omnis ager, persentit terra calores
  Germinibusque novis parturit omnis ager.
Laeta virecta tument, foliis sese induit arbor,
  Vallibus apricis laeta virecta tument.
Iam Philomela gemit modulis, Ityn impia mater
  Oblatum mensis iam Philomela gemit.
Monte tumultus aquae properat per laevia saxa
  Et late resonat monte tumultus aquae.
Floribus innumeris pingit sola flatus Eoi
  Tempeaque exhalant floribus innumeris.
Per cava saxa sonat pecudum mugitibus Echo
  Bisque repulsa iugis per cava saxa sonat.
Vitea musta tument vicinas iuncta per ulmos;
  Fronde maritata vitea musta tument.
Nota tigilla linit iam garrula luce chelidon;
  Dum recolit nidos, nota tigilla linit.

35 creati *ABV* 36 autem *scripsi*] tam *AV*, m *B*. *an* tamen nimiae? adsiduae *ABV* s̃ *V* leticię *A*

235. Pintadi *V* ueneris *V* 1 hiemps zephirisq; *B* zepherisq; *A* amantib; *V* 2 equis *ABV* fuit *B* hiens *A* hiemps *BV* 3 persenti *B* cera *ABV* 4 nobis *V* oms *V* 5 foliis *Pithoeus* folio *ABV* 6 apriscis *BV* tunent *B*, *corr.* B^1 7. 8 filomella *A* philomella *V* 7 modolis sytin *A* ityn] tot *B* itin *V* 9. 10 aq; *A* 9 pes *B* leuia *ABV* 10 rosonat *A* resanat *B* rore sonat *V*

11 patus *B* pat' *ex* patˉ *V* 12 Temporeaque *V* exalant *BV* 13 pecodũ *AV* 14 *sic A*. Uisque *B* Usque *V* uoxque *a* 15 Uidea *A* iunctas *A* uincta *Heinsius* uiteã (˜ *eras.*) *A* 17 garula *A* garulla *B* lucem *A* uoce *Meyer* celidon *ABV*

Digitized by Google

Sub platano viridi iucundat somnus in umbra,
Sertaque texuntur sub platano viridi.
Tunc quoque dulce mori, tunc fila recurrite fusis,
Inter et amplexus tunc quoque dulce mori.

236

SENECAE

B. III 12.
M. 129.
B. IV 55.

De Corsica

Corsica Phocaico tellus habitata colono,
Corsica quae Graio nomine Cyrnos eras,
Corsica Sardinia brevior, porrectior Ilva,
Corsica piscosis pervia fluminibus,
Corsica terribilis, cum primum incanduit aestas,
Saevior, ostendit cum ferus ora Canis:
Parce relegatis; hoc est: iam parce solutis!
Vivorum cineri sit tua terra levis! *p. 124*

237

[EIVSDEM]

B. III 13.
M. 130.
B. IV 56.

[Item]

Barbara praeruptis inclusa est Corsica saxis,
Horrida, desertis undique vasta locis.

19 Sup *V* iucunda *ABV* iucundat *Meyerus* iucundus *Burm.* sumnus *A, corr.* A^1 summimus *B* ubra *A* est olim *addidi* 20 su *V* pladano *A* uiri *B* 21 Dulcę *V* recurite *B* fu^{s}is *A* fi^{u}sis *V* 22 Intr *B* amp(p *ex* f)lexus *A* duce *B*

236. Se(Sae *B*)necae (*om.* de Corsica) *AB* De Corsica, *om.* Senecae *nomine, V* 1 focaico *AB* focaio *V* 2 graio *V* pario *AB* patrio *a* cirnos *B* cyrnus *V* cyrn^{u}s (u *add. a, ut uid.*) *A* era≡s (*ex* erat?) *A* 3 sardinię *A* cordanie *B* silua *B* illa *V* 4 flaminibus *B* 5 terri ibilis *B* 6 cum *V* | ec *AB* cum ecferus *Schenkl* ianis *A, corr.* A^1] nis *B* 7 religatis *AB* sepultis *V* 8 cineris *V*

237. Eiusdem *uel* Item *add. edd. Nullum interuallum in ABV* 2 Horrita *A* unq; *B* Horride, *corr. m. pr. in mg., V*

Non poma autumnus, segetes non educat aestas
Canaque Palladio munere bruma caret.
Imbriferum nullo ver est laetabile fetu
Nullaque in infausto nascitur herba solo.
Non panis, non haustus aquae, non ultimus ignis;
Hic sola haec duo sunt: exul et exilium.

B. V 14.
M. 1026.
B. IV 56.

238

De [die] occiduo

Iam nitidum tumidis Phoebus iubar intulit undis,
Emeritam renovans Tethyos amne facem.
Astra subit niveis Phoebe subvecta iuvencis,
Mitis et aetherio labitur axe sopor.

238ª

. . . . . .

Adludunt pavidi tremulis conatibus agni
Lacteolasque animas lacteus umor alit.

B. II 12.
M. 186.
B. IV 77.

239

Laus Xersis

Xerses magnus adest. totus comitatur euntem
Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?

3 segites non ducat *A* 4 pallidio *B* 5 Imbrifero *B* Umbrorũ nullo (u *m. 2*) uere ẽ *V* feto *B* foetu *V* 6 Nulloq; *V* infauto *V* erba *A* solo *ex* suo *B* 7 austus *A* haustus *B* utilis *Barthius* 8 Hę *A* Haec *B* Hic *V*

238. De ouidio *A*, *correxi* De ouili *L. Mucllerus* 1 mitidum *A* fębur *A*, -us *a* intullit *A* 2 renobans thedidis amnẽ *A*, *corr. Heinsius* 3 foebes *A*

238ª. *quae est particula carminis rustici, a c.* 238 *secreui* 1 cum matribus *a*

239. Xerxis *uulgo. cf. c.* 442. *Tabulae pictae subscriptum putat Ziehen* 1 Xersis *A*, -es *m. rec.* comitatus *A*

Digitized by Google

Tellus iussa facit, caelum texere sagittae,
Abscondunt clarum Persica tela diem.
Classes fossus Athos intra sua viscera vidit,
Phryxeae peditem ferre iubentur aquae.
Quis novus hic dominus terramque diemque fretumque
Permutat? certe sub Iove mundus erat.

240

B. I 30.
M. 588.
B. IV 345.

Cupido amans

Quis me fervor agit? nova sunt suspiria menti.
Anne aliquis deus est nostro vehementior arcu?
Quem mihi germanum fato fraudante creavit *p. 125*
Diva parens? [satis] an [mea] spicula fusa per orbem
Vexavere polum laesusque in tempore mundus
Invenit poenam? sed si mea vulnera novi,
Hic meus est ignis; meus est, qui parcere nescit.
In furias ignesque trahor! licet orbe superno,
Iuppiter, exultes; undis, Neptune, tegaris;
Abdita poenarum te cingant Tartara, Pluton:
Inpositum rumpemus onus! volitabo per axem
Mundigerum caelique plagas pontique procellas
Vmbriferumque Chaos; pateant adamantina regna,
Torva venenatis cedat Bellona flagellis!
Poenam mundus amet, stupeat, vincatur, anhelet!
Instat saevus Amor fraudemque in vulnere quaerit!

6 Eryxeę pedidem *A* 7 nouum *A*, *corr.* *a* dominus *Doruillius* hominum *A* terraq; *A* fretuq; *A* 8 iouem *A*

240. 1 ferauorgit *A* mentis *A*, *corr.* *α* 2 ueaementior *A* 3 germano *A* partu *Baehrens* 4 satis *et* mea *add. Wakkerus* 5 mundũ *A* 6 p.] ṁụṅḍụ̃ pęnã *A* 8 traor *A* 9 exultes *scripsi* ex altis *A* et salsis *Wakkerus* 10 penarũ *A* Taenarium *Baehrens* est ingum *A*, *corr. Oudendorp.* 13 caos *A* adamantica *A* 14 Turba *A* 15 Pęna *A* uix (uis *α*) maior *A*, uincatur *scripsi* anhelat *A*, *correxi* 16 Instat *scripsi* In se *A* Inde *α* uulnera *Baehrens* quaerat *A* quaerit *α*

Digitized by Google

241

B. — M. —
B. IV 346.

De rore

Cumque sereniſluo sudat nox humida caelo,
Mane rigent herbae vitreaque aspergine lucent
Gramina et in gemmis stabiles tenet aura liquores

242

B. II 176.
M. 869.
B. IV 183.

Vnde supra

Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar,
  Hoc uno: amissum (quod gemo) Vergilium.
Et vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
  In quibus Aenean condidit ore sacro.
Roma rogat, precibusque isdem tibi supplicat orbis,
  Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Anne iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit?
  Fac laudes Italum, fac tua gesta legi,
Aeneidemque suam fac maior †Mincius ornet: *p. 126*
  Plus fatis possunt Caesaris ora dei.

241. *carminis fragmentum* 1 serenifico *L. Muellerus* cedat *Petschenig* 2 erbe uitreoq; aspargine *A* 3 Graminętin gem$\overset{\text{m}}{\equiv}$is stabilem tenet auras ligores *A*

242. Vnde supra *A, quae inscriptio ad carmen aliquod in A omissum respicit, fortasse ad c.* 672. Decastica Cornelii poetę. prefecti Ęgipti · Virgilii Maronis amici ad Octauianum Augustum *V(aticanus 1575 saec. XI)*. Supplicatio Cornelii Galli ad Augustum Caesarem *cod. Florent.* 39, 9 *a.* 1464 *scriptus; similiter alii y (recentes) et editiones Vergili antiquissimae* 2 amisso *V* quod] quem *Vy* fleo *y* uirgilium *AV* Non .. amisso .. Vergilio *Baehrens* 3 Et *scripsi* Sed *AVy* relegis si *A* patiare *V, recte?* ni tu paterere *Froehner* 4 condecondedit *A, corr. m. ant.* 5 que isdem *A*] que idem *V* totus *uel* etenim *y* 6 monimenta *V* ducunt (t *deleuit alia manus*) *A* 7 Adq; *A, corr. Barthius* Atque *V; sic uel* Nempe *y* cremauit *A* 8 tua facta *Vy* 9 Aeneamque suum *ed. Veneta a.* 1480, *all.* mincius *A* mitius *V* nuncius *y* 10 diei *A, corr. a*

Digitized by Google

243

B. V 175.
M. 1105.
B. IV 183.

De equis aeneis

Quae manus hos animavit equos? quis [in] aere rigenti
Currere velle dedit et in aethere quaerere cursus?
Spirant aerias involvere cursibus auras,
Arte citi sed mole graves, properante metallo.

244

B. I 175.
M. 1612.
B. IV 184.

Thema: Turne, in te suprema salus

Turne, spes Italum, custos fortissime regni,
Si properes! muros arces civesque Latinos
Non solitis urguet Troianus viribus hostis.
Sed potiora premunt. Quem nunc (ignosce) fugavit,
Nec pugnae inferior nec belli (crede) relictor
Adserar. armatus timendo fulmine miles
Nec culpam nec crimen habet; nam bella minatus
Nunc gerit Aeneas: reverendi fragor Olympi
Ex umbone tonat, caelestes concita flammas
Hasta iacit, oculis elatus ingerit ensis
Fulgura, progeniesque dei testata vigorem
Numinis antiqui spoliavit fulmine caelum
Et tulit arma Iovi. quod felix turba deorum
In saevos quondam potuit conferre Gigantes,
Aeneas nunc solus habet urbisque ruinam

243. 1 quis sęre *A*, *correxi* quibus aere *α* 2 uellit dedit *A* 3 ęrias *A*

244. Tema *A* subrema *A*, *corr. inter scrib. A*¹. *Verg. Aen. XII* 653. *Carmen uitiis prosodiacis scatet* 1 fortissimi *A* 3 urg^{u}et homanus *A*, *corr. α* 4 Quem *scripsi* Quare *A* Quae *Burmannus* nun (mi *Baehrens*) ignusce fucaci *A*. *At quis se* fugacem *dicat?* fugauit *scripsi* 5 caede *α* bello — relicto *Burm.* 6 metuendo *Burm.* fulmina *A*, -ine *Baehrens* 6 *sq.*: *Aeneas fugam meam culpae crimininue esse non sinit* 7 abet *A* minatus *Burm.* mutatus *A* 8 Dum *α* reuerendo *A* olimpi *A m. pr.* 9 concida *A* 10 flatus *A*, *corr. Burm.* ingerẹt *A m. pr.* 11 Fulgora *A* 13 tullit *A* 14 sęuus *A*

Saevo Marte parat, Italasque evertere turres
Non ariete gravi, non torti turbine saxi
Disponit, spernit belli tormenta magister;
Et memor, exitio Troiam sic esse sepultam,
Iam faces, non tela iacit. scit quippe tyrannus,
Iliacas sine face domus stetisse per aevum. *p. 127*
Heia age, curre, precor; te mater rexque Latinus,
Turba senum, lacrimans Lavinia virgo requirit.

245—252
FLORI

De qualitate vitae

B. I 21.
M. 213.
B. IV 346—348.

245

Bacche, vitium repertor, plenus adsis vitibus,
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari,
Conditumque fac vetustum, nec malignis venulis
Asperum ducat saporem versus usum in alterum.

B. III 114.
M. 214.

246

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens:
Dulce de labris locuntur, corde vivunt noxio.

16 Seuu *A*, *corr.* A^1 uertere *A* 17 Dissponit *A* 18 turmenta *A* 19 Set *Baehrens* exitii *A*, *corr. id.* 20 Iam *A. num* Ille? iac(it *in ras. m. pr.*) *A* tyrrannus *A* 21 Illiacas *A* stetisse *i. mansuras fuisse* 22 precor] puer α $\overset{x\,u}{\text{reqe}}$ *A m. pr.* 23 labinia *A*

245. Flori *A* Floridi *B* De qualitate uini *(ad solum c.* 245*) Otto,* uitium *Lucianus Muelleri* 245 - 252 *in A B sine interuallis cohaerent. In Vindobonensi* 9041 *quem Sannazarius scripsit cum B fere congruunt* 1 uitum *B* 2 comparandum *B* 3 nec *A*| ne *B* $\overset{u}{\text{uenilis}}$ *A* suenuΞlis *B* 4 dicat *B* uersus usum uin alterum *A* uersus usum in altero *B* uersum usus in alteros *m. rec. in A*

246. 1 uiros *A*, *corr. littera unciali* ulcus *Bouhier*

247 R. I 17. M. 215.

Sic Apollo, deinde Liber sic videtur ignifer:
Ambo sunt flammis creati prosatique ex ignibus;
Ambo de donis calorem, vite et radio, conferunt;
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

248 B. III 265. M. 216.

Quando ponebam novellas arbores mali et piri,
Cortici summae notavi nomen ardoris mei.
Nulla fuit exinde finis vel quies cupidinis:
Crescit arbor, gliscit ardor: animus implet litteras.

249 B. III 113. M. 217.

Qui mali sunt, non fuere matris ab aluo mali,
Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

250 B. III 111. M. 218.

'Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
Quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas.'
Nemo non haec vera dicit: nemo non contra facit.

247. 2 sun *A* 3 donis *Schraderus* comis *AB* uitę *A*, *om. B* conserunt *B*

248. 1 arboris *B* pyri (yri *in ras.*) *A* 2 corticè *A* sume *B* 3 fuit *Schraderus* fit *AB* 4 ardor *A*] arbor *B* animus *Peerlkampius*] ramus *AB* r. implet *i. e. r. crescens auget*

249. 1 abs *uel* ex *Pithoeus* aluo *trisyllabum est. cf. Theognis* 305 *sq.* «*Τοὶ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην*»

250. 1 Sperneš more *A* officia *A* offugia *B* offucias *a* 2 urbem *AB* 3 malum *B* sogrates *A* (-tas *a*) CCC socreteas *B* *u.* 4, *sequenti carmini in AB edd. adiunctum, huc transposui. Nam* 'contra facere' *nemo poterit contra utraque quae mala c.* 251 *dicuntur, sed contra praeceptum illud spernendi mores transmarinos* 250, 1 *datum facile quiuis faciet. Flori carmina disticha et tetrasticha sunt. cf. anthol. graeca* X 116 «*Οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται*» *Λέγουσι πάντες καὶ γαμοῦσιν εἰδότες*

Digitized by Google

B. III 112.
M. 219.

251

Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est.
Tam malum est audere semper, quam malum est semper pudor.
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui.
Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi. *p. 128*

B. III 115.
M. 220.

252

Consules fiunt quotannis et novi proconsules:
Solus aut rex aut poeta non quotannis nascitur.

253

REPOSIANI

B. I 72.
M. 559.
B. IV 348.

De concubitu Martis et Veneris

Discite securos non umquam credere amores.
Ipsa Venus, cui flamma potens, cui militat ardor,
Quae tuto posset custode Cupidine amare,
Quae docet et fraudes et amorum furta tuetur,
Nec sibi securas valuit praebere latebras.
Inprobe dure puer, crudelis crimine matris,
Pompam ducis, Amor, nullo satiate triumpho!
Quid conversa Iovis laetaris fulmina semper?
Vt mage flammantes possis laudare sagittas,
Iunge puer teretes Veneris Martisque catenas,
Gestet amans Mavors titulos et vincula portet
Captivus, quem bella timent! utque ipse veharis,
Iam roseis fera colla iugis submittit amator;

251. 1 habere habere nummos *B* 2 est p pudor *A* est semper pauere *B* pauor *Lipsius* 3. 4 quam] tam *A*
252. 1 quodani *B* 2 quodannis *A B*
253. Nepotiani *Wernsdorfius* De *om. A* 1 securus nonnumquam *A* 3 costode *A* 5 secura *A* 8 Quid *Burm.* Quod *A* Quo *Oudendorp.* 12 timēt *A* (timet *a*) uearis *A* (*sc. triumphali curru*) 13 submittat *Burm.*

Post vulnus, post bella potens Gradivus anhelat
In castris modo tiro tuis, semperque timendus
Te timet et sequitur qua ducunt vincla marita.
Ite, precor, Musae; dum Mars, dum blanda Cythere
Imis ducta trahunt suspiria crebra medullis
Dumque intermixti captatur spiritus oris,
Carmine doctiloquo Vulcani vincla parate,
Quae Martem nectant Veneris nec brachia laedant
Inter delicias roseo prope livida serto.
Namque ferunt Paphien, Vulcani et Martis amorem,
Inter adulterium vel iusti iura mariti
Indice sub Phoebo captam gessisse catenas. *p. 129*
Illa manu duros nexus tulit, illa mariti
Ferrea vincla sui. quae vis fuit ista doloris?
An fortem faciebat amor? quid, saeve, laboras?
Cur nodos Veneri Cyclopia flamma paravit?
De roseis conecte manus, Vulcane, catenis!
Nec tu deinde liges, sed blandus vincla Cupido,
Ne palmas duro †comodus vulnere laedat.
Lucus erat Marti gratus post vulnera Adonis
†Pictus amore deae, si Phoebi lumina desint
Tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret,
Quem Byblis coleret, dignus quem Gratia †servet.
Vilia non illo surgebant gramina luco,

14 gradib; *A* 15 tyro *A* 16 qua di·cunt *A* mariti *A* marita *Oudendorpius* 17 cithere *A* cyt. *a* 18 traunt *A* 19 spiritus] sp̃s *A* 20 uulgani *A* 21 bracia *A* 22 diuitias *A, corr. Burm.* liuida *A: malim* condita *uel tale quid* 23 ferum̃ pt pa·fien *A* (*m. pr.*) 24 uel] nec *Maehly* 25 foebo *A* gesisse *A* 26 manus *A* manu *Schraderus* Venus *Baehrens* 29 ueneris ciclopea *A* cyc. *a* parabit *A* 30 uulgane *A* 32 comodus *A* commotus *cod. Leid. in mg.* cum nodis *uel* connodans *Oudendorp.* nodus modo *α* dum nodas *Sedlmayer* 33 gradus *A* donis *A* 34 Dictus *Wernsdorf* Lectus *idem num* Laetus? se fẹbi *A* 35 adulterii *A, corr. A*[1] 36 Byblis *scripsi* biblos colerit *A* q; *A* seruit *A* aueret *Maehly*. *Post* 36 *u.* 39—41 *Baehrens*

Pingunt purpureos candentia lilia flores,
Ornat terra nemus. nunc lucos vitis inumbrat,
Nunc laurus nunc myrtus. Habent sua munera rami:
Namque hic per frondes redolentia lilia pendent,
Hic rosa cum violis, hic omnis gratia florum,
Hic inter violas coma mollis laeta hyacinthi:
Dignus amore locus, cui tot sint munera rerum.
Non tamen in lucis aurum, non purpura fulget:
Flos lectus, flos vincla toris, substramina flores;
Deliciis Veneris dives natura laborat.
Texerat hic liquidos fontes non vilis arundo,
Sed qua saeva puer conponat tela Cupido.
Hunc solum Paphie puto lucum fecit amori,
Hic Martem expectare solet. quid Gratia cessat,
Quid Charites? cur, saeve puer, non lilia nectis? *p. 130*
Tu lectum consterne rosis! tu serta parato
Et roseis crinem nodis subnecte decenter!
Haec modo purpureum decerpens pollice florem
Cum delibato suspiria ducat odore!
Ast tibi blanda manus [flores] sub pectore condat!
Tu, ne purpurei laedat te spina roseti,
Destrictis teneras foliis constringe papillas!
Sic decet in Veneris luco gaudere puellas,
Vt tamen inlaesos Paphiae servetis amores.
Vincula sic mixtis caute constringite ramis,

38 Cingunt *Oudendorp.* purporeus *A* 39 locus *A* locos A^1 lotos mitis *Burmannus* 40 rami] lauri α 41 *sic A recte* 42 rosas *A* (flor×) *A* odorum *Baehrens* 43 comas *A*, *corr.* A^1 iacinti *A* 44 sunt *Burm.* (rer× *A.*) *num* florum? 46 tori *Baehrens* subtramine *A* 50 Hun *A* pafie *A* lucrum *A* 51 Hinc *A*, *corr.* A^1 cessat *Burm.* cessit *A* 52 carites *A* licia *edd.* 54 notis *A* d≡eës̈center (*ex* crescenter *ut uidetur*) *A* 55 purporeum *A* decerpit *Burm.* 56 delibato *Klappius* odore *scripsi* diligatum *et* odorem *A* 57 telum *add. Burm.*, penito *Oudendorp.*, flores *ego* 58 Tu ne *Klappius* Tunc *A* Hinc α Tunc ne *Burm.* purporei *A* 60 decit *A* lucos *A* 61 pafie *A*

Digitized by Google

Ne diffusa ferat per frondes lumina Titan!
His igitur lucis Paphie, dum praelia Mavors
†Horrida, dum populos diro terrore fatigat,
Ludebat teneris Bybli permixta puellis.
Nunc varios cantu divum referebat amores
Inque modum vocis nunc motus forte decentes
Corpore laeta dabat, nunc miscens †denique plantas,
Nunc alterna movens suspenso pollice crura,
Molliter inflexo subnitens poplite sidit.
Saepe comam pulcro collectam flore ligabat,
Ornans ambrosios divino pectine crines.
Dum ludos sic blanda Venus, dum gaudia miscet,
Dum flet, quod sero veniat sibi grata voluptas,
Et dum suspenso solatia quaerit amori:
Ecce furens post bella deus, post praelia victor
Victus amore venit. cur gestas ferrea tela?
Ne metuat Cypris, comptum decet ire rosetis.
A, quotiens Paphie vultum mentita furentis
Lumine converso serum incusavit amantem! *p. 131*
Verbera saepe dolens minitata est dulcia serto,
Aut, ut forte magis succenso Marte placeret,
Admovit teneris suspendens oscula labris,
Nec totum effundens medio blanditur amore.
Decidit aut posita est devictis lancea palmis
Et dum forte cadit, myrto retinente pependit.
Ensem tolle, puer! galeam tu, Gratia, solve!
Solvite, Bybliades, praeduri pectora Martis!

63 difusa *A* serat *Wakefield* 64 igutur *A* pafię *A* 65 Uorsat, dum *coniecerim* duroš *A* 66 permyxta *A* 68 motus] modus *A* 69 corpora lęda *A* 71 sidet (t *in ras.*) *A* 73 Ornañ ambrosius *A* 74 miscit *A* *u.* 76 (Et dum) *ante* 75 *posuit Oudendorp.* 76 flit *A* sera uenit *A*, *corr. Schrader* gratula *A* 78 redit *Burm.* 79 comtum *A* 80 pafiens. uultu *A* 81 conuersu *A*, *corr.* A^1 82 minitata *Higtius* mentita *A* 84 Atmouet *A* obscula *A* 87 Ed dum *A* 88 Ense *A* tollet *A*, *corr.* A^1 90 *ante* 89 *Bachrens* 90 bibliates *A* (byb. *m. satis antiqua*)

Digitized by Google

Haec laxet nodos, haec ferrea vincula temptet
Loricaeque moras! vos scuta et tela tenete!
Nunc violas tractare decet. laetare, Cupido,
Terribilem divum tuo solo numine victum:
Pro telis flores, pro scuto myrtea serta,
Et rosa forte loco est gladii, quem iure tremescunt.
Iverat ad lectum Mavors et pondere dūro
Floribus incumbens totum turbarat honorem.
Ibat pulcra Venus vix presso pollice cauta,
Florea ne teneras violarent spicula plantas,
Et nunc innectens, ne rumpant oscula, crinem,
Nunc vestes fluitare sinens vix laxa retentat,
Cum nec tota latet nec totum nudat amorem.
Ille inter flores furtivo lumine tectus
Spectat hians Venerem totoque ardore tremescit.
Incubuit lectis Paphie. pro sancte Cupido,
Quam blandas voces, quae tunc ibi murmura fundunt!
Oscula permixtis quae tunc fixere labellis!
Quam bene consertis haeserunt artubus artus!
Stringebat Paphiae Mavors tunc pectora dextra *p. 132*
Et collo innexam ne laedant pondera laevam,
Lilia cum roseis supponit candida sertis.
Saepe levi cruris tactu conmovit amantem
In flammas, quas diva movet. iam languida fessos
Forte quies Martis tandem conpresserat artus;
Non tamen omnis amor, non omnis pectore cessit

89 uinc. ferr. α tẽplet *A* (rumpat α) temptet *Wernsdorfius* demat *olim scripsi* 92 ùolas *A* decit *A* 93 solo *ex* solum *A* 95 loco est *Baehrens* nocet *A* iura *A* 97 incumbe^{n}s *A* 100 osc] uincula α 101 sinũ *A*, *corr. Oudendorp.* lassa *Baehrens* 102 tota nudat *A*, *corr. Klappius* renudat *Oudendorp.* 103 furti uelamine α tectam *Baehrens* 104 Spectans thians *A* totoque *A* totusque *Wakefield* 105 pafię *A* sc̃ę *A* saeue *Burm.* 106 q; tunc *A* 107 q; tun *A* 108 artibus *A*; *recte?* 109 pafię *A* pectore dextram *A*, *corr. Oudendorp.* 111 candita *A* 112 leue *A* comouit *A* 113 flamm^{a} *A* fouet *Oudendorp.* 114 artus] arte *A*

Digitized by Google

Flamma dei, trahit in medio suspiria somno
Et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.
Ipsa Venus tunc tunc calidis succensa venenis
Vritur ardescens, nec somnia parta quieta.
O quam blanda quies! o quam bene presserat artus
Nudos forte sopor! niveis suffulta lacertis
Colla nitent, pectus gemino quasi sidere turget.
Non omnis resupina iacet, sed corpore flexo
Molliter et laterum qua se confinia iungunt.
Martem respiciens deponit lumina somno,
Sed gratiosa, decens. Pro lucis forte Cupido
Martis tela gerit; quae postquam singula [sumpsit],
Loricam clypeum gladium galeaeque minacis
Cristas, flore ligat. tunc hastae pondera temptat
Miraturque suis tantum licuisse sagittis.
Iam medium Phoebus radiis possederat orbem,
Iam tumidis calidum spatium libraverat horis.
Flammantes retinebat equos. pro conscia facti
Invida lux! Veneris qui nunc produntur amores
Lumine, Phoebe, tuo! stant capti iudice tanto
Mars Amor et Paphie, ramisque inserta tremescunt
Lumina, nec crimen possunt te teste negare.
Viderat effusis Gradivum Phoebus habenis *p. 133*
In gremio Paphiae spirantem incendia amoris.
O rerum male tuta fides! o gaudia et ipsis
Vix secura deis! quis non, cum Cypris amaret,

116 trait *A* 118 suspensa *A*, *corr. Burm.* 119 nec] *num* tunc? parte *A*, *corr. Oudendorp.* 121 Nudus *A* 124 *sic A recte* quo se . . . iungant *Baehrens* q.] ut sua *Maehly* 126 Proludit *Oudendorp.* fortis *A* 127 gerit *scripsi* regens *A* q; *A* uidit *add. α*, sumpsit *ego* lustrat *Burm.* 128 clypeum gladius caleęq; minaces *A* 129 flores *A* aste *A* tẽtat *A* 130 liguisse *A* 131 foebis *A* possedera (d *super* t *erasa*) 132 Dimidiis *conieci* Iam mediis *Maehlyus* calidus spatiis *et* horas *Burm.* 134 quid *Oudendorp.* amorẽ *A* 135 foebe *A* 136 pafię *A* incerta *Burm.* 138 Uderat infusis *A* foeb; *A* 139 pafie spirante *A*

Praeside sub tanto tutum speraret amorem?
Criminis exemplum si iam de numine habemus,
Quid speret mortalis amor? qua vota ferenda?
Quod numen poscat, quo sit securus, adulter?
Cypris amat, nec tuta tamen. conpressit habenas
Phoebus et ad lucos tantummodo lumina vertit
Et sic pauca refert: 'nunc spargis tela, Cupido,
Nunc nunc, diva Venus, nati devicta sagittis
Das mihi solamen; sub te securus amavi.
Fabula, non crimen, nostri dicentur amores.'
Haec ait et dictis Vulcanum instigat amaris:
'Dic ubi sit Cytherea decens, secure marite!
Te expectat lacrimans, tibi castum servat amorem?
Vel si forte tuae Veneris fera crimina nescis,
Quaere simul Martem, cui tu modo tela parasti.'
Dixit et infuso radiabat lumine lucos
Inque fidem sceleris totos demiserat ignes.
Haeserat Ignipotens stupefactus crimine tanto.
Iam quasi torpescens (vix sufficit ira dolori)
Ore fremit maestus[que] dolum gemit, ultima pulsans
Ilia et indignans suspiria pressa fatigat.
Antra furens Aetnaea petit. vix iusserat: omnes
Incubuere manus, multum dolor addidit arti.
Quam cito cuncta gerunt ars numen flamma maritus
Ira dolor! nam vix causam tunc forte iubendo *p. 134*
Dixerat, et vindex coniunx iam vincla ferebat.
Pervenit ad lucos, non ipsi visus Amori,

142 presside *A*, s *priorem deleuit a* amare · t *A* amare *Baehrens* 144 quo uota *Higtius* qua uoce *A* 146 habenâ *A* 147 Foeb; *A* tantum puto *A, corr. Oudendorp.* 148 spargis *scripsi* sparge *A* t. sp. *Higtius* 149 natis diuumue *A, corr. Oudendorp.* 150 Das *id.* Da *A* 151 n̄ri *A* 152 He ait *A* 153 cyterea *A* 154 spectat *A* exp. *uulgo* 156. 155 *transp. Wakkerus* 157 lucos *Maehly* lucum *Wakefieldius* lucus *A* 160 turpescens *A* 161 mestu≡ *A*, s *erasa* que *add. Burm.* dolum *Maehly* modo *A* intima *conieci* 163 aetnea *A* 164 addedit *A* 165 cunta *A* nomen *A*, *corr. Oudendorp.* 166 causa *A* 168 Venerat *α* ipsis uisos *A*

Digitized by Google

Non Chariti: totas arti mandaverat iras.
Vincula tunc manibus suspenso molliter ictu
Inligat et teneris conectit brachia palmis.
Excutitur somno Mavors et pulcra Cythere.
Posset Gradivus validos disrumpere nexus,
Sed retinebat amor, Veneris ne brachia laedat.
Tunc tu sub galea, tunc inter tela latebas,
Saeve Cupido, timens. stat Mavors lumine torvo
Atque indignatur, quod sit deprensus adulter.
At Paphie conversa dolet non crimina facti,
Sed quae sit vindicta sibi. dum singula volvens
Cogitat, hanc poenam sentit, si Phoebus amaret.
Iamque dolos properans decorabat cornua tauri,
Passiphaae crimen mixtique cupidinis iram.

254

FLAVII FELICIS

B. ad Lux. 86.
M. 295.
B. IV 356.

viri clarissimi

Postulatio honoris aput Victorinianum virum inlustrem et primiscriniarium

Sunt versus XXXII

[XXII] Aspera dum quaterent humanas praelia mentes
Aut raperet vastum nigra procella fretum,

169 cariti *A* 170 suspensus *A*, *corr.* A^1 icto *A* 172 citere *A* y *sup. scr.* A^1 *ut uidetur* 173 gradib; *A* 174 ledant *A* 175 iacebas *A*, *correxi* 176 stat *Burm.* stans *A* turbo *A* torbo A^1 177 Adq; *A* 178 Ad pafie *A* confessa *Higtius. Interpunxit Ziehen* 179 quę *ex* quid *A* sini *A* dum] tum *Boissonadius* 180 hanc *ego* et *A* penã *A* sancit *Baehrens* foeb; *A* 181 dolo pręparans *A*, *corr. Burmannus* reparans *Baehrens* 182 Passifę *A*, *cf. Seru. in Aen. VI* 14

254. Flavii] $\widetilde{\text{FL}}$ · *A* honori *A* ũ iñl. *A* uersus] ũr *A* Sunt uersus XXXII, *h. e. sylloga hic incipiens constat* 32 *carminibus c.* 254—285 XXII *in mg. addidi* 1 cum . . gentes *L. Muellerus*

Cum dubiis fortuna suis penderet habenis
  Torqueretque vagus stolida corda metus,
Anxia Phoebeis sanabant pectora templis
  Et sacros tripodas nosse salubre fuit. *p. 135*
Nunc etiam saevis agitat quos cura periclis
  Atque inopi vexat dura labore fames,
Altera Parnasi currunt ad numina montis
  Castalioque lacu viscera maesta fovent.
Te nudi tristesque rogant, tibi flebile plangit
  Auxilium poscens paupera turba tuum.
Tu mihi numen eris, Phoebeo munere plenus
  Qui potes infirmos morte levare manu.
Erige languentem, morbos depelle meroris
  Et miserum melior factus Apollo iuva,
Quaeque meos domus est proavos miserata patremque,
  Haec eadem natis praemia nota ferat.
Non ego litigeros cupio cognoscere fasces,
  Nec mihi reddantur iura superba precor;
Triste forum nolo, vexant quod praelia pacis
  Fraternisque odiis alea caeca subit;
Conflictus audire piget rixasque togarum,
  Quas inter fictus concrepat ore furor,
Iustitiam calcat seductus faenore praedae
  Et, quas defendit, partibus arma parat;
Nec mihi qui pereant ulli poscuntur honores
  Aut avidus pompae maxima lucra peto:
Sit mihi fas audire sacros et cernere cultus,
  Ecclesiae spectans dona venire mea.

3 furtuna^{s}uis *A*. *num* leuis? 4 torpida *L. Muellerus* mtus *A* 5 foebeis *A* 6 sacro *A* 7 agittat *A* 8 Adq; *A* labores *A, corr. a* 10 foebunt *A, corr. α* 13 foebeo numenere plenus *A*, *corr. Burmannus* numine *α* 14 informes *A, corr. Burmannus* labare manu(s *erasum*) *A* *u.* 15. 16. 17. 18 *A; transposui* 15 merorȩs *A* *m. pr.* 19 cognuscere *A* 21 uexant quod praelia *scripsi* uexat quod praemia *A* 22 area *Baehrens* 25 Iusticiam *A* seductos *A* praedo *α in mg.* 26 *num* defendat? 28 auitus *A* 29 cultos, *in* cultus *corr. A*

Sic tibi Phoenicis transcendere congruat annos
Incolumique aevum coniuge laetus agas,
Sic thalamis prolem socies videasque nepotes
Prudentis gremio ludere semper avi,
Inclita sic celsi praevectus fata parentis *p. 136*
Exsuperes meritis saeclaque longa geras;
Sic priscos vincas atavos clarosque parentes
Et placido regi nuntius orsa feras:
Adnue poscenti, miserum sustolle ruinae;
Clericus ut fiam, dum velis ipse, potes.

•

255

Thema Vergilianum 'Nec tibi, diva parens'

B. I 174. M. 1611. B. IV 185.

Dedecus o iuvenum turpisque infamia Teucrum,
Qui segnis per bella lates, †gens perfida et amens,
Non virtute potens, non belli maximus auctor,
Ignavus tu semper eris semperque fuisti,
Naufragus atque miser segnisque in praelia ductor!
Nec non est aliud, quod maius crimen obibis.
Iamque tuo generi quia semper perfidus extas,
Non equidem miror. non est ex tempore natum;
Antiquos imitaris avos, periuria patrum.
Nec non haut Veneris pulcra de stirpe crearis
Nec pater Anchises vestrae [est] aut Dardanus auctor
Gentis, sed durae tigres lapidesque sinistri

31—40: *cf. Ouid. Trist. II* 159—182 31 fenicis *A* 32 coniunge lętu *A* 34 Prundentis *A* Prud. *uulgo* Pendentes *L. Mueller* 35 prouectus *A* praeuectus *Baehrens* 36 seclaq; *A* *u.* 37. 36 *cf. c.* 216, 3. 4. 39 ruinas *A*, *corr. Burmannus* ruina *L. Mueller*

255. Tema uirgilianũ nec *sqq. A. cf. Verg. Aen. IV* 365 'Nec tibi diua parens generis nec Dardanus auctor, Perfide' *sqq.* 2 signis *A* lates *scripsi* fores *A* mens *Oudendorp.* 3 uelli *A* 4 Ignab; tus *A* 5 adq; *A* signisq; *A* 6 obibit *A*, *corr. Oudendorp.* 7 quia *A* quod *α* 9 abos *A* 10 haut *scripsi* aut *A* et *α* pulcrae *Baehrens* 11 ancises *A* est *scripsi* que *A* 12 sed daret *A* lapidisq; *A*

Digitized by

Te genuere virum, silvae montesque profani.
Vberaque ◡ tibi et potum admovere malignum,
Quae tibi perfidiam mixto cum lacte dederunt.

B. II 68.
M. 88.
B. IV 156.

256
VERGILI

Nocte pluit tota, redeunt at mane serena.
Commune imperium cum Iove, Caesar, agis.

B. II 69.
M. 88.
B. IV 156.

257
EIVSDEM

Hos ego versiculos feci. tulit alter honorem.
Sic vos non vobis mellificatis apes.

14 quaeque *Burmannus* 15 perfidia myxto (o *ex* ũ *corr.*) *A* mixtam *Baehrens* dederant *A*

256—264 *exstant in A; in BV quibus* 258. 262. 264 *desunt; in C fol.* 2 *et* 121; 256. 160. 261. 257 *in Paris.* 8093 *s. XI—XII fol.* 60 *r.;* 261 *et* 264 *in Donati uita Verg., in cuius uulgata etiam* 256 *et* 257. *Pars extat in Reginensi* 2078 *s. IX, L(ipsiensi I* 74 *s. X), Vaticano* 3252 *s. IX, Bernensi* 167 *s. IX—X, Mus. Brit. Reg.* 15 *B* 19 *s. IX —X, recentioribus*

256. Vergilii *V* Ipsius (*sc. Verg.*) ad augustum *C* Virgilius hos duos uersiculos transmisit ad Cesarem, cum staret foris et non mittebant eum intus ministri ignorantes quis esset *P(etropolitanus saec. VIII)* 1 ad *AB* mane] me *B* redeunt spectacula mane *VCLP Donatus uulg.* 2 Cũ(Com *B*)munem *AB* Commune *L* Diuisum *VC* habes *CL* habet *V Don.* *u.* 2 *adfert Cassiodorus de orthogr. c.* 3 (ut est illud), *ubi* Diuisum . . habes. — 'Diuisum imperium tibi cum Ioue, Caesar Augustus' *P.* — *Vaticanus* 3252 *in* 256 (ad augustum imperatorẽ) *et* 257 *cum C conspirat*

257. Item eiusdem *C, om. V. Distichon recte exhibent ABV Bern.* 167 (*qui u.* 1 honores). Versiculos ego composui tulit *L. Ex* 'Virgilio in tetrastichis theatralibus' *u.* 2 *affert Aldhelmus p.* 309 *ed. Gil.* 1 fecit talit *C. Post* 2 *addunt CL:* Sic uos non uobis uellera fertis oues. *Donati uulgata habet: u.* 1; Sic uos non uobis nidificatis aues; *u.* 3 *ex C; u.* 2; Sic uos non uobis fertis aratra boues

Digitized by Google

258

B. III 270.
M. 96.
B. IV 157.

EIVSDEM

Pars tibi, Nise, datur Bacchi, pars deinde negatur: *p. 137*
Esse potes liber, non potes esse pater.

259

B. III 142.
M. 91.
B. IV 157.

EIVSDEM

Arretine calix, mensis decor ante paternis,
Ante manus medici quam bene sanus eras!

260

B. III 143.
M. 99.
B. ib.

EIVSDEM

Humor alit segetem; segeti contrarius humor.
Quod iuvat, [hoc] dulce est; quod cogitur, altera mors est.

261

B. —
M. 97.
B. ib.

EIVSDEM

Monte sub hoc lapidum premitur Ballista sepultus:
Nocte die tutum carpe viator iter.

258. Versus Virgilii *C* 1 ubi *C* bacci *AC* necatur *A, corr. alia manu*

259. Item eiusdem *C* 1 Ab(Au *V*)ietine *ABVL* Abtetine *C, corr. Scal.* decorate *libri, corr. Scal.* patentis *A* 2 man *V*

260. Item eiusdem *C, om. V* 1 Humor (*ex* Humur *A*) *libri* alet segitem segiti *A* humor *libri* 2 iubat *AV* hoc *add. in A m. rec.* est dulce *C* alter *B* alta *C* est *om. AV*

261. Eusdem *V* Disticon uirgilii factū in basilitas latrones *C* Epitafion ballistae latronis *L et fere Sangall.* 899 *s. IX* 1 Montes *A* tegitur *CL Donatus, Phoca* uallista *B* balista *VCL Donatus* balliste *Sang.* 2 carpet *A* carpere *V* uiatur *A, corr. A*[1]

Digitized by

B. —
M. —
B. IV 157.

262

EIVSDEM

Si quotiens peccant homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit. *Ouid. Trist. II* 33 *sq.*

B. III 268.
M. 95.
B. IV 158.

263

EIVSDEM

Dum dubitat natura, marem faceretne puellam,
Natus es, o pulcher, paene puella, puer.

264

SEXTI PROPERTI

B. —
M. —
B. IV 158.

De Vergilio

Cedite Romani scriptores, cedite Grai: *Propert. III* 32, 65 *sq.*
Nescio quid maius nascitur Iliade.

265

PENTADI

B. I 139.
M. 242.
B. IV 358.

[De Narcisso]

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat
Laudabatque undas, cui pater amnis erat.
Se puer ipse videt, patrem dum quaerit in amne,
Perspicuoque lacu se puer ipse videt.
Quod Dryas igne calet, puer hunc inridet amorem
Nec putat esse decus, quod Dryas igne calet.

262. Eiusdem *C, om. A* 1 homines peccant *A*
263. Item *C* Versus Virgilii *V* 2 es *om. B* pulcer *A* pene *BVC*
264. ppertii *C* uirgilio *AC* 1 Cędide *A*
265. Pintadi *B* Explicit (*post Martial. XIV* 223) Pintadi *V* De Narcisso *addidi* 1 annis *V* erat *om. A* 3 patrē rē dū, *altero* rē *deleto, V* querat *B* ānē *AV* 4 laus se *B* 5 Quo *a* drias *A* (y *add. a*) 6 Ne *A* drysas *A* ig///e *V, corr. m. sec.*

Stat stupet haeret amat rogat innuit aspicit ardet
Blanditur queritur stat stupet haeret amat.
Quodque amat, ipse facit vultu prece lumine fletu;
Oscula dat fonti, quodque amat ipse facit. *p. 138*

266
EIVSDEM
[Aliter]

B. I 141.
M. 244.
B. IV 358.

Hic est ille, suis nimium qui credidit undis,
Narcissus vero dignus amore puer.
Cernis ab inriguo repetentem gramine ripas,
Vt per quas periit crescere possit aquas.

267
EIVSDEM

B. I 165.
M. 248.
B. IV 358.

Chrysocome gladium fugiens stringente marito
Texit adulterium iudice casta reo.

268
EIVSDEM

B. III 88.
M. 245.
B. IV 359.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis;
Namque est feminea tutior unda fide.
Femina nulla bona [est], vel, si bona contigit una,
Nescio quo fato res mala facta bona est.

7 Stat] flet *Heinsius* herit *A*, *corr. a* inuit at picit *A*, *corr. a* 8 herit *A* 10 quoque *A*, *B m. pr.*

266. Aliter *addidi* 1 Hoc *V* illa, *corr. m. sec.*, *V* suiis *A* creditur *A B V* 2 Narcisus *V m. pr.*, *B* 3 ripam *B V* uitam *Higtius* 4 puer *B* perit *V* poscit *B* posset *V*

267. 1 Crisoconte *A* y *sup. scr. a* (*an* A^1?) trigente *A* 2 caste *A*, *corr. m. antiqua* reo *A* (eo *in ras.*)

268. Eiud *V* Pentade *C fol.* 2 *r.* Ciceronis dissertissimi oratoris *Monacensis* 19413 *s. X—XI.* Versus Cyceronis *Bernensis* 519 *s. XIII—XIV.* Ciceronis *Strozzianus* 75 *s. XIII, recentiores* 1 Credere *V* *u.* 3—4 *a primis separauit Bourdelotus* 3 est *add. Sannazarius* ulla *Ca Mon. Bern. Strozz.* una *A B V* 4 pacto *Strozz.* est *C, om. A B V Mon. Bern.*

269

OVIDI

B. M. B —

De aetate

Vtendum est aetate; cito pede labitur aetas, *Ouid. art. am. III* 65 *sq.*
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.... 73 *sq.*
Heu me nunc miserum! laxantur corpora rugis
Et perit, in nitido qui fuit ore, color.

B. III 38.
M. 537.
B. IV 359.

270

REGIANI

Quis deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
Miscuit et madidas fecit decurrere flammas?
In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat!

B. III 28.
M. 536.
B. IV 359.

271

EIVSDEM

Ante bonam Venerem gelidae per litora Baiae
Illa natare lacus cum lampade iussit Amorem.
Dum natat, algentes cecidit scintilla per undas;
Hinc vapor ussit aquas: quicumque natavit, amavit.

B. III 53.
M. 538.
B. IV 359.

272

EIVSDEM

Bellipotens Mavors, Veneris gratissime furto, *p. 139*
Hic securus ama. locus hic amplexibus aptus.
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbra.

269. Ouidi de aetate *AB* Ouidius de sc̄da etate *C* 3 Quam cito, me miserum! *Ouidius* 4 periit initido *B* ora *C*

270. 1 dś *A* 2 decurrere *A* discurrere *α* 3 hanelat *A*

271. Regiani *V* 1 litorara *A* 2 natarae *V* lacu *a* lapade *V* 3 natata gentes *A*, *corr. a* algentens *V* scintillaś *A* 4 Hunc *A* usit, *sed corr.*, *V*

272. 1 ueneris *A* (s *m. recens deleuit*) furto *Muellerus* furtum *A* 2 ama securus *A* 3 = *c.* 202, 2. proibitur *A*

Digitized by Google

273
MODESTINI

B. I 31.
M. 231.
B. IV 360.

Forte iacebat Amor victus puer alite somno
Myrti inter frutices pallentis roris in herba.
Hunc procul emissae tenebrosa Ditis ab aula
Circueunt animae, saeva face quas cruciarat.
'Ecce meus venator', ait 'hunc' Phaedra 'ligemus!'
Crudelis 'crinem' clamabat Scylla 'metamus!'
Colchis et orba Progne numerosa caede: 'necemus!'
Dido et Canace: 'saevo gladio perimamus!'
Myrrha: 'meis ramis', Euhadne: 'igne crememus!'
'Hunc' Arethusa 'in aquis', Byblis 'in fonte necemus!' —
Ast Amor evigilans dixit: 'mea pinna, volemus.'

274
PONNANI

B. II 71.
M. 539.
B. IV 360.

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi
Artificis formata manu. nam vivere serpens
Creditur et morsu gaudens dare fata papillae.
O quam vivit opus, quam paene figura dolorem
Sentit et ex ipso moritur pictura veneno!

275
MARTIALIS

B. III 261.
M. — B. —

Qualem, Flacce, velim quaeris nolimve puellam? *Martial.*
Nolo nimis facilem difficilemque nimis. *I* 57

273. *Inscr. et u.* 1 *om. B* 1 aside *A*, *corr.* α 2 fructices *B* ruris *Baehrens* erba *A* 4 sacra α facent *B* 5 alt *B* fedra *AB* 6 scillā etamus *A* squilla *B* 7 Cholchis *A* erba *B* 8 *et* 9: *alter hiatus altero defenditur* 8 Dido ait et *Oudendorp.* perinmanus *B* 9 Myrra *A* euhadnes *A* ramis ramus eucha dnē signe *B* 10 arethus inquid biblis *B* aredusa in quit blibis *A* aquis α que *add. Oudendorp.*

274. 1 farii *A* 2 *cf. Dracontius de deo I* 604 'artificis formata manu' Artifici *a* sugere *Oudendorp.* 3 morsa *a* gaudens *A m. pr.* papilla *A*, *corr. Oudendorp.* 4 poene *A*

275. Martialis *A* Marciat *C fol.* 1 *u.* 1 Quam *A* Qualem *C*, *Martialis* 2 dificilēq; *A*

Illud quod medium est atque inter utrumque, probatur:
Nec volo quod satiet nec volo quod cruciet.

B —
M. 200.
B. IV 117.

276
EIVSDEM

Nec volo me summis Fortuna neque adplicet imis,
Sed medium vitae temperet illa gradum.
Invidia excelsos, inopes iniuria vexat:
Quam felix vivit, quisquis utraque caret!

Apud Martialem non extat p. 140

B. III 281.
M. 545.
B. IV 360.

277
TVCCIANI

Cantica gignit amor et amorem cantica gignunt.
Cantandum est, ut ametur, et ut cantetur, amandum.

B. III 282.
M. 546.
B. IV 361.

278
EIVSDEM

Pallas tota Iovis patrio de vertice nata
In caelum cecidit . . . . . .

279
VINCENTI

B. I 154.
M. 548.
B. IV 361.

Phaedra

Victe pudor, conpone preces! secreta duorum
Tertius ignoret; sit tantum littera testis

3 adq; *A* probamus *Martialis* (probatur *eius codices nonnulli*) 4 saciet *C* quod cruciat . . quod satiat *Martialis*

276. Eiusdem *A* Item Marcialis *C* De mediocritate uitae *L(ipsiensis s. X)* 1 Non *LC* furtuna *A, corr. A*^{1} ap^{p}lies *C* 3 excelsus *C* uexit *A, corr. A*^{1} 4 utroque *ACL, corr. Lessingius. Post u.* 4 *add. C c.* 178, 5. 6 ('Item')

277. Tucciani *A* Lucanus *C* 1 *ante* et *erasum* ẽ *A* 2 cantetur amandum *om. C*

278. *sic A*

279. fedra *A* 2 litera *A*

Digitized by Google

Inmensum locutura nefas. metus unicus urget,
Ne speret iuvenis lacrimas finxisse novercam.
Hinc tamen incipiam. caeli regnator amavit
Et thalamos tenet una soror; nec crimine dignum est,
Quod mundus cum lege facit. Telluris alumnus
Vnus in orbe fuit: nulla est cognatio plebis?
Venimus ex uno mixti patre, matre, sorore.
Ne metuas facinus! 'non vult hoc scire Cupido.'
Pignus habes tabulas: rea sum semper, rea sola.
Sed si virgineum suffundunt ora ruborem,
Vel negature veni. liceat sperare rogantem
Et fastus tolerare tuos. sequar ora superbi,
Oscula suspensis defigam singula plantis.
Me cruciet captivus amor, nemus omne resultet
Hippolytum, secumque ferat vox ultima nomen.
Testor amoris onus Venerisque insignia nostrae:
Dum volo, dum nolo, dum vincor scribo repugno,
Suspensos collo laqueos rogatura resolvi. *p. 141*

280

BONOSI

Vnde supra B. — M. — B. IV 362.

Incestum si promiseris, petii;
Si negaveris, tu petisti.

3 doctura *Oudendorp.* medus *A* 6 talamos *A* una *A. num* ipsa? 7 rege *et* 8 multa est *L. Muellerus ann. philol.* 1867 *p.* 501. *Signum interrogandi addidi* 11 semp et rea *A* semper rea sum et r. s. *L. Muellerus* nempe et *Baehrens* 13 spectare negantem *eleganter L. Muellerus* 17 Hyppolitum *A* 18 opus *Burm.* nr̃ę *A* 19 scriuo *A* 20 Suspensus *A* laqueo *A*, laqueos *m. rec. et* α

280. Honori *L. Muellerus* 1 peti *A* petii α 280 *sq. uersuum fines consonant, numeri pedesue nulli sunt*

B. III 156.
M. 924.
B. IV 362.

281

De funambulo

Vidi hominem pendere cum via,
Cui latior erat planta quam semita.

282

B. V 176.
M. 1106.
B. IV 362.

De ursa aenea, in qua serpens fuit, ubi inscius puer manum misit

Aere cavo falsam serpens impleverat ursam,
Addidit et morsum et iubet esse feram
. . . . . .
Inplevit serpens quod minus artis erat.

B. V 183.
M. 1113.
B. IV 362.

283

De pectine

Crinibus ambrosiis Veneris decus addidit, ut se
Pulchras iactarent Pallas vel pronuba Iuno. . .

B V 181.
M. 1111.
B. IV 363.

284

De antlia

Fundit et haurit aquas, pendentes evomit undas,
Et fluvium vomitura bibit. mirabile factum!

281. De funanbulo *A*. *Talia* 'Enigmata uulgaria', *uersuum consonantium arte ut nostrum partim composita Schenklius ber. d. k. akad. d. wiss.* 1863 *p.* 18 *profert e cod. Sangall.* 196 *s. X:* Vidi mortuum sedentem super uiuum, et ex risu mortui moriebatur uiuus. Vidi hominem ambulantem cum matre sua, et pellis ei pendebat in pariete. Vidi mulierem flentem Et cum quinque filiis currentem, Cuius semita erat uia Et pergebat ualde plana campestria

282. inmisit *Burm.* 1 cabo *A*. *num* factam? 2 Addedit *A* morsū *A*: morsus *m. rec. in A post* 2 *nullum spatium A;* Cumque puer dextram committeret inscius ursae *expleuit Burm.* 4 *num* mŭnus?

283. 1 addidū se *A*, addidit, ut se *Burmannus* 2 Pulcras *A* Frustra *Bachrens*

284. De ancla *A*, *corr. a* 1 Pendit et aurit *A*, *corr. m. recens et α* Reddit *Iuretus* 2 uomitur · auuuit *A*

Digitized by Google

Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas
Volvitur et veteres haurit nova machina lymphas.

285

B. V 161.
M. 1092.
B. IV 364.

De conviviis barbaris

Inter 'eils' goticum 'scapia matzia ia drincan'
Non audet quisquam dignos edicere versus.

285ª

[Item]

Calliope madido trepidat se iungere Baccho,
Ne pedibus non stet ebria Musa suis.

286

SYMPHOSII
scholastici

Aenigmata

P. — M —
B. IV 365—385.

Praefatio

[XXIII] Haec quoque Symphosius de carmine lusit inepto
(Sic tu, Sexte, doces; sic te deliro magistro),

3 per undis *A*, *corr.* A^1 4 aurit *A* machina limfas *A*
285. conuiuis *A* 1 *edidi ut est in A* citz α madria jadrincam α. *Massmannus in Hauptii annal. german. I p.* 379 *sqq.* eils *salutem* skapja *procuratorem peni uel* skap '*procura, praebe*', jah matjan jah drigkan '*et cibum et potum*' *interpretatur* 2 audit *A* educere α, *recte?* uersos *A*
285ª. 1 bacco *A* *u.* 1—2 *aliud ac* 285 *carmen esse uidit et u.* 2 sobria *conj. L. Muellerus* debria *Peiperus*
286. *Symphosii libri praeter A:* I. *Recensionem quam D appello exhibent d* (*Vossianus quart.* 106 *s. IX—X cf. ann. philol.* 1866, 266 *sqq.*), — α (*Sangallensis* 273 *s. IX, cf. berichte d. kais. oesterr. Akad. d. wiss.* 1863, 11 *sqq.*), — *F'* (*Parisinus* 5596 *s. IX*), — *G* (*Paris.* 8055 *s. X*), — *H* (*Paris.* 8440 *s. X*), — *I* (*Paris.* 8319 *s. XI; de Parisinis cf. Anthol. ed. pr. I* 2 *p. LVIII sqq.*), — *M* (*Petropolitanus F XIV*, 1 *s. VIII, cf. Schenkl Stud. Vindobon. III* 143 *sqq.*), — *NO* (*Palatini* 1719 *et* 1753 *s. IX, cf. ib. II* 297), — *h* (*mus.*

Annua Saturni dum tempora festa redirent
Perpetuo semper nobis sollemnia ludo.
Post epulas laetas, post dulcia pocula mensae
Deliras inter vetulas puerosque loquaces,
Cum streperet late madidae facundia linguae, *p. 142*
Tum verbosa cohors studio sermonis inepti

Recensio B: 1. 2 *desunt*

Britann. Regius 12 *C* 23 *s. X = Heumanni A), — Ang(elicanus V* 3, 22 *s. XI).*

II. *Recensionem quam dico B exhibent* β (*Sangallensis* 196 *s. X, cf. berichte* 1863, 11 *u. supr.), — KL* (*Parisini* 2773 *et* 8088 *s. XI, cf. Anthol. ed. pr. I* 2 *p. LVIII sqq.), — w* (*Westmonasteriensis E* 919 *s. X = Heumanni B).*

Cum A, qui utramque rec. saepe coniungit, interdum congruit s (*Parisinus* 4808 *s. IX, cf. mus. rhen.* 23, 526 *sq.) u.* 1—74. — *Est et in Reginensi* 2078 *s. X.*

Petropolitanus hic illic cum A uel B consentit.

Recensiones DB primus distinxi, cf. quae disputavi Ztschr. f. oesterr. Gymnas. 1868, 483 *sqq. In contextu carminis ipsius Symphosii uerba quantum potui restitui; recensionis B non aeque bonae uarietatem infra apposui. Plene totam uarietatem lectionis exhibebo librorum A (cuius ordinem aenigmatum sequar)* dαβ*; reliquorum neque leuiores discrepantias uniuersas neque lacunas neque ordinem aenigmatum, sed quae e re uidebuntur indicabo.*

Incipiunt (*om.* α) enigmata Symphosii *dαhcsHG* (simposii *s*). Incipit praefatio enigmatum (enigmatis *K*) Simphosii β*K*. *De A cf. ad u.* 18. — Simphosi uel Lucani *cod. Petropol.* Lucanus (Incanus *cod.*) Firmianus *cod. Palat.* 1753 *ad u.* 16. *Scilicet olim non* Symphosium *sed* symposium *interpretantes simulque memores et Firmianum Lactantium scripsisse* symposium *et M. Lucanum* saturnalia (*cf. u.* 3), *horum alteri utri tribuerunt scioli quidam monachi.* 'Simposiū I sīphoniū: enigma quod Firmianus et (!) Lactantius cōposuerunt' *cod. Cassin.* 90 *s. X, cf. etiam Goetz mus. rh.* 41, 318. — Symposium *primus Castalio* (*ed. a.* 1581) *nominauit.* XXIII *in mg. addidi u.* 1—2 *om. A*β 2 delere α *m. pr.* 3 cum *Schenklius* rederent *A* 4 semper nobis *dαβ* nec semper *A* solemnia *Ad* 1—4 *sic interpunxit Klappius* 5 lęticias *A* pocula dulcia *dαβ* 6 deleras β 7 latea madideuide *A* (*i. e.* madidae *et* avidae) faecundia *d* 8 chors *A* inepto *A* -pti *dαβ*

Nescio quas passim magno de nomine nugas
Est meditata diu; sed frivola multa locuta est.
Nec mediocre fuit, magni certaminis instar,
Ponere diverse vel solvere quaeque vicissim.
Ast ego, ne solus foede tacuisse viderer,
Qui nihil adtulerim mecum, quod dicere possem,
Hos versus feci subito †de carmine vocis.
Insanos inter sanum non esse necesse est.
Da veniam, lector, quod non sapit ebria Musa.

I Graphium

De summo planus, sed non ego planus in imo
Versor utrimque manu. diverso munere fungor.
Altera pars revocat, quidquid pars altera fecit.

II Harundo

Dulcis amica dei, ripae vicina profundae,
Suave canens Musis, nigro perfusa colore,
Nuntia sum linguae digitis signata magistris.

Rec. B: 14 adtuleram 21 ripae, semper uicina profundis 23 magistri

9 magnae β molimine *Baehrens* 12 diuerse *d*, -sae *rell.* quique uicissem *d* 13 Est *d* foeda β fedet. hacuisset *A* 14 adtuleram *Aβ* adtulerim *dα* possim (possum *α m. pr.*) *libri,* possem *uulgo* 15 Hoc β uersos *A* de] e *A* conamine *Baehrens* tentamine *Ungerus* 18 Enigmata Symfosi scolastici *A* Enigmata Siphusii phisici *Angelic.* I Grafius *A* De grafio β. *Titulorum lectionem ex solo A omnem afferam* 19 utrimque *Aβ* utraque *α*, utrumque *d* et munere *α* diuersa et munera *d* 20 quicquid *αβ* facit *A* II Arundo β 21 dei *d*] de *α* D. amica ripae, semper uicina profundis *Aβ*; *sequor dα* 22 canis *Ad* 23 sunt bilinguę *A* lingua β magistris *Ad* magistri *αβ* 21—23 *extant in Historia Apollonii regis Tyri, cuius in recensione meliore (codd. AP) cum B(β) congruunt*

III Anulus cum gemma

Corporis extremi non magnum pondus adhaesi.
Ingenitum dicas; ita pondere nemo gravatur.
Vna tamen facies plures habet ore figuras.

IIII Clavis

Virtutes magnas de viribus affero parvis.
Pando domos clausas, iterum sed claudo patentes.
Servo domum domino, sed rursus servor ab ipso. *p. 143*

V Catena

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos.
Vincior ipsa prius, sed vincio vincta vicissim.
Et solvi multos, nec sum tamen ipsa soluta.

VI Tegula

Terra mihi corpus, vires mihi praestitit ignis;
De terra nascor; sedes est semper in alto;
Et me perfundit, qui me cito deserit, umor.

Rec. B: III cum gemma *desunt* 24 inhaesi 27 diuitibus | parua 34 *uide adnotationem* 35 Et ego perfundor, sed me

cũ gemma *dα* Anulus | Cũ gemma corporis extremi digito. ñ magno pondus adhesi | Corporeo digito extremo non pondus inhęsi *A* (digito *glossema ad* adhaesi) adhaesi *dα* 25 Ingenuum *a* dicas grauatum pondere tali *A* nemo grauatus *β* 26 facies *sc. gemmae micantis* habet ore *scripsi* habitura *libri* 27 multas *FI* affero *etiam β* deuiribus diuitibus adoffero *A* 28 domus *d all.* sed cludo (*corr. in* concludo) *α* recludo *d* 29 Seruor *A*, *corr. a* 30 legatos *A* 32 Set *αβ* Sed *rell.* Et *Perionius* Exsolui *L* VI Tegulae *β* 33 mihi] m *β* prestetit *A* 34 *sic A cum paucis.* Est domus in alto, sedes est semper in imo (alto *F*) *dαβ, et fere rell.* Estque domus tecto sedes mihi *Heumann* 35 *sic dα*; *sed A = B* Rore ego perfundor *Baehrens!* humor *αβ*

VII Fumus

Sunt mihi, sunt lacrimae, sed non est causa doloris.
Est iter ad caelum, sed me gravis inpedit aër,
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

VIII Nebula

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore
Inque die media tenebras tamen affero mecum.
Nec mihi dant stellae lucem nec Cynthia lumen.

VIIII Pluvia

Ex alto venio, longa delapsa ruina.
De caelo cecidi medias transmissa per auras:
Sed sinus excepit, qui me simul ipse recepit.

X Glacies

Vnda fui quondam, quod me cito credo futuram.
Nunc rigidi caeli duris conexa catenis
Nec calcata pati possum nec nuda teneri.

XI Nix

Pulvis aquae tenuis modico cum pondere lapsus,
Sole madens, aestate fluens, in frigore siccus,
Flumina facturus totas prius occupo terras.

Rec. B: 41 lumen n. C. lucem 43 dimissa (*i e.* demissa)

36 sunt *post* mihi *om.* α 40 die *A* adfero $\alpha\beta$ 41 *A* = *B* cyintia *A* cinthia β 42 ueni *Schenkl* 43 dimissas *A* demissa *s* 44 Et sinu *A* excipit *A* simul] prius *Heumann* recipit *Ad* Glaties β 46 frigidi *A* conexa *d* 47 Et calcata *Baehrens* uel nuda *s* tacta *Baehrens* XII *ante* XI *d*α (*non GI*) 48 aqua α con ponere β

XII Flumen et piscis *p. 144*

Est domus in terris, clara quae voce resultat.
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes.
Ambo tamen currunt, hospes simul et domus una.

XIII Navis

Longa feror velox formosae filia silvae,
Innumeris pariter comitum stipata catervis.
Curro vias multas, vestigia nulla relinquens.

XIIII Pullus in ovo

Mira tibi referam nostrae primordia vitae.
Nondum natus eram nec eram iam matris in alvo.
Iam posito partu natum me nemo videbat.

XV Vipera

Non possum nasci, si non occidero matrem.
Occidi matrem, sed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur, quod iam mea fecit origo.

XVI Tinea

Littera me pavit, nec quid sit littera novi.
In libris vixi nec sum studiosior inde.
Exedi Musas nec adhuc tamen ipsa profeci.

Rec. B: XII Fluminei pisces 55 Innumera . . . stipante caterua (*cf. Aen. IV* 136) XIIII Pulli

51 q; uocis *A* 53 hospis *d* 51—53 *in Apollonii regis Tyri historia extant, ubi* 53 currunt in domo una 54 formunsae *dα* formonsę *I* 55 *A = D, nisi quod* Innumeras *A* 56 multa *α m. pr. d* 54—56 *in Apollonio, ubi* 55 = *B* (*sed* stipata), 56 relinquo: *quod utrumque optimum puto* XIIII De pullo in oue *α* Pulli *β* 57 refferam *α* 58 Nondum natus fueram. nec fuerã matris dãnatus in aluo *A* iam matris *GHI*] genetricis *d* matris (*om.* iam) *αβ* tunc m. *L* dum m. *Schenkl* 59 positu *A* 60 posso *A* 61 mane *A* 62 mea iã *A* 63 ne quid *AF* 65 profici *A*

XVII Aranea

Pallas me docuit texendi nosse laborem.
Nec pepli radios poscunt nec licia telae.
Nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia fiunt.

XVIII Coclea

Porto domum mecum, semper migrare parata,
Mutatoque solo non sum miserabilis exul,
Sed mihi concilium de caelo nascitur ipso.

XVIIII Rana

Raucisonans ego sum media vocalis in unda, *p. 145*
Sed vox laude sonat, †quasi se quoque laudet et ipsa.
Cumque canam semper, nullus mea carmina laudat.

XX Testudo

Tarda, gradu lento, specioso praedita dorso;
Docta quidem studio, sed saevo prodita fato
Viva nihil dixi; quae sic modo mortua canto.

XXI Talpa

Caeca mihi facies atris obscura tenebris.
Nox est ipse dies nec sol mihi cernitur ullus.
Malo tegi terra: sic me quoque nemo videbit.

Rec. B: 67 Nec telae 72 Rauca sonans 76 duro 79 ipsa

Araneus *A* 66—68 *ante* 63—65 *FGI* 66 labore *A* 67 *Aldhelmus = D.* Nec tela radio *A* telam radii *Baehrens* poscho *α* 68 est *om. α* Coclea *sic libri* 69 seper marina per mirare parata *A*, *corr. a* 71 consilium *s* conchilium *L* conchylium *Castalio* 72 Rauca sunans *A* 73 uelox *α* Sed non l. s. uox, quae se *Schenkl* vacat *Hasaeus* caret *Heumann* qua *G* quas *I* uox rauca sonat, quasi se conlaudet *conicio* semper] *hic s desinit* laudat in ipsa *d* 74 nullus m. c. laudat *'Valentinus' ap. auctorem de dubiis nominibus* (*Gramm. lat. ed. Keil V p.* 577) 75 gradu lentū *A m. pr.* *u.* 77. 76 *Schenkl* 76 seuo duro *A* seua *d* prodita *Aαβ* praedita *d*(?)*GH*, *I ex corr.* perdita *Heumann* 79 Non est *αd* ipse *A = D* ipsa *H = B* 80 mallo *Aβ* terra *om. A* uidebat *αβ*

XXII Formica

Provida sum vitae, duro non pigra labori,
Ipsa ferens umeris securae praemia brumae.
Nec gero magna simul, sed congero multa vicissim.

XXIII Musca

Inproba sum, fateor. quid enim gula turpe veretur?
Frigora vitabam, quae nunc aestate revertor;
Sed cito submoveor falso conterrita vento.

XXIIII Curculio

Non bonus agricolis, non frugibus utilis hospes,
Non magnus forma, non recto nomine dictus,
Non gratus Cereri non parvam sumo saginam.

XXV Mus

Parva mihi domus est, sed ianua semper aperta.
Exiguo sumptu furtiva vivo sagina.
Quod mihi nomen inest, Romae quoque consul habebat.

XXVI Grus

Littera sum caeli pinna perscripta volanti,
Bella cruenta gerens volucri discrimine Martis. *p. 146*
Nec vereor pugnas, dum non sit longior hostis.

Rec. B: 83 *fortasse* cuncta 86 commoueor 88 Nec — nec 89 Nec — sed multa uiuo sagina

81 dura β *m. pr.* labore *AI* 82 humeris *D*β umeris uel secure *A* umeris pro duro mense brŭmali β 83 multa cuncta uicissim *A; ergo* cuncta *in B uidetur fuisse* (multa β) 84 gylla *A* 85 reuertar *d* 86 submouear αd submoueor *A* Gurgulio $\alpha\beta GI$ 87 bonis α agriculis βd non frugibus *edd.*] frugibus (*om.* non) *A*, frugibus non *DB* nec *Perionius* utelis *A* hospis *Ad* 88 *A* = *B* non recto β nomina *A* 89 Ne gradus *A* sagenam α. *A* = *B* 90 parum *A* est *om. A* 91 sumpto *A* sagaena α 92 michi *A* Romae βGIL Troiae $Ad\alpha H$ XXVI Gruis *Ad* Crus β 93 pinnas *A* penna *rell.* uolantis *libri* -nti *Heumannus* 94 uolucris *A* discrimina β 95 pugnans β longius *A*

Digitized by Google

XXVII Cornix

Vivo novem vitas, si me non Graecia fallit,
Atraque sum semper nullo conpulsa dolore,
Et non irascens ultro convitia dico.

XXVIII Vespertilio

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis.
Pluma mihi non est, cum sit mihi pinna volantis;
Sed redeo in tenebris nec me committo diebus.

XXVIIII Ericius

Plena domus spinis; parvi sed corporis hospes
Incolumi dorso telis conpletus acutis
Sustinet armatas sedes, habitator inermis.

XXX Peduculus

Est nova nostrarum cunctis captura ferarum,
Vt si quid capias, id tu tibi ferre recuses,
Et quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

Rec. B: 97 Nomen habens atrum 103 confixus 104 segetes XXX Peducla

96 fellit β 97 Vtraque $Ad\alpha GHI$ Nomen habens atrum utraque sum semper A complexa βI 98 ultō A 99 Nō̄ d 100 dum sint mihi pinnę A pinna d penna $\alpha\beta$ 101 sedeo GI *Pithoeus* prodeo *Schenkl* resto *Baehrens* me in tebris A nec] non β meco nec mitto bies A 103 Incolomi $A\alpha\beta$ $A = B$. conplectus d completur α completus *Cast.* 104 sedes Ad caedes a De peduculus A Peduclū d Pediculi G Peducleus H Peduculus *ceteri* 105 notarum *Heumannus, recte?* cunctas β *m. pr.* captiua A 106 id] sed ADI set β, *corr. Pithoeus* tu tibi] tibi A recusas A, *corr.* A^1; α 107 quod *om.* A capies d reportas α

XXXI Phoenix

Vita mihi mors est; morior si coepero nasci.
Sed prius est fatum leti, quam lucis origo.
Sic solus Manes ipsos mihi dico parentes.

XXXII Taurus

Moechus eram regis, sed lignea membra sequebar.
Et Cilicum mons sum, sed mons sum nomine solo.
Et vehor in caelis et in ipsis ambulo terris.

XXXIII Lupus

Dentibus insanis ego sum, qui vinco bidentes,
Sanguineas praedas quaerens victusque cruentos. *p. 147*
Multa cum rabie vocem quoque tollere possum.

XXXIIII Vulpes

Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius.
Sum versuta dolis, arguto callida sensu,
Et fera sum sapiens, sapiens fera si qua vocatur.

XXXV Capra

Alma Iovis nutrix, longo vestita capillo,
Culmina difficili peragrans super ardua gressu,
Custodi pecoris tremula respondeo lingua.

Rec. B: 116 Mixtaque

Fenix *Ad* Phenix *β* 108 cępero *A* cepero *αβ* 109 factum *d* loeti *β* 110 solus *dβ m. 1* solos *Aαβ m. 2* duco *Pithoeus* 111 Męcus *A* Mechus *α* 112 caelicum *d* sed mons sum] sed non sum *GI* mons sum sunt · non sum *β m. pr.* 113 ueor in caelis et *A* caelo sed *αd* caelum sed *β* ambolo *A* 114 insanguis *d* quis trunco *Baehrens* uedentes *A* 116 Multaq; *Ad* Multoque *α* multaque in *Baehrens* curaui *A* XXXIIII Vulpis *A* 117 corpere *A* 118 arguito *A* arguta *α* 119 fera rum *A* 121 deficile *A* de facili *a* difficili *d* per. sup.] superagrans *β* saepe *Heynazius* 122 Costodi pecori tremola *A* pecorum *GI* peccorum *β* lingua] uoce *d*

Digitized by Google

XXXVI Porcus

Setigerae matris fecunda natus in alvo
Desuper ex alto virides expecto saginas,
Nomine numen habens, si littera prima periret.

XXXVII Mula

Dissimilis patri, matri diversa figura
Confusi generis; generi non apta propago.
Ex aliis nascor nec quisquam nascitur ex me.

XXXVIII Tigris

A fluvio dicor, fluvius vel dicitur ex me.
Iunctaque sum vento, quae sum velocior ipso.
Et mihi dat ventus natos nec quaero maritum.

XXXVIIII Centaurus

Quattuor insignis pedibus manibusque duabus
Dissimilis mihi sum, quia sum non unus et unus.
Et vehor et gradior, qua me mea corpora portant.

XL Papaver

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta.
Pes unus solus, sed pes longissimus unus.
Et me somnus amat, proprio nec dormio somno. *p. 148*

Rec. B: 126 matri, patri

123 pastus *Baehrens!* 124 exspecto sagenas α 126 patri matris *d* patri matri α patris matri *h* patris matris *H* matri patri *A* matris patri β figurae *d* 127 confusa *A* generi *om. A* 128 quisquam *dβ* quidquam *A* quicquam α XXXVIII Tygris β 130 que sum *AI*] quo sum *Baehrens,* uentoque β, uento *αd* 131 natus *A* non β maritos *dα* 133 Disimilis *A* non sum *αdβ* et unum *A* 134 ueor *A* qua *Pithoeus* que *A* quo *α* quia *dβ m. sec.* cum β mea *Ad*] duo *αβ* XL Papaber *A* 135 capud *d* est *om. α* 136 unus est solus *A* 137 probrio *A* non β dormito *I*

XLI Malva

Anseris esse pedes similes mihi, nolo negare.
Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis;
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XLII Beta

Tota vocor graece, sed non sum tota latine.
Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam
In terra nascor, lympha lavor, unguor olivo.

XLIII Cucurbita

Pendeo, dum nascor; rursus, dum pendeo, †nascor.
Pendens commoveor ventis et nutrior undis.
Pendula si non sim, non sum iam iamque futura.

XLIIII Cepa

Mordeo mordentes, ultro non mordeo quemquam;
Sed sunt mordentem multi mordere parati.
Nemo timet morsum, dentes quia non habet ullos.

XLV Rosa

Purpura sum terrae, pulcro perfusa rubore,
Saeptaque, ne violer, telis defendor acutis.
O felix, longo si possim vivere fato!

Rec. B: 141 Beta . . beta 142 Pauperibus semper proponor namque tabernis 143 terris 144 pendo, tumesco 150 colore

XLI Malba *A* 138 anseres *α* similis *A* mihi *om. d* 140 supinus *A* subpinos *α* 141 Beta uocor *A* sum tobeta *A* latina *GI* 142 *sic dα, β m. 2; sed AwGI = B* 148 *AhwGI = B* limfa *A* limpha *αβ* labor *A* unguor *AαHI* ungor *dβ* olibo *A* oliua *βGI* 144 rursum *d* dum pendeo teresco *A* (cresco *a*) dependo tumescens *K. GI = B* 145 cummoueor *A* mentis *α* et] qui *d* 146 si non sum *d* Cepe *I* 147 mordentem *α* 148 mordentes *Aα* Sed multi sunt mordentem *β* 149 time *A* qui *dα* habeo *d* ullus *A* 150 pulcro *A* pulchra *β* pulchro *dα* rubore *dα* colore *Aβ alii* 152 si] sim *A* possem *H u.* 150. 151. 155; 153. 154. 152 *Heumannus, recte?*

Digitized by Google

XLVI Viola

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus.
Spiritus est magnus, quamvis sim corpore parvo.
Nec mihi germen habet noxam nec culpa ruborem.

XLVII Tus

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor,
Et placet hoc superis, medios quod mittor in ignes:
Nec mihi poena datur, sed habetur gratia dandi. *p. 149*

XLVIII Sucinum

De lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo.
Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor.
Laetus honor frondis, tristis sed imago doloris.

XLVIIII Ebur

Dens ego sum magnus populis cognatus Eois.
Nunc ego per partes in corpora multa recessi.
Nec remanent vires, sed formae gratia mansit.

Rec. B: 158 Cum mihi peccandi meritum natura negauit XLVIII Myrra 161 frondi

153 sed est β 154 sim AGI] e $d\alpha$ in β magno *d?* 155 *Non intellego.* tegmen habet *Baehrens* roborẽ *A* XLVII Thus βFG 156 flammaque fumore α 157 Et AGI sed $\beta d\alpha FH$ hic *d* superhis *A* mitor α *m. pr.* igne *A* ignis *F* 158 Cum mihi p. m. n. negauit nec in pena d. s. habetuir gr. dandi *A*. $GIw = B$ pena $A\alpha$ danti *Castalio* uitium natura negarit *Pithoeus* XLVIII Sucinus *d.* *A in inscr.* Murra, *sed* sucinũ *post* De lacrimis (*u.* 159) *irrepsit in A.* Sucinum myrrae *G* 159 per lacrimas *Castalio* cepit *A* 160 occulis β 161 odor *I* frondi *A* sed magno *d* dolorẽs *A* 162 prognatus *Baehrens fort. recte* 163 corpore *A* 164 Non *h*

Digitized by Google

L Fenum

Herba fui quondam viridi de gramine terrae;
Sed chalybis duro mollis praecisa metallo
Mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

LI Mola

Ambo sumus lapides, una sumus, ambo iacemus.
Quam piger est unus, tantum non est piger alter:
Hic manet inmotus, non desinit ille moveri.

LII Farina

Inter saxa fui, quae me contrita premebant;
Vix tamen effugi totis conlisa medullis.
Et iam forma mihi minor est, sed copia maior.

LIII Vitis

Nolo toro iungi, quamvis placet esse maritam.
Nolo virum thalamo: per me mea nata propago est.
Nolo sepulcra pati; scio me submergere terrae.

LIIII Amus

Exiguum munus flexu mucronis adunci
Fallaces escas medio circumfero fluctu.
Blandior, ut noceam; morti praemitto saginam.

Rec. B: 173 nunc

L Foenum $\alpha\beta$ 165 Uerba α uirides *A* uiridis *a* 166 calybis *A* Seu chalibis (calibus *d*) seu duro (sũ *add. d*) precisa metallo *d*α; *dedi ex A*β*GI aliis* seu] *puto* saevi 167 molle *A* proprio *d* tecta α conclausa β inclusa *A* 168—170 *om. Fd*α*H* 169 unus. unus est non piger et alter *A* non piger et β*K* sed non piger *h* 170 desinet *AGI* moberi *A* 172 effugio *d* collisa α 173 Et iam mihi nunc forma m. *A* Et tunc *K* Et nunc β miror *d* cupia *A* 174 thoro α marita *A* marito α 175 uiro *A*α thalamum α ẽt *A*, *om.* α 176 sepulchra $\alpha\beta$ socio α LIIII Hamus α*G* 177 munus flexu *scripsi* (munus *est accusatiuus ad* escas *pertinens*) munus. corpus flexi *A* (*ad* corpus *cf. u.* 117) munus ferri α*d* fluxu *add.* α corpus flexi β*GI*

Digitized by Google

LV Acula

p. 150

Longa, sed exilis, tenui producta metallo,
Mollia duco levi comitantia vincula ferro,
Et faciem laesis et nexum reddo solutis.

LVI Caliga

Maior eram longe quondam, dum vita manebat;
Sed nunc exanimis lacerata ligata revulsa
Dedita sum terrae, tumulo sed condita non sum.

LVII Clavus caligaris

In caput ingredior, quia de pede pendeo solo.
Vertice tango solum, capitis vestigia signo;
Sed multi comites casum patiuntur eundem.

LVIII Capillus

Findere me nulli possunt, praecidere multi.
Sed sum versicolor, albus quandoque futurus.
Malo manere niger: minus ultima fata verebor.

Rec. B: LV Acus 184 At LVII caligaris *deest* LVIII Capilli

flexu *iam Salmasius* mugronis *A* ferronis *dH*, *β m. 2* flexi *delet Baehrens* 178 fallacis *A* fallices *β* fero *om. A* flauum *β m. pr.* 179 morte *d* sagina *A* sagenam *α* saginas *Perionius* LV Cocla *A* Acula *d* cicula *a* Acus *β* 181 leni *β* 182 inlaesis *α* sed *plerique:* et *A* LVI Callica *A* Caligo *α* Gallica *K* 184 Ad *AI* At *wβ* reuolsa *Aβ m. 2* refulsa *d* LVII Claus callicarius *A* Clauis caligarius *G* 186 quia *Ad* qui *α* què *β* 187 capiti *A* 188 casus *A* paciuntur *α* LVIII Capillos *A* 189 Fendere *A* possunt sed *d* 190 uersicolores. albos *A* 191 Mallo *AβF* multima facta, *om.* uerebor, *A*

LVIIII Pila

Non sum cincta comis et non sum compta capillis.
Intus enim crines mihi sunt, quos non videt ullus.
Meque manus mittunt manibusque remittor in auras.

LX Serra

Dentibus innumeris sum toto corpore plena.
Frondicomam subolem morsu depascor acuto.
Mando tamen frustra, quia respuo praemia dentis.

LXI Ancora

Mucro mihi geminus ferro coniungitur uno.
Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo.
Scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras.

LXII Pons

p. 151

Stat nemus in lymphis, stat in alto gurgite silva,
Et manet in mediis undis inmobile robur.
Terra tamen mittit, quod terrae munera praestat.

Rec. B: 197 quae 201 domus

LVIIII Pila uel turbo *H* 192 comta comis *A* cincta capillis *dα* calua *Baehrens* sed non sum nuda *conicio* 193 crines in sunt *A* mihi crines sunt *β*, *I sed corr.* mihi] mei *d* uidit *A* 194 remittar *d* 192—194 *in Apollonii Tyr. c.* 42, *ubi* 192 compta comis *et* compta capillis, 193 = *β*, 194 Meque manibus LX Serras *A* 195 sum] in *dαH* 196 frondicolas subules *A* sobolem *αβI* depaco *A* 197 Mando tamen focis quod spernunt dentes acuti *A* quod spernunt praemia dentes *Baehrens* LXI Anchora *DβGI. Hoc aen. in αd post u.* 317 *positum est* 198 minus *A*, *corr. a* unco *αd* 199. 201 iurgite *d* 200 Scrudor *A* ipsos *α* 198—200 *in Apollonii c.* 42, *ubi* 198 uno, 199 lucto, 200 ipsas] imas 201 *A* = *D* nemo *α* limfis *A* limphis *αβ* siluas *α* 202 robor *Aβ* 203 munere *A* praestet *α*

Digitized by Google

LXIII Spongia

Ipsa gravis non sum, sed aquae mihi pondus inhaeret.
Viscera tota tument patulis diffusa cavernis.
Intus lympha latet, sed non se sponte profundit.

LXIIII Tridens

Tres mihi sunt dentes, unus quos continet ordo.
Vnus praeterea dens est et solus in imo.
Meque tenet numen, ventus timet, aequora curant.

LXV Sagitta

Saepta gravi ferro, levibus circumdata pinnis
Aēra per medium volucri contendo meatu,
Missaque discedens nullo mittente revertor.

LXVI Flagellum

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
Obsequio cogens moderati lege doloris.
Nec volo contemni, sed contra nolo nocere.

LXVII Lanterna

Cornibus apta cavis, tereti perlucida gyro,
Lumen habens intus, divini sideris instar,
Noctibus in mediis faciem non perdo dierum.

Rec. B: 214 Obsequium reddens memorata l. d.

204 aqua *A* inherat *α* 205 tamen *d?* patulis . . latet *om.* *α* patullis *A* cabernis *A* 206 limfa *A* sed se non *αβ* profundet *d* 204—206 *in Apollonii c.* 42 *extant* (204 aquae] limpha [?]) 207 quos *om.* *A*; quos unus *βGI* 209 numen *om.* *A* uentos *A* uetus *α* adurant *d* 210 Secta *A* Tecta *a* pennis *αGI* poennis *β* 211 uolocri tendo *A* 212 uisaque *d* discendens *A*, *β m. pr.* descendens *β corr.* reuertā *d* 213 pecutis *A* peccudes *β* cuncta *d* 214 *Ahw* = *B* moderate *d* moderanti *Schenkl* oloris *A* 215 contempni *αβd* contemni nec *A* noceri *αd* LXVII Lanterna *AH* Laterna *reliqui* 216 apti *α* cabis *A* perlugita *A* giro *Aαβ* 217 syderis *A*

Digitized by Google

LXVIII Specular

Perspicior penitus nec luminis arceo visus,
Transmittens oculos intra mea membra meantes.
Nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me. *p. 152*

LXVIIII Speculum

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura.
Fulgor inest intus radianti luce coruscus,
Qui nihil ostendit, nisi [si] quid viderit ante.

LXX Clepsydra

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,
Ius avidae linguae, finis sine fine loquendi,
Ipsa fluens, dum verba fluunt, ut lingua quiescat.

LXXI Puteus

Mersa procul terris in cespite lympha profundo
Non nisi perfossis possum procedere rimis,
Et trahor ad superos alieno ducta labore.

Rec. B: LXVIII Vitreum 229 profusis . . uenis

LXVIII Uitriū. Perspicio specular penitus *A*. *In A sequuntur u.* 219. 223. 224. 220. 221 220 occulos *β* me *α* meantis *β sed corr.* 221 hiemps *αβd* hiem̄ *A* LXVIIII Speculum] *deinde u.* 222. 225. 227 *A* 222 certe nulla *α* nulla per. *d* 223 radientia *A* radiata *β* radiante *d* coruscus *A* coruscis *I.* — coruscans *DB; sed cf. Venantium carm. VIII* 3, 141 'radianti luce coruscum', *librum A, Apollonium. Nam* 222—224 *in Apollonio c.* 42 *habentur, ubi* 223 coruscus, 224 nisi quid 224 si *GIw, om. Adα HK* quid *A* quod *GIHw* uel *K* uel quod quid *β* LXX *inscr. et numerum om. A, quare hinc ad* LXXVI *uno minores quam ego numeros exhibet.* Clepsidra *β* Clepsedrus *GI* Clapsedra *H* Clipsidra *K* 225 lex sum bona *A* 226 *om. A* 227 fluant *α* aut *β* lingua *A* LXXI Puteus *d* 228 mensa *d* cispite limfa *A* limpha *αβ* 229 perfossis *et* uenis *A* riuis *GI* 230 Et labor *Aα* Est labor *Hd* Et trahor *β* Labor et *Castalio* Et trador *K*

Digitized by Google

LXXII Tubus

Truncum terra tegit, latitant in caespite lymphae.
Alveus est modicus, qui ripas non habet ullas.
In ligno vehitur medio, quod ligna vehebat.

LXXIII Vter

Non ego continuo morior, dum spiritus exit:
Nam redit adsidue, quamvis et saepe recedit.
Nunc[que] mihi magna est animae, nunc nulla facultas.

LXXIIII Lapis

Deucalionea proveni sospes ab unda,
Affinis terrae, sed longe durior illa.
Littera decedat: volucrum quoque nomen habebo.

LXXV Cálx

Evasi flammas, ignis tormenta profugi.
Ipsa medella meo pugnat contraria fato:
Ardeo de lymphis; mediis incendor ab undis.

Rec. B: 233 quae LXXIII Follis 236 Et mihi nunc 239 uolucris 242 Infundor . . calidis

LXXII Tubus ligneus *A* 231 cispide limphę *A* 233 modico uehitur q; *A* quae (β) *i. e. aqua* LXXIII Vter follis *A* Vtrus *dH* Vtris *G* 234 sp̃s *A* 235 et] qui *d, om.* β recedat *αI* 236 que *om. ADH, add. Camerarius* mihi sic *I, Baehrens; hw = B.* Et nunc mihi *Petropol.* est *om.* β *K* non nulla *αK* facultȃs *α* 237 Deucalionea proueni *scripsi* Deucalion ego sum crudelis hospes (hospis *Ad*) *libri* crudeli sospes *Heumann* habundans *α* 238 Afines *A* Adfines β*dI* 239 recedat *A* decedit *d. Ahw = B.* quoque *om. dH; post* nomen *α* LXXV Calix *Ad* 240 turmenta *A* praefugi *α* refugi *I* 241 meoppugnant *A* mea *α* fatu *d* 242 Infrigitor limfis *A* Infrigidor l. β Infrigor lumphis *K* Ardeo de nimphis *α* Ardeo demsis *d* Infundor *Baehrens* calidis *A*β mediis *α* medios *d* ab undis] ab ignis *α* ad ignes *d* in ignes *H*

Digitized by Google

LXXVI Silex

Semper inest intus, sed raro cernitur ignis.
Intus enim latitat, sed solos prodit ad ictus.
Nec lignis ut vivat eget, nec ut occidat undis.

LXXVII Rotae *p. 153*

Quattuor aequales currunt ex arte sorores
Sic quasi certantes, cum sit labor omnibus unus.
Et prope sunt pariter nec se contingere possunt.

LXXVIII Scalae

Nos sumus, ad caelum quae tendimus, alta petentes,
Concordi fabrica quas unus continet ordo,
Vt simul haerentes per nos nitantur ad auras.

LXXVIIII Scopa

Mundi magna parens, laqueo conexa tenaci,
Vincta solo plano, manibus conpressa duabus
Ducor ubique sequens et me quoque cuncta sequuntur.

Rec. B: LXXVI Silex *p. 153*

Virtus magna mihi duro; mollitur ab igne,
Cessantique foco intus mihi uirtus adhaeret.
Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

246 parte 249 scandimus 252 In siluis genita

LXXVI: $A = D + B$. $hw = D$. Silex] Aliter (*sic, quamquam ante recensionem alteram*) *A* Silice α 243 *in rec. B uult Baehrens* durus mollibor *et* 244 fomes mihi uiuus 244 latidat sed solo *A* et *Schenkl* ictos *d* 245 *alterum* ut *om. dL* Aliter] Silex *AB. tristichon, quod A* (*p.* 153 *init.*) βK *habent, om. D* ab igni cessanteq; $A\beta$ suco *K* cernitus *A* LXXVIII *ante* LXXVII *A*. Rotae IV α 247 si *A* 246—248 *habet Apollonius c.* 42, *ubi* 246 arte, 248: Cum prope sint pariter, non se pertingere possunt LXXVIII Scala β 249 $AhwI = B$ 251 Et βK comitentur *libri* nitantur *Buenemann* nos connitamur *Schenkl* 249—251 *habet Apollonius c.* 42, *ubi* 249 $= B$, 250 conserit, 251 Quicumque alta petunt, per nos comitantur ad auras 252 $w = B$. $Ah = D$. connexa *d* complexa *w* 253 Iuncta *libri praeter Ad* complexa pressa *d* comprensa *h* 254 et *om. d* conta secuntur β sequntur *A* sequentur β *m. 2 d*

Digitized by Google

LXXX Tintinnabulum

Aere rigens curvo patulum conponor in orbem.
Mobilis est intus linguae crepitantis imago.
Non resono positus, sed motus saepe resulto.

LXXXI Lagena

Mater erat Tellus, genitor est ipse Prometheus,
Auriculae[que] regunt redimito ventre cavato.
Dum cecidi, subito mater mea me laniavit.

LXXXII Conditum

Tres olim fuimus, qui nomine iungimur uno.
Ex tribus est unus, et tres miscentur in uno.
Quisque bonus per se; melior, qui continet omnes.

LXXXIII Vinum in acetum conversum

Sublatum nihil est, nihil est extrinsecus auctum; *p. 154*
Nec tamen inveni, quicquid prius ipse reliqui.
Quod fuerat, non est; coepit, quod non erat, esse.

Rec. B: 255 patulo . . orbe 260 misere cecidi . . divisit LXXXII Conditus potus 266 invenio 265 Quod fueram, non sum; coepi, quod non eram, esse.

Numerum 'LXXX' *om. A* LXXXI Tintinabulus *A*, *qui hinc ad* LXXXXV *uno maiores quam ego numeros exhibet.* Tintinabulum αH 255 reges β curbo patulos *A* urbem *A* orbem A^1. $Iw = B$ 256 Mouilis *A* crepitatis α 257—259 *om.* $d\alpha h$ 257 resonant β sed motus *Schenkl* motus quoque *libri* motus longeque *Castalio* saepe β: longe *AI* LXXXI Laguena β. *incertum* Lagena *an* Lagona *A* Lacuna *I* 258 prometeus *A* 259 que *om.* $A\beta IK$ rigent *Froehnerus* redimita βIK redimitae *Perionius*, -itam *Pithoeus* cauata *AI* 260 gaudii *d* gaudiis α misera $A\beta hwIK$ cęcidit *A* mea mater βK laniabit *d* liniauit α diuisit $A\beta K$ LXXXII Conditus *d* Conditum $A\alpha$. $\beta w = B$ 262 trebus *A* et *om.* β set *Baehrens* (*at cf. u.* 190. 258) 263 quisquis *A*, *corr.* A^1 in se *d* LXXXIII Vinum uersum in acetum βK Vinum amarum dH, *dedi ex* $A\alpha$ *Pith.* 264 est *om.* β actũ *AF*, *deletum in d* *u.* 265. 266 *libri,*

LXXXIIII Malum

Nomen ovis graece, contentio magna dearum,
Fraus iuvenis Phrygii, multarum cura sororum.
Hoc volo, ne breviter mihi syllaba prima legatur.

LXXXV Perna

Nobile duco genus magni de gente Catonis.
Vna mihi soror est, plures licet esse putentur.
De fumo facies, sapientia de sale nata est.

LXXXVI Malleus

Non ego de toto mihi corpore vindico vires,
Sed capitis pugna nulli certare recuso.
Grande tamen caput est, totum quoque pondus in illo.

LXXXVII Pistillus

Contero cuncta simul virtutis robore magno.
Vna mihi cervix, capitum sed forma duorum.
Pro pedibus caput est: nam cetera corpore non sunt.

Rec. B: 269 Excidium Troiae, [dum] bella cruenta peregi 272 †de mari mihi sapor inhaesit 275 mihi ..... in ipso est

transp. Heumann. 266 *Aw* = *B* cuiquid *A* relinqui *A* re//// *d* 265 *Aw* = *B*. *h* = *D* cępi *A* quia β ęssę non erat α 267 Nomen] Est mihi nomen β nouis β N. habens graecum *I* 268 Frugii (*Paridis*) *Buecheler* functi · pulcrã *A* functi *rell. omnes* pulcri *Castalio* cincti (*Milanionis*) *Klapp* multarum (*sc. Hesperidum Ziehen*) *libri* iunctarum *Bachrens* 269 *AI* = *D* + *B*. *h* = *B* + *D*. *Aldhelmus* = *D* briuer *d* lega .. *d* lagatur α Exidium *A* dum *Ihw*, *om. AβK* peregit *I* 271 est *om.* β esse uidentur *A* 272 sale *scripsi*, mare *libri rec. D*. *Aw Pith.* = *B*, *sed* de mari *om. A* sapor et mihi salsus inhaesit *Bachrens* LXXXVI Malleum β 273 Non mihi de totũ corpus ego. non ego de toto *sqq. A* 274 pugnum *d* 275 tamen *αdHh*] mihi *AβIwK* totum pondusque *K* corpus *dαh* illo *AdαHh* illo est *I*; *w* = *B* LXXXVII Pistulum β 278 corpora *libri* (corporis absunt *w*), *corr. Wernsdorf*

Digitized by Google

LXXXVIII Strigilis aenea.

†Rubida curva capax, alienis humida guttis,
Luminibus falsis auri mentita colorem,
Dedita sudori, modico subcumbo labori.

LXXXVIIII Balneum

Per totas aedes innoxius introit ignis.
Est calor in medio magnus, quem nemo veretur.
Non est nuda domus, sed nudus convenit hospes.

LXXXX Tessera

p. 155

Dedita sum semper voto, non certa futuri.
Iactor in ancipites varia vertigine casus
Non ego maesta malis, non rebus laeta secundis.

LXXXXI Pecunia

Terra fui primo, latebris abscondita terrae;
Nunc aliud pretium flammae nomenque dederunt,
Nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur.

Rec. B: LXXXVIII: aenea *deest* 279 Rubea 280 simulata metallo 287 Nunc . . nunc 288 primum . . . . . diris

LXXXXVIII aenea *Aα* aerea *dH* Strigill(a)e *βK* 279 *AωPith.* = *B*. Cuprea *Baehrens*. *Num* Aerea? curba *A* 280 fluminib; *A* aureo *β* simulata metallo mentita colorem *A* colore *α* 281 que sucumbo *β* LXXXVIIII Balineum *d* 282 sedes *dωHI* 283 ueret *d* 284 nudus *om. A* nudus sed *β* hospis *d* 282—284 *in Apoll. Tyr. c.* 42 *extant, sed ita ut* 283 *sit* Circumdat flammis hinc inde uallata, nec uror *et* 284 Nuda domus est et nudus ibi conuenit hospes (*cf. ed. mea*) 285 uoto : fato *dh* futuri *Heumann* futura *β* futuro *libri rell.* 286 ancipitis *Aαd* ancipates *β m. pr.* 287 *AH* = *B.* secundus *α*. *Num u.* 287. 286 *transponendi?* 288 primo *A* diris *A* duris *I* 289 alio *A, corr. A*^{1} precium *αβ* dederant *A* dedere *d* 290 *non intellego. An de* argilla, *non de* pecunia *est aenigma?*

LXXXXII Mulier quae geminos pariebat

Plus ego sustinui, quam corpus debuit unum.
Tres animas habui, quas omnes intus habebam:
Discessere duae, sed tertia paene secuta est.

LXXXXIII Miles podagricus

Bellipotens olim, saevis metuendus in armis,
†Quinque pedes habui, quod numquam nemo negavit.
Nunc mihi vix duo sunt; inopem me copia fecit.

LXXXXIIII Luscus alium tenens

Cernere iam fas est, quod vix tibi credere fas est.
Vnus inest oculus, capitum sed milia multa.
Qui quod habet vendit, quod non habet unde parabit?

LXXXXV Funambulus

Inter luciferum caelum terrasque iacentes
Aēra per medium docta meat arte viator.
Semita sed brevis est, pedibus nec sufficit ipsis.

Rec. B: 293 peregit LXXXXIII Miles 295 Sex ... quos 296 reddit LXXXXIIII Luscus alios uendens

LXXXXII Mulier. *d* Geminos mulier quae cum gemitu parit *α* Mulier cum geminis *H. Dedi ex Aβ* (paribat *A*) 292 animus *α* inter *α* 293 Discere *d* tercia *α* pena *A* poene *α* poena *βK* peregit *Aβ* LXXXXIII Miles potager *A* Eques podagricus (*quoad sententiam recte*) *Pithoeus* 294 saeuis] semper *A* 295 Sex *Aβhw* Sexque *Perionius* Quinque *dα*, *quod non intellego* 296 cupia *A*. *Aw* = *B* LXXXXIIII alium (*i. e. allium*) tenens *α*, *nescio quid d* alios uindens *A* alium uendens *Pithoeus* 298 capitis *β m. pr.* 299 Quidquid *A* Qui id quod *αI* uindit *Ad* parauit *AαdI* LXXXXV Funeambulus *Aβ* 300 luciferum *AI* lucificum *αdβ* lucifluum *h* iacentem *α* 301 doctã. eat *A* doctus *I*

Digitized by Google

LXXXXVI

[Nunc mihi iam credas, fieri quod posse negatur.
Octo tenes manibus, sed me monstrante magistro
Sublatis septem reliqui tibi quinque manebunt.]

LXXXXVII Vmbra

Insidias nullas vereor de fraude latenti;
Nam deus attribuit nobis haec munera formae,
Quod me nemo movet, nisi qui prius ipse movetur.

LXXXXVIII Echo

Virgo modesta nimis legem bene servo pudoris. *p. 156*
Ore procax non sum nec sum temeraria linguae.
Vltro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

LXXXXVIIII Somnus

Sponte mea veniens varias ostendo figuras.
Fingo metus vanos nullo discrimine veri.
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

Rec. B: LXXXXVI *Aenigma deest* 310 lingua

303 De VIII tollas VII et remanet VI *I; similia d H, α in mg. Hoc loco est in d, no.* 49 *in α; deest A B, neque cum reliquis Symphosii aenigmatis arte congruit.* Quaternio *cod. Scaligeri* 303 credis *α* credes *h I Pith.* nagatur *α* 304 tenes *Petropolitanus,* tenens *reliqui* 305 quinque manebunt *L. Muellerus* sex remanebunt *libri. Solutio haec Klappii est: IIX -tolle IIA -manebunt V* 306 latentis *A I* 307 adtribuit *β* huius mihi munera *I* mūra *A* (ne *m. rec.?*) 308 me *om. β* qui *om. α* quid *A* quod *β* si *Schenkl* mobetur *A* 309 regem *β m. pr.* podoris, *corr., α* 310 nec] non *d? A = D. h, Aldhelmus = B* 311 loquendi *d* LXXXXVIIII Somnium *Muellerus* 313 uero *α d h* 314 claudet *A d I*

C Monumentum

Nomen habens hominis post ultima fata relinquor.
Nomen inane manet, sed dulcis vita profugit.
Vita tamen superest morti post tempora vitae.

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.

C Sepulchrum *dH* Monimentum *α* Monumatum *β* 315 facta *α* relinquor *AI* remansi *β* -nsit *α* remanens *d* relinquo *Castalio* 317 semperest *α* mortis *AI* multis *Heumann* meritis *Bachrens*. Nix. Candida supernis dilabor nubibus atris Paulatim adcrescens aceruos congero magnos Tacens terris cado ullo nec murmure reddo *add. α*. *De subscriptione libri A u. p.* 247. Finiunt enigmata simphosii philosophia m̃ *α*. Finit enigmata simphosii *I, om. H.* — 318 *Analecta Heluetica ed. Hagen p.* 272, 37: in aenigmatibus Symphosii hoc legitur de glacie. *Donatus tamen aliique sine Symphosii nomine afferunt*

Digitized by Google

B. VI 1—83.
M. 299—381.
B. IV 386—425.

LVXORII

viri clarissimi et spectabilis

LIBER EPIGRAMMATON

Sunt [vero] versus LXXXXVII

287

Metro phalaecio ad Faustum

[XXIV] Ausus post veteres tuis, amice,
Etsi iam temere est, placere iussis,
Nostro Fauste animo probate conpar,
Tantus grammaticae magister artis,
Quos olim puer in foro paravi
Versus ex variis locis deductos
(Illos scilicet, unde me poetam
Insulsum puto quam magis legendum),
Nostri temporis ut amavit aetas,
In parvum tibi conditos libellum
Transmisi memori tuo probandos
Primum pectore; deinde, si libebit, *p. 157*
Discretos titulis, quibus tenentur,

EXPL · ENIGMATA · SINFOSI · | INCIP · LIBER · EPI · GRAMATON · UIRI · CLARI | LUXORI · ET · SPECTABILIS. sunt ūr' | LXXXXVII *A*. *In re metrica et prosodiaca poeta nimium quantum neglegens est.*

287. XXIV *addidi* Metro falecio. ad faustum *A*. *De Fausto cf. praefatio* 2 tam *A* iam *α* 5 paui *A*, *corr. Heinsius. num u.* 5. 6 *transponendi?* 6 iocis *Baehrens* reductos *Burm.* 8 magis quam *α* mage quam puto *Maehlyus* 9 aestimauit *Burm.* 12 deinc si libibet *A* dehinc *α* deinde *Heinsius* 13 Discredos *A*

Per nostri similes dato sodales.
Nam si doctiloquis nimisque magnis
Haec tu credideris viris legenda,
Culpae nos socios notabit index:
Tam te, talia qui bonis recenses,
Quam me, qui tua duriora iussa
Feci nescius, inmemor futuri.
Nec me paeniteat iocos secutum,
Quos verbis epigrammaton facetis
Diversos facili pudore lusit
Frigens ingenium, laboris expers.
Causam, carminis unde sit voluptas,
Edet ridiculum sequens poema.

288

Iambici ad lectorem operis sui

Priscos cum haberes, quos probares, indices,
Lector, placere qui bonis possent modis,
Nostri libelli cur retexis paginam
Nugis refertam frivolisque sensibus,
Et quam tenello tiro lusi viscere?
An forte doctis illa cara est versibus,
Sonat pusillo quae laboris †schemate,
Nullo decoris, ambitus, sententiae?
Hanc tu requiris et libenter inchoas,
Velut iocosa si theatra pervoles?

14 sudales *A* 16 credederis *A* 17 notauit *A* 18 Tam te *α*, *Meyerus* Tantae *A* bonus *Baehrens* recensis *A* 21 peniteat · ocos securum *A* 22 Quod *A*, *corr. Meyer* epigramathon facitis *A* 23 Diuersos *Maehlyus* Diuerso et *A* 26 Edet *ego* Egit *A* rediculũ *A*

288. Iamuici ad lectorem operi sui *A* 1 probare *A* 4 tribulisque *A*, *corr. Meyer* 5 tyro *A* biscere *A* 6 An *ego* Et *A* si illa *A* 7 Sona *A* pusilli *A*, *correxi* q; *A* comutę *A* scommate *Baehrens* schemate *conieci* 8 sententia *A* 9 lurequeris *A*, *corr. Baehrens* luce *α* iure *Heinsius* incoas *A* 10 teatra *A* peruoles *Baehrens* pernotes *A*

Digitized by Google

289

Asclepiadei ad librum suum

Parvus nobilium cum liber ad domos
Pomposique fori scrinia publica
Cinctus multifido veneris agmine, *p. 158*
Nostri defugiens pauperiem laris,
Quo dudum modico sordidus angulo
Squalebas, tineis iam prope deditus:
Si te despiciet turba legentium
Inter Romulidas et Tyrias manus,
Isto pro exequiis claudere disticho:
Contentos propriis esse decet focis,
Quos laudis facile est invidiam pati.

290

Epigrammata parva quod in hoc libro scripserit

. . . . . .

Si quis hoc nostro detrahit ingenio,
Adtendat modicis condi [de] mensibus annum,
Et graciles hiemis, veris et esse dies;
Noverit [in] brevibus magnum deprendier usum.
Vltra mensuram gratia nulla datur.
Sic mea concinno si pagina displicet actu,
Finito citius carmine clausa silet.

289. Asclepiadei ad *sqq. A* 1 Parbus *A* 2 Ponposique *A* publici *A* 3 hacminerue *A, corr. α* 4 diffugiens *A* 5 sordidos *A* 6 Saualebas *A, corr. Meyerus* deditos *A* debitus *Maehly* delitus *olim conieci* 7 dispiciet *A* 9 exiquiis *A, corr. A*[1] elaudere distico *A* 10 probriis *A* debit *A* focis *scripsi* locis *A* 11 ludi *L. Muellerus*

290. De epigrammata *sqq. A* De eo quod e. p. in *α* 1 Parua quod exiguo sint scripta epigrammata libro *supplet Burmannus* 2 in hoc *Burm.* detrait *A* 3 concludi *Meyerus* de *add. Burm.* mensibis *A* 4 faciles *A, corr. Meyerus* uiris et esset *A, corr. α* 5 in *add. α* brebib; *A* dependere *A, corr. Meyer* 6 Ultra (*sc. certam mensuram*) *α* Altra *A* 7 Sic *scripsi* Hic *A* Nec m. continuo sic *Baehrens* 8 Fenito *A* carmina *A, corr. Baehrens* silent *Burm.*

Nam si constaret libris longissima multis,
Fastidita forent plurima †vel vitio.

291

Trochaicum de piscibus, qui ab hominibus cibos capiebant

Verna clausas inter undas et lacunas regias
Postulat cibos diurnos ore piscis parvolo
Nec manum fugit vocatus nec pavescit retia.
Roscidi sed amnis errans hinc et inde margine
Odit ardui procellas et dolosi gurgitis,
Ac suum, quo libet esse, transnatans colit mare.
Sic famem gestu loquaci et mitiori †vertice
Discit ille quam sit aptum ventris arte vincere.

292

Archilochium de apro mitissimo in triclinio nutrito

Martis aper genitus iugis inesse montium *p. 159*
Frangere [et] horrisonum nemus ferocius solens,
Pabula porticibus capit libenter aureis
Et posito famulans furore temperat minas;
Nec Parios lapides revellit ore spumeo
Atria nec rabidis decora foedat ungulis,
Sed domini placidam manum quietus appetens
Fit magis ut Veneris dicatus ille sic sacris.

10 uel merito *conieci* bella cito *Petschenig*

291. Trocaicũ de *sqq. A* cybos *A* 2 Postula *A* piscẽ *A* paruolus *A, corr. A*[1] 3 Hęci *A* pupescit *A, corr. Duebnerus* regia *A, corr. Studemund* 4 Roscidis ed *A* margines *A* 5 gurgites *A* 6 liber esse *A* libet *Maehly* esset *Duebn.* colit *Duebn.* solet *A* sulcat *Studemund* 7 *non intellegitur* 8 Discos ille quem *A, corr. α* aptus *Meyerus*

292. Arcilociũ de *sqq. A* missũ *A* mitissimo *scripsi. an* Misuae? *quod est oppidum Carthagini propinquum* 2 et *Meyer, om. A* et orrisonum *conicio* ferotius *A* 4 famulas *A, corr. Baehrens* 6 rapitis *A* rabidis *Mueller* fędat *A* 7 placitam *Baehrens* 8 It *Klappius* sic *Baehrens* sit *A*

Digitized by Google

293

De auriga Aegyptio qui semper vincebat

Quamvis ab Aurora fuerit genetrice creatus
Memnon, Pelidae conruit ille manu.
At te Nocte satum, ni fallor, matre paravit
Aeolus et Zephyri es natus in antra puer.
Nec quisquam qui te superet nascetur Achilles:
Dum Memnon facie es, non tamen es genio.

294

Sapphicum in grammaticum furiosum

Carminum interpres meritique vatum,
Cum leves artem pueros docere
Diceris vel te iuvenes magistrum
Audiunt verbis veluti disertum,
Cur in horrendam furiam recedis
Et manu et telo raperis cruentus?
Non es, in quantum furor hic probatur,
Dignus inter grammaticos vocari,
Sed malos inter sociari Orestas.

295

Glyconeum in advocatum effeminatum

Execti species viri,
Naturae grave dedecus,
Vsu femineo Paris,

293. aurica *A* 1 ab *del. Meyer* 2 pellide *A* 3 at *Meyer* ut *A* 4 eolos *A* latus *Baehrens* 5 Nec] Ne *A* Nequiquam *L. Mueller* 6 Tu *idem* facies *A* facie es *Meyer* es g. *Burm.* et g. *A*

294. Safficũ in *sqq. A* 1 ueterumque *Baehrens* uadum *A* 2 breues *Baehrens!* 3 Niteris *idem* 4 Audeant *A* Audiunt *scripsi* 5 Quur in orendã *A* descendis *α* 6 cruendos *A* uerendus *Baehrens* 7 inquam, dum *Schubertus* 8 gramaticos *A* 9 sociarios orestas *A*

295. Gliconium in *sqq. A* 2 grabe *A* 3 Uso *A* pares *A* patens *Baehrens, recte?* Paris *Burmannus*

Foedae cura libidinis: *p. 160*
Cum sis ore facundior,
Cur causas steriles agis
Aut corrupta negotia
Et perdenda magis locas?
Agnovi: ut video, tuo
Ori quid bene credier
Non vis, sed puto podici.

296

B. III 164.
M. 914.

In clamosum Pygmaeum corpore et furiosum

Corpore par querulis es vel clamore cicadis:
Hinc potior, quod te tempora nulla vetant.
Dum loqueris, quaerunt cuncti, vox cuius oberret,
Atque sonum alterius corporis esse putant.
Miramur, tantum capiant qui membra furorem,
Cum sit forma levis, clamor et ira gravis.

297

Phalaecium in moechum, quod debriatus plorabat, cum coitum inplere non posset

Saepius futuis nimisque semper,
Nec parcis, nisi forte debriatus
Effundis lacrimas, quod esse moechus

4 Fere *A* Foedae *Heinsius* 5 facundior *A* fecundior *Schubertus* secundior *Baehrens* 6 Qur *A* 8 colis *Schubertus* 9 ut] et *Meyer* 11 bis sed puro *A, corr. a*

296. pigmeum *ABV* corpore *om. BV* 1 per *BV* quaerelis *V* cicauis *A* 2 patior *B* potius *V* uedant *A* 3 quaeſ *V* cui obirent *B* aborret *V* 4 adq; *A* somnũ *B* 5 cupiant *B* qui *Baehrens* quẽ *A* que *B* quę *V* 6 Cum *A* Vt *BV*

297. Falletium inme · cum quoddebriatus *A* possit *A* 1 Iaeius *A, corr. cod. Leid. in mg.* 2 Ne parces *A* inebriatus *Burmannus* debriatus *A; cf. Peiperus ann. philol.* 1873, 340 3 megus *A*

Digitized by Google

Multo non valeas mero subactus.
Plura ne futuas, peto, Lucine,
Aut semper bibe taediumque plange,
Aut, numquam ut futuas, venena sume.

298

In spadonem regium, qui mitellam sumebat

Rutilo decens capillo
Roseoque crine ephebus
Spado regius mitellam
Capiti suo locavit;
Proprii memor pudoris, *p. 161*
Bene conscius quid esset,
Posuit cogente nullo,
Fuerat minus quod illi.

299

Anapaesticum in magum mendicum

Tibi cum non sit diei panis,
Magicas artes inscius inples.
Ire per umbras atque sepulcra
Pectore egeno titubans gestis.
Nec tua Manes carmina sumunt,
Fame dum pulsus Tartara cantu
Omnia turbas, aliquid credens
Dare quod possit superis Pluton

4 Multa *A* 5 Plura *scripsi* Plora *A* fuduas *A* 6 Aut *Meyerus* Et *A* uiuit odiuq; plangit *A, corr. Meyerus* bibito diuque *Hauptius*

298. 1 Ratio *A* Rutilo *Burmannus* Raro *Heinsius* 2 roseaque carne *Petschenig* crines effoeb; *A* 4 Capitis uolo capit *A, corr. Studemundus et Baehrens* 5 probrii *A*

299. Anapesticum in magnū medicum *A* magum *edd.* mendicum *Hilbergius* 3 adq; 7 crederis *A* credens *Baehrens* credis *Meyer* 8 super his *A, corr. Klappius*

Pauperibus. qui puto quod peius
Egeas totum semper in orbem,
Mage, si posces membra perempta.

300

In acceptorarium obesum et infelicem

Pondere detracto miseras, Martine, fatigas
Pressura crudelis aves. pinguedine tanta
Vt tu sis, frustra maciem patiuntur iniquam.
Debuerant, fateor, magis has tua pascere membra,
Vt numquam possent ieiuna morte perire.

301

In vetulam virginem nubentem

Virgo, quam Phlegethon vocat sororem,
Saturni potior parens senecta,
Quam Nox atque Erebus tulit Chaosque,
Cui rugae totidem graves, quot anni,
Cui vultus elefans dedit cutemque,
Mater simia quam creavit arvis
Grandaeva in Libycis novo sub orbe, *p. 162*
Olim quae decuit marita Diti
Pro nata Cereris dari per umbras:
Quis te tam petulans suburit ardor,
Nunc cum iam exitium tibi supersit?

9 qui *Bachrens* q; *A* petus *A* petas *α* peius *Baehrens* pēnus *Petschenig* 10 in aeuum *Baehrens* 11 posces *scripsi* poscis *A*

300. (acceptor *est* accipiter) 1 detracto *Duebnerus* uel facto *A* 2 haues *A* aues *cod. Leid.* 3 frustrã · aciem *A* 5 Vt unumquam *A* periret *A*

301. 1 flegeton *A* Phaethon uocet *L. Mueller* 2 senecte *A*, *correxi* parente enecta *Petschenig* 3 tullit caosq; *A* 4 ruget *A* 7 libicis *A* nouo sub orbe *sic intellego: cum modo mundus recens creatus esset* 8 quam *A* quae *Burm.* marita *Heinsius* marto *A* -ito *α* 10 pedulans *A*

Digitized by Google

An hoc pro titulo cupis sepulcri,
Vt te cognita fama sic loquatur,
Quod stuprata viro est anus nocenti?

302

In medicolenonem

Quod te pallidulum, Marine noster,
Cuncti post totidem dies salutant,
Credebam medicum velut peritum
Curam febribus et manum pudicam
De pactis logicae parare sectae
Aut de methodicis probare libris.
At tu fornice turpius vacabas,
Exercens aliis, quod ipse possis
Lenatis melius tibi puellis
Scortandi solito labore ferre.
Novi, quid libeat tuum, chirurge,
Conspectos animum videre cunnos:
Vis ostendere te minus virum esse,
Arrectos satis est mares videre.

303

In diaconum festinantem ad prandium cauponis

Quo festinus abis gula inpellente, sacerdos?
An tibi pro psalmis pocula corde sedent?

12 cupit sepulchri *A* 13 cognita *A* condita *Baehrens* 14 stubrata *A* es *Petschenig* nocente *A m. pr.*

302. In medicum lenonem *puto* 2 toditem *A* 5 pactis *Baehrens* fastis *Meyerus* factis *A* 6 metodicis *A* 7 Aüt *A* tur · plus *A, corr. a* 11 Nobi *A* quid *i. e. cur.* liberat *A, corr. Burm.* cirurge *A* 12 Conspectos *A* Conlectos *Maehlyus* connos *A, corr. A*[1] 13 R (= '*requiendum*') *A in mg.* 14 Vlarrectos *A, corr. Heinsius*

303. De diacono festinante *V* In diconum festiuitatem *B* caponis *B* 1 Quid *A* abhis *A* guila *A* cuila *B* guila *V* inpelente *B et* (l *supra* el) *V* 2 spalmis *B* procula, r *eras.*, *V* codae *B*

Pulpita templorum, ne pulpita quaere tabernae,
Numina quo caeli, non fialas referas.

304

De turre in viridiario posita, ubi se Fridamal aprum pinxit occidere *p. 163*

Extollit celsas nemoralis Aricia sedes,
Sternit ubi famulas casta Diana feras;
Frondosis Tempe cinguntur Thessala silvis
Pinguiaque Nemeae lustra Molorchus habet;
Haec vero aetherias exit quae turris in auras,
Consessum domino deliciosa parans,
Omnibus in medium lucris ornata refulget
Obtinuitque uno praemia cuncta loco.
Hinc nemus, hinc fontes exstructa cubilia cingunt
Statque velut propriis ipsa Diana iugis.
Clausa sed in tanto cum sit splendore voluptas
Artibus ac variis atria pulcra micent,
Admiranda tuae tamen est virtutis imago,
Fridamal, et stratae gloria magna ferae.
Qui solitae accendens mentem virtutis amore
Aptasti digno pingere facta loco:
Hic spumantis apri iaculo post terga retorto
Frontem et cum geminis naribus ora feris.

3 Palpita — palpita *V* 4 Almina *A*, *om.* *BV* Numina *Salmasius* (*cf.* 314, 7. 369, 7) quo *AB* quod *V* caeli] celi laudes *BV* laudes (*om.* caeli) *A* Almi quo laudes *Schubertus* Agmina quo caeli *Baehrens* ñ quae *V* fialas *A* filas *BV* referas *B* -res *V* reseras *A*

304. uiridario *edd.* abꝛ *A* 2 fabulas *A*, *corr.* *a* feres *A* 3 cincuntur tesala *A* 4 Pinquia bene nutulus · tramůlorcus *A*, *correxi* Pinguia Benuenti *Heinsius* 5 ęterias *A* 6 dño *A* 7 lucis *A*, *corr.* *Baehrens* 8 nouo *A* uno *Baehrens* 9 et structa *A*, *correxi* ciuilia *A* 10 probriis *A* 14 et] ẽ *A* (t *add. m. alt. antiqua uncialis*) statuę *A*, *corr.* *a* 16 Optasti *Meyerus* facia *A* 17 Hic *Baehrens* Hinc *A* pos *A* retorta *A*

Digitized by Google

Ante ictum subita prostrata est bellua morte,
Cui prius extingui quam cecidisse fuit.
Iussit fata manus telo, nec vulnera sensit
Exerrans anima iam pereunte cruor.

305

De avibus marinis, quae post volatum ad domum remeabant

Felix marinis alitibus Fridamal,
Felix iuventa, prosperior genio,
Quem sponte poscunt aequoreae volucres
Nec stagna grato frigida concilio *p. 164*
Pigris strepentes gurgitibus retinent;
Sed quo tuorum temperiem nemorum
Monstrent, volatu praememores famulo
Pro te relictam non repetunt patriam.

306

In aurigam senem victum crimina in populos iactantem

Te quotiens victum circus, Cyriace, resultat,
Crimine victores polluis et populos.
Non visum quereris senio languente perisse
Castigasque tuae tarda flagella manus.
Sed quod in alterius divulgas crimina nomen,
Cur non illa magis credis inesse tibi?

19 Actutum *Petschenig* Adque ictum *Baehrens* prostrate · sibellua *A* 20 prius prius *A*, *corr. a* 21 Misit *Petschenig* nec *i. e. nec tamen*

305. ad *om. edd.* 3 pascunt *Schubertus* egore *A* 4 grado frigiga *A* Phrygica *Burm.* consilio *α* 5 Privis *Baehrens* 6 numerum *A*, *corr. Schrader* 8 Pro te *Meyer* Prope *A*

306. in populo *A* 1 Cyriace *Burm.* Quiriace *A* 2 set *A* 3 Non *ego* Tunc *A* Quin *Baehrens* 4 Casticasq; *A*, -ve *conieci*, *sed cf.* 307, 3 5 Et *Baehrens* 6 Quur *A*

Es meritis inpar, virtute, aetate relictus:
Haec cum habeant alii, crimina vera putas.
Sola tamen falsis surgat tibi poena loquellis,
Vt victus semper nil nisi crimen agas.

307

In podagrum venationi studentem

Apros et capreas levesque cervos
Incurvus rapidis equis fatigat.
Tantum nec sequitur capitque quicquam.
Esse inter iuvenes cupit, vocari
Baudus, dum misero gemat dolore
Et nil praevaleat. quid ergo gestit?
Mori praecipiti furit caballo,
Cum lecto melius perire possit.

308

In supra scriptum, quod multa scorta habuit et eas custodiebat

Zelo [agitas] plures, Incurvus, clune puellas,
Sed nulla est, quae te sentiat esse virum.
Custodis clausas, tamquam sis omnibus aptus;
Est tamen internus Iuppiter ex famulis. *p. 165*
Si nihil ergo vales, †vacuo cur arrigis †oge
Et facis ignavus mentis adulterium?

307. In potagrum uenatione studente *A* 1 lebesq; *A* 2 Incurb; *A* (*cf.* 308, 1): *nomen est ludicrum* 3 Tantam *A* 5 baudus *i. e. audax, fortis* (*germanice* bold) 6 praeualeat *Burmannus* proualeat *A* 7 prȩcepiti *A* 8 posset *A*

308. In ss (sacerdotem *Burmannus; correxi*) quod multas scortos . . . costodiebat *A*. *Num* multas scortas? *cf. Woelfflini Archiv. II* 572 (*III* 166) 1 agitas *addidi* Zelotypus *a* Zelaris *Baehrens* incurbas *A, correxi ex* 307, 2 plune *A* 3 Costodis *A* partus *A, corr. a* 5 uacuo *A* -ua *uulg.* uana *L. Mueller* uanum — inguen *Baehrens* oge *A* orge *Heinsius* arte *Burmann* orche (ὄρχις) *olim scripsi, cf. Martialis X* 91, 1 6 ignarus *A, corr. Mueller*

Digitized by Google

309

Anacreontium in medicum inpotentem, qui ter viduam duxit uxorem

Post tot repleta busta
Et funerum catervas
Ac dispares maritos,
Rugosa quos peremit
Fatis anus sinistris,
Tu nunc, chirurge, quartus
Coniunx vocate plaudis.
Sed vivus es sepultus,
Dum parte qua decebat
Nil contines mariti.
Iam nosco, cui videtur
Nupsisse Paula rursus.
Nulli! quid ergo fecit?
Mutare mox lugubrem
Quam sumpserat cupivit
Vxor nefanda vestem,
Vt quartus atque — quintus
Possit venire coniunx!

310

In pantomimam pygmaeam, quae Andromachae fabulam frequenter saltabat et raptum Helenae

Andromacham atque Helenam saltat Macedonia semper,
Et quibus excelso corpore forma fuit.
Haec tamen aut brevior Pygmaea virgine surgit
Ipsius aut quantum pes erat Andromachae.

309. Anagretium in *sqq.* *A* uxuorem *A* 1 buta *A* 2 catebas *A* 3 Hac *A* 4 Rogosa *A* 6 circurge *A* 11 cur *uulgo* 13 fiet *Baehrens* 14 lucubrẽ *A* 15 cupiuit *uulgo* cupibit *A* 17 adq; *A* quarto eunte *Baehrens*

310. pigmeâ quę andromace *A* pantominã pigmemi *B* ęlene *A* hele *B* 1 Andromace adq; *A* Andromachem *B* 3 pigmea *A B* uirginẽ *A* 4 andromace *A* -che *B*

Sed putat illarum fieri se nomine talem, *p. 166*
Motibus et falsis crescere membra cupit. 6
Hac spe, crede, tuos incassum decipis artus:
Thersiten potius finge, quod esse soles!

311

In ebriosum nihil comedentem, sed solum bibentem

Dum bibis solus pateras, quot omnes,
Saepe nec totis satiaris horis
Et tibi munus Cereris resordet
Ac nihil curas nisi ferre Bacchum,
Nerfa, iam te non hominem vocabo, 5
Sed nimis plenam et patulam lagunam.

312

De Fama picta in stabulo circi

Qualem te pictor stabulis formavit equorum,
Talem te nostris blanda referto iugis.
Semper et adsiduo vincendi munera porta
His, quorum limen fortis amica sedes.

313

Aliter

Verum, Fama, tibi vultum pictura notavit,
Dum vivos oculos iuncea forma gerit.

6 Montibus *AB* a cupit *in B deleta sunt* 7 credi *A* incasum *A* arte/// *B* tuas · · artes *Baehrens* 8 Tersiten *AB* potes *uel* uales *Baehrens*

311. 1 Dum bibet solos poteram quod *A* poterant quod *uulgo* pateras quot *Petschenig* 2 urnis *(quasi biberet aquam) Baehrens* 4 curus *A* ferret *A* 5 Nerse *uulgo* uocauo *A* 6 lacunam *ex* luc. *A* lagenam *edd.*

312. 4 sedis *A* tenes *Meyerus* (*sed cf.* 330, 2)

313. 1 notabit *A* 2 dum uigiles *Burm.*

Tu quamvis totum velox rapiaris in orbem,
Pulcrior hoc uno limine clausa sedes.

314

In vicinum invidum

Zeleris nimium cur mea, Marcie,
Tamquam si pereas, limina, nescio,
Cum sis proximior, una velut domus,
Et nostros paries dimidiet lares.
Sed gratum ferimus: talis es omnibus,
Nec quemquam nisi te [vis] miser aspici.
Contingat (quesumus, numina) quod cupis,
Te solum ut videas, Marcie, dum vivis! *p. 167*

315

In gibberosum, qui se generosum iactabat

Fingis superbum quod tibi patrum genus,
Nunc Iuliorum prole te satum tumens,
Nunc Memmiorum Martiique Romuli,
Prodesse gibbo forte quid putas tuo?
Nil ista falso verba prosunt ambitu.
Tace parentes, ne quietos moveas:
Natura nobis unde sis natus docet.

3 totũ (u *in* o *mutato*) *A* 4 sedis *A*

314. 1 quur *A* marcię *A* 2 nec̆io *A* 3 sit *A* une *L. Muellerus* domu *A* domus *Meyer* 5 feremus *A* 6 Ne *A* uis *add. a* 7 quęsumus nomina *A, corr. Meyerus* 8 uiuis *A. nota uitium prosodiae* bibis *a*

315. giberosum *A* genero subiactabat *A* 4 Prodeesse *A* 5 ambito *A* 6 mordeas *Baehrens* 7 doces, s *pro* t *erasa, A*

316

De eo qui se poetam dicebat quod in triviis cantaret et a pueris laudaretur

Conponis fatuis dum pueris melos,
Zenobi, et trivio carmine perstrepis
Indoctaque malis verba facis locis,
Credis tete aliquid laudibus indere
Famamque ad teneros ducere posteros?
Hoc nostrae faciunt semper et alites:
Ni rite institues, sibila tum canunt.

317

In puellam hermaphroditam

Monstrum feminei bimembre sexus,
Quam coacta virum facit libido,
Quin gaudes futui furente cunno?
Cur te decipit inpotens voluptas?
Non das, quo pateris facisque, cunnum.
Illam, qua mulier probaris esse,
Partem cum dederis, puella tunc sis.

318

Ad eum qui per diem dormiens noctu vigilabat

Stertis anhelanti fessus quod corde, Lycaon,
Exhorrens lucis munera parta die,

316. tribiis *A* cantaretur *A* -aret uersus *Baehrens* -aret *Klappius* 2 triuium (-uiă ?) *puto* tribio *A* carmina *Burm.* 3 Indocta atque *Meyer* iocis *L. Muellerus* modis *Baehrens* 5 Fanamq; *A* 6 Huc *A* rostro *Burm.* aliter *A* 7 Nih *A* institues (*i. e. eas docebis*) *scripsi* incapies *A* Nil recti in capite est, s. tum c. *Petschenig*

317. ermafroditam *A* 1 Nostrum *A*, *corr. a* 3 Quin *Baehrens* Quae *A* 4 Quur te cępit *A* Cum *Burmannus* decipit *scripsi* 5 des quo *A* 6 quam *A* 7 tunc is *A* sis *Burmannus* fis *Baehrens*

318. nocte *A* que uigilat *V* 1 anelanti *AB* licaon *A* licaoni *B* licaom *V* 2 Exorrens *AV*, *corr. V m. sec.* Exorent *B* parta *ABV* grata *Baehrens* sparsa die *Petschenig* dei *ABV* diei *Meyerus* die *ego*

Digitized by Google

Et tibi vigilias semper nox tetra ministrat, *p. 168*
Iam scio te nostro vivere nolle die.
At si tale tibi studium natura paravit,
Vivas ad antipodas; sis vel ut inde, redi!

319

De sarcophago, ubi turpia sculpta fuerant

Turpia tot tumulo defixit crimina Balbus,
Post superos spurco Tartara more premens.
Pro facinus! finita nihil modo vita retraxit,
Luxuriam ad Manes moecha sepulcra gerunt.

320

Item unde supra scriptum: ubi equi circi bibebant

Crevit ad ornatum stabuli circique decorem
Purior egregio reddita nympha loco,
Quam cingunt variis insignia clara metallis
Crispatumque super scinditur unda gradum.
Excipit hanc patuli moles miranda sepulcri,
Corporibus vivis pocula blanda parans.
Nec iam sarcofagus tristis sua funera claudit,
Sed laetos dulci flumine conplet equos.
Fundit aquas duro signatum marmore flumen,
Falsa tamen species vera fluenta vomit.

3 uigilius, *sed corr., V* trita *A*. *num* atra? 4 scio] scia *V* sua *V m. 2* nole *B* 5 ut *V* Aut *AB* At *Meyer* stud'um *A* parabit *A* 6 Viuas *A* Vi *AV* Vivus *a* antipotas *A* astipodas *V* uelut *A* uelud *BV, corr. Petschenig* re≡di *B*

319. sarcofaco *A* sculpea *A* 2 su≡peros *A* 4 Luxoriam *A* mecum *A* moecha *a*

320. unde $\overline{ss}$ ('supra' *i. e. c.* 312 *sq*) 1 Crebit *A* 2 nimfa *A* lympha *edd.* 4 Crispatumque *A* -toque *uulgo* gradu *A* gradum *Baehrens* funditur unda uado *Maehly* 5 oles *A* muranda, *sed corr., A* 7 Neclam *A*, *corr. Maehly* sarcofatus *A* tristis sua *Maehly* t. sita *Baehrens* tristissima *A* funere *A* 8 laetus *A* 10 speciesuę · uera *A*

Plaudite vos, Musae, diversaque, plaudite, signa,
Quae circum docili continet arte decor;
Et dum palmiferis post praelia tanta quadrigis
Garrula victores turba resolvit equos,
Praebete innocuos potus potusque salubres,
Vt domino proprius gaudia circus agat.

321

In cinaedum bona sua corruptoribus dantem

Divitias grandesque epulas et munera multa,
Quod proavi atque atavi quodque reliquit avus,
Des licet in cunctos et spargas, Becca, maritos: *p. 169*
Plus tamen ille capit, cui dare saepe cupis.
Nescio quid miserum est, quod celas, Becca: talento
Vendere debueras, si bona membra dares.

322

De eo qui uxorem suam prostare faciebat pro filiis habendis

Stirpe negata patrium nomen
Non pater audis; carus adulter
Coiugis castae viscera damnas,
Pariat spurios ut tibi natos,
Inscia, quo sint semine creti.
Fuerant forsan ista ferenda
Foeda, Proconi, vota parumper,

12 qua *uel* qui *Meyer* 13 palmigeris *Baehrens* praelia *idem* praemia *A* 14 Garula *A* 16 dño probrius *A* currus *Baehrens* agit *A*

321. 2 adq; atabi *A* relinquid ab; *A* 4 ille cupit *olim scripsi*

322. filios *A* 2 carus *A*] rarus *Klapp* pactus *Baehrens* pravus *ego* 3 Cŏiugis *Klappius* Coniugis *A* d.] arauit *Baehrens* 4 spurcos *A* spurios *a* 5 Inscius quod *A* Inscia *Klappius* Inscios *uulgo* 7 Fęda *A*

†Scire vel ipsa si tuus umquam
†Posset adultus dicere matrem.

323

De aleatore in pretio lenocinii ludente

Ludis, nec superas, Ultor, ad aleam,
Nec quicquam in tabula das, nisi virginem,
Spondens blanditias et coitus simul.
Hoc cur das aliis, quod poteras tibi?
An tali melius praemia grata sunt?
Aut prodest vitium tale quod impetras?
Si vincas, ego te non puto virginem
In luxum cupere, sed mage vendere.

324

In nomen Aegyptii, quo equi circi infortunium capiebant

'Icarus' et 'Phaethon' Veneto nolente vocaris
Atque 'agilis', pigro cum pede cuncta premas.
Sed tamen et Phaethon cecidit super aethera flammis,
Dum cupit insolitis nescius ire plagis;
Tu quoque confractis defectus in aequore pinnis, *p. 170*
Icare, Phoebeo victus ab igne cadis.
Digna his ergo tibi praebentur nomina fatis,
Per te iterum ut pereant, qui periere prius.

8 ipsa *A* ipse, -am, -um *docti* s[i]tus *A* si tuus *L. Mueller* filius *Burm.* 9 ipsum — patrem *Baehrens*

323. ludentẽ *A* 1 ultor *A* Ultor *Baehrens* 2 tabulam *Mueller, recte?* uirginum *A, corr. id.* 3 coitu *A* 5 An tabulae *A, corr. L. Muellerus* tablae m. proelia *Schubertus* grada *A* 6 At *Baehrens* prodeest *A* imperas *A, em. Muellerus* 7 reputo *A, corr. a* 8 capere *Baehrens* se · din agine uindere *A, corr. Burm.* in agmine *α*

324. infurtuniù *A, corr. A*[1] 1 feton beneto *A* 2 Adq; acilis *A* 3 feton *A* 4 insolutis *A* 5 compactis *Klappius* in aequora *Petschenig* in aeq. *i. e. in partibus aequoris* 6 foebeo *A* 7 Digna his *scripsi* Dignis *A* 8 perire *A, corr. a*

Digitized by Google

325

De Romulo picto, ubi in muris fratrem occidit

Disce pium facinus: percusso, Romule, fratre
Sic tibi Roma datur. huius iam nomine culpet
Nemo te c(a)edis, murorum si decet omen.

326

De eo qui amicos ad prandium clamabat, ut plura exposceret xenia

Gaudeo quod me nimis ac frequenter
Ambitu pascis, Blumarit, superbo.
Vnde sed pascor? mea sunt per omnes
Sparsa convivas bona. nec volebam,
Pasceres quemquam peteresque mecum,
Ne tibi quicquam detur, unde pascas.
Hoc tamen sed si vitio teneris,
Me precor numquam iubeas vocari.

327

De auriga elato frequenter cadente

Pascasium aurigam populi fortem esse fatentur,
Ast ego non aliud quam turgida membra notabo
Inflatumque caput papulis et amica ruinis
Brachia, quae numquam recto moderamine frenant.
Mox cadit et surgit, rursum cadit, inde resurgit
Et cadit, ut miseris frangantur crura caballis.

325. ubi] *num* qui? 2 culpet *scripsi* culpa *A* culpat *Burm.* 3 *est uersus recurrens, id quod uidit Klappius*

326. senia *A* 1 qod *A* 2 *et* 5 posc. *Baehrens* 4 sparsas *A* 7 si tu *α*

327. aurigilato *A* lato *uel* inflato *Burm.* elato *ego cl. u.* 1 1 fortasse *A, correxi* 2 turbida *A, corr. Burm.* notaui *Schubertus* 3 papulis *Doehnerus* populis *A* plagis *Meyerus* pronis *putaui uel* propriis 4 quae *Duebner*] quem *A* re^{c}to *A* 5 surgit *Klappius*] cadit *A* scandit *Baehrens*

Non iste humano dicatur nomine natus:
Hunc potius gryphum proprium vocet Africa circo.

328

De laude aurigae prasini

Iectofian prasino felix auriga colore,
Priscorum conpar, ars quibus ipsa fuit. *p. 171*
Suetus equos regere [et] metas lustrare quadrigis
Et quocumque velis ducere frena manu.
Non sic Tantalides humero stat victor eburno;
Vna illi palma est, at tibi multa manet.

329

In eum qui foedas amabat

Diligit informes et foedas Myrro puellas;
Quas aliter pulcro viderit ore, timet.
Iudicium hoc quale est oculorum, Myrro, fateri,
Vt tibi non placeat Pontica, sed Garamas!
Iam tamen agnosco, cur tales quaeris amicas:
Pulcra tibi numquam, sed dare foeda solet.

330

De simiis canum dorso inpositis

Reddita post longum Tyriis est mira voluptas,
Quem pavet ut sedeat simia blanda canem.

7 semine *Maehlyus* 8 grifum probriũ *A* grillum *Schubertus* uocat *α*

328. 1 Iectofiant *A m. pr.* 2 conparar · squib; *A* 3 ęquus *A* et *add. α* 5 humero *A (sic)* 6 palmę st *A* stat *α*

329. fędas *ex* fedas *corr. A* 1 pellas *A* 2 alitet *A* suaui et *conicio* uident *A, corr. a* 3 Indicium *A* fatere *A, correxi* 4 Poenica *Petschenig* 5 quur *A* 6 sed *A* se *Burm.* potest *a* potes *A* solet *Baehrens*

330. dorsum *A* 1 tiriis *A* 2 pauit *A*

Quantum magna parant felici tempora regno,
Discant ut legem pacis habere ferae!

331

De partu ursae

Lambere nascentis fertur primordia prolis
Vrsa ferox, placido cum facit ore genus.
Expolit informes labris parientibus artus
Et pietas subolem rursus amore creat.
Attrito truncum formatur corpore pignus,
Ut sculpendo facit crescere membra faber.
Officium natura suum permisit amanti:
Formam post uterum lingua magistra parit.

332

De laude horti Eugeti

Hortus, quo faciles fluunt Napaeae,
Quo ludunt Dryades virente choro,
Quo fovet teneras Diana Nymphas, *p. 172*
Quo Venus roseos recondit artus,
Quo fessus teretes Cupido flammas
Suspensis reficit liber pharetris,
Quo se Laconides ferunt puellae,

3 Quanto *A, corr. Meyerus* felice *A, corr. m. recens* **331.** 2 *num* placidum? 3 parentib; *A, corr. a* 5 Atrito *A* pignus *i. e. suboles* 6 Ut *Klappius* Dum *A* 8 pos *A* pauit *A, corr. a* **332.** ortus *A* Euageti *Burm.* Euangeli *α* 1 napeę *A* 2 driades *A* uiretque Chloris *α*, *Leid. mg.* choro uirente *Baehrens, sed cf. quae dixi p.* 247 3 fouet *Heinsius* sobit *A* sopit *Petschenig!* nimfas *A* 4 Quu *A, corr. A*[1] 5 teredes *A* 6 Suspensus *A* liber *A* puer *α*, *Leid. mg.* faretris *A* 7 Quos elacodes (es *ex* is *corr.*) *A, cf. Plato Legg. VII* 806 *a, all.* Quo sese Aonides *Burm.* Heliconiades *Salmasius* ferunt se Heliconides *L. Muellerus. Musarum locus hic nullus. Petschenig confert Aen. I* 498

Cui numquam minus est amoena frondis,
Cui semper redolent amoma verni,
Cui fons perspicuis tener fluentis
Muscoso riguum parit meatu,
Quo dulcis avium canor resultat:
. . . . . .
Quidquid per varias refertur urbes,
Hoc uno famulans loco subaptat.

333

De tablista furioso quasi tesseris imperante

Ludit cum multis Vatanans, sed ludere nescit,
Et putat imperio currere puncta suo.
Sed male dum numeros contraria tessera mittit,
Clamat et irato pallidus ore fremit.
Tum verbis manibusque furens miserandus anhelat,
De solitis faciens proelia vera iocis.
Effundit tabulam mensam subsellia pyrgum
Perditaque Harpyacis aera rapit manibus.
Hic si forte unam tabulam non arte sed errans
Vicerit aut aliam, nil bene dante manu,
Mox inflat venas et †pallida guttura tendit
Plusque furit vincens, quam superatus erat.
Non iam huic ludum sapientum calculus aptet
. . . . . .

9 amoma *Baehrens* amoena *A* 10 frn̄s *A m. pr.* fons *α* 11 riguus *A*, *correxi* parit *i. e. facit* salit *Burm.* prurit *α* 22 resultans *A* -ltat *Burm. et, lacunam statuens, Baehrens* 13 per urias referret *A* uarias *a* Tyrias *Baehrens* 14 ministrat *a* subaptat *A*

333. inperantē *A* 1 Vatanas *Salmasius* 2 pudat *A* cuncta *olim uolui* 3 mitte *A* 4 et] pt *A* 5 Tuum *A* anelat *A* 7 Effandit *A* mensa subselia pirgū *A* 8 arpia · cisera rapit *A* 11 et raucida *Baehrens* 13 Iam non *Baehrens poetam ipsum emendans* huic cludum *A* *post* 13 *nulla lacuna in A*

334

De venatore picto in manibus oculos habente

Docta manus saevis quotiens se praebuit ursis, *p. 173*
  Numquam fallentem tela dedere necem.
Hinc etiam digitis oculos pictura locavit,
  Quod visum frontis provida dextra tulit.

335

Aliter unde supra

Venatori oculos manibus pictura locavit
  Et geminum egregia lumen ab arte manet.
Hic quocumque modo venabula fulgida pressit,
  Signatum veluti contulit exitium.
Naturae lucem vicerunt fortia facta:
  Iam visus proprios coepit habere manus.

336

In aurigam effeminatum numquam vincentem

Praecedis, Vico, nec tamen praecedis,
Et quam debueras tenere partem,
Hac mollis misero teneris usu.
Vmquam vincere possis ut quadrigis,
Corruptor tibi sit retro ponendus.

337

De paranympho delatore, qui se ad hoc officium omnibus ingerebat

Hermes cunctorum thalamos et vota pererrat,
  Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit.

334. habentem *A* 1 sebis *A* 2 telatedere *A m. pr.* de 4 tullit *A*

335. ude supra *A* 2 *num* nitet? micat *Schubertus* 3 rexit *Maehly* 4 contullit exidiũ *A* excidium *α*, *correxi* 5 Nuture *A* 6 proprius cepit *A*

336. 1 Precedis *A* Procedis *Meyerus. Ambigue dictum: Ire pergis, nec tamen ceteros superas* 3 Hac *α* Ac *A* misera *A*, *corr. Burm.*

337. paranimfo *A* 2 ponsis *A*

Hunc quisquam [si] forte velit contemnere dives,
Mox eius famam rodit iniqua ferens.
Nec tutum obsequium nuptis: famulatur, amicis
Indicet ut potius, quae videt, ille nocens.
Non sua sortitur, te qui facit auspice vota,
Sed tua; cui multum conferet, ut taceas.

338

De funere mulieris formosae, quae litigiosa fuit

Gorgoneos vultus habuit Catucia coniunx:
Haec dum pulcra foret, iurgia saepe dabat. *p. 174*
Fecerat atque [suum] semper rixando maritum,
Esset ut insano stultius ore tacens.
Et quotiens illam trepido cernebat amore,
Horrebat, tamquam vera Medusa foret.
Defuncta est tandem, haec iurgia ferre per umbras
Cumque ipsa litem reddere Persephone.

339

De duobus qui se conpedibus, quibus vincti erant, ceciderunt

Conpedibus nexi quidam duo forte sedebant
Criminis ob causam carceris ante fores.
Hi secum subitae moverunt iurgia rixae;
Ebrietatis opus gessit iniqua fames.
Nec caedem pugnis aut calcibus egit uterque:
Vincla illis telum, vincla fuere manus.

3 si *add.* α, *Heinsius* 4 serens *Baehrens* 5 Nec tutum *idem* Nec purum *A* nuptis *scripsi* : notis *A*. *recte ni fallor interpunxi* 6 uidit *A* nocens *Baehrens* uolens *A* 7 te *Heinsius* ę *A* 8 taces *A*

338. 1 Gorgoneus *A* coniux *A* 3 adq; *A* suum *add.* α rixandū mantū *A* 4 iste timore *Baehrens* 5 illa *A* 6 Horrebat *Maehly* Hęrebat *A* męusa *A* 8 persenecem *A* (necem *e glossa syllabarum φονη ortum puto*), *corr. Heinsius*

339. 1 forti *A* 4 Et uirtutis opus *a* 5 eregit *A*

Nemo truces posthac debet pavitare catenas,
Si reus e poenis ingerit arma suis.

340

De causidico turpi, qui concubam suam Charitem vocabat

Esset causidici si par facundia nervo,
Impleret cuncti viscera negotii.
At tamen invigilat causis, quae crimina pandunt:
Cum Veneris famula iure Priapus agit.

341

In ministrum regis, qui alienas facultates vi extorquebat

Bella die noctuque suis facit Eutychus armis,
Divitias cunctis e domibus rapiens.
Huic si forte aliquis nolit dare sive repugnet,
Vim facit et clamat, regis habenda, nimis.
Quid gravius hostis, fur aut latrunculus implet,
Talia si dominus atque minister agit?

342

De eodem aliter

p. 175

Cum famulis telisque furens penetralia cuncta
Eutychus inrumpit divitiasque rapit.

7 trucis *A* debit *A* 8 e pęnis *A*. *num* inuenit?

340. caritẽ *A* 1 causitici *A* 2 Implere *A* 3 At *α* Ut *A* 4 Cum V. famula (*sc. Charite*) *Klappius* Dum V. fabulã *A* famulum *Burm.* priab; *A*

341. *Hoc et c.* 342 *anno* 532 *scripta sunt* (*Schubertus*) 1 nocteq; *A* euticus *A* 2 cuncti · sed omnib; *A, corr. a* 3 sibiue *A, corr. a (ut uidetur)* 4 minis *a* nimis *A i. e. clamat magna uoce, omnia putanda esse regis* 5 hostes fura · ut *A* 6 sic *A* adq; *A*

342. 2 euticius *A* diuias *A m. pr.*

Hunc nullus vetat ire parens, non forsan amicus;
Deterior precibus redditus ille manet.
Quae sunt ergo manus aut ferrea tela ferenda,
Quisve aries talem quodve repellat opus?
Huic si nemo potest ullas opponere vires,
Obvia sint illi fulmina sola dei!

343

In eum qui, cum senior dici nollet, multas sibi concubas faciebat et . . .

Accusas proprios cur longo ex tempore canos,
Cum sis Phoenicis grandior a senio,
Et quotiens tardam quaeris celare senectam,
Paelicibus multis te facis esse virum?
Incassum reparare putas hac fraude iuventam;
Harum luxus agit, sis gravis ut senior.

344

Item in supra scriptum, quod se mori numquam diceret

Quantum tres Priami potuissent vivere mundo
Aut quantum cornix atque elefans superest,
Tantam dum numeres longaeva aetate senectam,
Te numquam firmas Tartara posse pati
Et credis Lachesim numquam tua rumpere fata
Aeternoque putas stamine fila trahi.
Quamvis tarda, tibi veniet mors ultima tandem,
Cum magis oblitus coeperis esse tui.

4 manet (*quamuis u.* 3 *abire iussus*) *A* 7 nẽo poest *A*

343. cum *Baehrens* ut *A* quod *olim scripsi* faciebat et orrebat senex uocari *A* 1 probrius quur *A* 2 Phoenicis *Ziehen cf. Ilias* 9, 607 phoenicis *edd.* fenicis *A* 4 Pelicib; *A* 5 iubentã *A* 6 aut sen^{i}or *A* ut *L. Muellerus* senio *Baehrens* senior *i. e. dominus*

344. Item ĩs̃ quod *sqq. A; correxi* ut supra, quod *edd. pr.* 2 adq; helefans *A* 3 dum *A. num* cum? longeba *A* 4 formas *A, corr. a* 5 lacessim *A* 6 stamina *A* trai *A* 8 ceperis *A*

Nam poena est potius morbis producere vitam;
Quod non semper habes, tristius, esse diu, est.

345

Epitaphion de filia Oageis infantula

Heu dolor! est magnis semper mors invida fatis, *p. 176*
Quae teneros artus inimico sidere mergit!
Damira hoc tumulo regalis clauditur infans,
Cui vita innocua est quarto dirupta sub anno.
Quam facile offuscant iucundum tristia lumen!
Nemo rosam albentem, fuerit nisi quae bona, carpit.
Haec parvam aetatem cuncta cum laude ferebat.
Grata nimis specie, verecundo garrula vultu
Naturae ingenio modicos superaverat annos.
Dulce loquebatur, quidquid praesumpserat ore,
Linguaque diversum fundebat mellea murmur,
Tamquam avium verna resonat per tempora cantus.
Huius puram animam stellantis regia caeli
Possidet et iustis inter videt esse catervis.
At pater Oageis, Libyam dum protegit armis,
Audivit subito defunctam funere natam.
Nuntius hic gravior cunctis fuit hostibus illi,
Ipsaque sub tali flevit Victoria casu.

346

B. III 14.
M. 916.

De amphitheatro in villa vicina mari fabricato

Amphitheatrales mirantur rura triumphos
Et nemus ignotas cernit adesse feras.

10 tritius *A*

345. Epitafion *A* 1 est *scripsi* et *A* inuita *A* 2 artos *A* 3 hic *A*, *sed cf.* 354, 10 hoc α 5 tristicia *A* 8 ca^{r}rula *A* 12 uernaresolet *A*, *correxi* (resonet *Klappius*) verna ire solet *Baehrens* 15 libiam *A* 18 *Victoriam uel potius angelum in monumento sepulcrali insculptam putat Ziehen*

346. anfiteatro *A* De amphitheatro uicino mari *S, rell. omissis. Petronio dant c.* 346—349 *edd. post Binetum* 1 Anfiteatrales *A* triumfos *A* 2 Et Thetis *Baehrens* igneas *A*

Digitized by Google

Spectat arando novos agrestis turba labores
Nautaque de pelago gaudia mixta videt.
Fecundus nil perdit ager, plus germina crescunt,
Dum metuunt omnes hic sua fata ferae.

347

De sigillo Cupidinis aquas fundentis

B. I 29. M. 587.

Igne salutifero Veneris puer omnia flammans
Pro facibus proprias arte ministrat aquas.

348

De Neptuno in marmoreo alveo aquas fundente

B. I 16. M. 571.

Quam melior, Neptune, tuo sors ista tridente est: *p. 177*
Post pelagus dulces hic tibi dantur aquae!

349

De puteo cavato in monte arido

B. III 25. M. 176.

Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus amnes,
Qui dedit ignotas viscere montis aquas?

350

De aquis calidis Cirnensibus

(B. etiam III 32.)

Ardua montanos inter splendentia lucos
Culmina et indigenis nunc metuenda feris,

insignes *S* indigenas *uel* ingenitas *Heinsius* ignotas *Burmannus* 3 nobos *A* laborē *A* 4 iuxta *S* iusta *Pithoeus* uidit *A* 5 Foec. *Binet* 6 mętunt *A* sontes *Baehrens!*

347. 1 solutifero *A* 2 proprias *S* probrias artes *A* properas *Heinsius* propriis *Meyerus* propria arte *Baehrens*

348. in marmore calido *A* in marmoreo alueo *Bachrens* De N. marmoreo a. f. *S* fundentes (s *del. m. rec.*) *A* 1 tuos *A* tridenti *A* est *om. S* 2 heic *Binetus* (*ex S?*) *Oceanum uel Fluuium aliquem falso pro Neptuno habitum putat Ziehen*

349. De puteo excauato in montis iugo *S* 1 Quis hunc *A* sirtib; *A* 2 uisceri *A* uisere *S*

350. Cernensibus *A*, *corr. Meermannus*

Cum deserta prius solum nemus atra tenebat
  Tetraque inaccessam sederat umbra viam:
Qua vos laude canam quantoque in carmine tollam,
  In quibus extructa est atque locata salus?
Hic etiam ignitus tepet ad praetoria fervor,
  Plenior et calidas terra ministrat aquas.
[Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant
  Pascua, luxuriat gramine cocta silex.]
Innocuos fotus membris parit intima tellus
  Naturamque pio temperat igne calor.
[Et cum sic rigidae cautes fervore liquescant,
  Contemtis audax ignibus herba viret.]

351

De sententiis septem philosophorum distichi

Solon praecipuus, fertur qui natus Athenis,
Finem prolixae dixit te cernere vitae.

Chilon, quem patria egregium Lacedaemona misit,
Hoc prudenter ait, te ipsum ut cognoscere possis.

Ex Mitylenaeis fuerat qui Pittacus oris,
Te, ne quid nimis ut cupias, exquirere dixit.

3 Cum *scripsi* Quo *A* Quae *Klappius* Qua *Burm.* solo nemos tutra *A* nemo lustra *α* atra *Maehlyus* acra *Baehrens* alta *olim ego* antra *Burm.* tenebant *idem* 4 fecerat *Burm.* uiam *Burm.* uem *A* inaccessa . . uia *olim scripsi, sed cf.* 312, 4; 330, 2 5 Quas uos *A* 6 extruco (u *ex* o) est adq; *A* 7 Haec *Oudendorp.* ignota stupet *A, corr. Froehner* ferbor *A* 8 et *a* ex *A* *u.* 9. 10. 13. 14 *ex Claudiani carmine de Apono u.* 19—22 *sumpti sunt. Eos primus damnauit Heinsius* 9 Qui *A* 10 culta *α* 11 potus *α* 13 rigite *A* ferbore *A* 14 erba *A*

351. sentenciis *C, in quo fol.* 2 *et* 114 *extat* philosoforũ *A* distici *add. A, om. C bis* 1 praecipuus *C bis* -uis *A* 2 te] se *C bis* 3 cilon *A* cilo *C* 2 chilo *C* 114 patri. et egregiũ lacetemona *A* lacedemonia *C* 114 4 cognucere *A* 5 mitileneis *AC bis* fueerat *A* pittagus *A* pitacus *C* 114 6 Tu ne *Burmannus, recte?*

Digitized by Google

Thales ingenio sapiens Milesius acri
Errorem in terris firmat non caelitus esse.

Inde Prienaea Bias tellure creatus *p. 178*
Plures esse malos divina voce probavit.

Vrbe Periander genitus, cui fama Corintho est,
Omnia constituit tecum ut meditando revolvas.

Cleobolus, proprium clamat quem Lindia civem,
Omne, inquit, magnum est, quod mensura optima librat.

352

De Ianuario mense

Lucifer annorum et saeclis, Sol, Iane, secundus
. . . . . .
Est rota certa tui tecum sine fine laboris;
Itque reditque tibi, quidquid in orbe venit.
Omnia perpetuis praecedis frontibus ora;
Quae necdum venient quaeve fuere vides.

353

De Olympio venatore Aegyptio

Grata voluptatis species et causa favoris,
Fortior innumeris, venator Olympie, palmis,

7 Tales *AC* 2 agri *AC* 2 agro *C* 114 8 Terrorem *C bis* terrris *A* 9 pirinea *AC* 2 prianea *C* 114 10 Pluris *C* 114 malus *A* 11 periandres *AC* 2 periander *C* 114 chorinto *C* 2 corinto *A* 12 meditanda *C* 114 13 Cleubulus *Mueller* Clĕŏbŏlus *Luxorius!* probriũ *A* lidia *AC* 2 cepem *A* cidem *C* 114 14 Omnem *A* inquid *AC* 2 mũsura *C* 2 obtima *A*

352. 1 *fortasse* saecli? *Heinsium sequor* es . . sequendus *Klappius* et caeli *Maehly* seclis sol lane *A* nate *α* secundis *Burm.* *post* 1 *nullum spatium in A* 3 Est *scripsi* Tu *A* It . . circum *Klappius* nota *Buechelerus* tę · cum *A* 4 Idq; *A* 6 necdum *A*] demum *Buechelerus* queue *A*

353. olimpo *A* 1 Grada *A* faboris *A* 2 Fortior *A*] Gratior *Maehly, num recte? an* pōtior? olimpię *A*

Digitized by Google

Tu verum nomen membrorum robore signas,
Alcides collo scapulis cervice lacertis,
Admirande audax velox animose parate.
Nil tibi forma nocet nigro fuscata colore.
Sic ebenum pretiosum atrum natura creavit,
Purpura sic †magno depressa in murice fulget,
Sic nigrae violae per mollia gramina vernant,
Sic tetras quaedam commendat gratia gemmas,
Sic placet obscuros elefans inmanis ad artus,
Sic turis piperisque Indi nigredo placessit.
Postremum tanto populi pulcrescis amore,
Foedior est quantum pulcher sine viribus alter.

354

In epitaphion supra scripti Olympii

Venator iucunde nimis atque arte ferarum *p. 179*
Saepe placens, agilis gratus fortissimus audax,
Qui puer ad iuvenes dum non advixeris annos,
Omnia maturo conplebas facta labore.
Qui licet ex propria populis bene laude placeres,
Praestabas aliis, ut tecum vincere possent.
Tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae,
Vt te post fatum timeant laudentque sodales.

3 uero *A, corr. Klappius* 5 Admirandi *A* 6 Nihil *A* fugata *A, corr. L. Muellerus* fucata *α* ibenũ · pręcio-sas . uenatura creabit *A, corr. Baehrens* pretiosa Syenae terra *Hauptius* pretiosa sibi *α* ℞ (*i. e.* '*requirendum*') *A in marg.* 8 magno *A* nigro *Hauptius et Klappius;* caeco *malim.* depressa *A* -nsa *Schubertus* 9 grauia *A* 10 tetras *A* atras *Hauptius et Klappius, sed uide c.* 350, 4 11 elefans *sic A* ad *scripsi* (*cf.* 354, 12) an *A* in *uulgo* 12 indigni credo placessit *A, corr.* (*sed* placescit) *a. Ad* placessit *cf. Woelfflin. Arch.* 1, 515 13 pulcresis *A* florescis *Baehrens* 14 Fedior *A* pulcer *A*

354. In epitafion s̄s olimpi *A* 1 adq; *A* arti *A* apte *L. Mueller* 2 sagillis gradus *A* 3 iubenes *A* adunxeris *A, corr. Klappius* 5 Quę *A* populis *om. A, add. in mg. manu saec. fere XII* ('manu semiantiqua' *mg. cod. Leid.*) 6 te non *Petschenig* 8 laudesq; *A, recte?*

Digitized by Google

Heu nunc tam subito mortis livore peremtum
Iste capit tumulus, quem non Carthaginis arces
Amphitheatrali potuerunt ferre triumpho!
Sed nihil ad Manes hoc funere perdis acerbo:
Vivet fama tui post te longaeva decoris
Atque tuum nomen semper Carthago loquetur.

355

De Chimaera aenea

Aeris fulgiduli nitens metallo
Ignes pertulit, ante quos vomebat,
Et facta est melior Chimaera flammis.

356

De statua Veneris, in cuius capite violae sunt natae

Cypris †candenti reddita marmore
Veram se exanimis corpore praebuit:
Infudit propriis membra caloribus,
Per florem in statuam viveret ut suam.
Nec mendax locus est: qui violas feret,
Servabit famulas inguinibus rosas.

357

In caecum, qui pulcras mulieres tactu noscebat

Lucis egenus, viduae frontis,
Iter amittens, caecus amator

9 libore *A* 10 tumulos *A* harthaginis *A* 11 Anfiteatrali *A* 13 Viuit *A* longeba *A* 14 adq; *A* carthago *sic A*

355. cymera *A* 1 fulgidi *A, corr. Burm.* 2 pertullit artes *A* ante *Burm.* mouebat *A, corr. Maehly* (*cf. Il.* 6, 182) 3 cymera *A*

356. 1 candidulo *a* 3 probriis *A* coloribus *A, corr. L. Muellerus* 4 *num* in statua . . sua? 5 qui uiole forent *A* uiolas ferat *Salmasius* feret *ego* fovet *Muehly. Possis etiam* quo uiolae flŏrent

357. nuscebat *A* 1 ęginus *A* 2 cęco *A*

Corpora tactu mollia palpat
Et muliebres iudicat artus, *p. 180*
Nivei cui sit forma decoris.
Credo quod ille nolit habere
Oculos, per quos cernere possit,
Cui dedit plures docta libido.

358

In philosophum hirsutum, nocte tantum cum puellis concumbentem

Hispidus tota facie atque membris,
Crine non tonso capitis verendi,
Omnibus clares Stoicus magister.
Te viris tantum simulas modestum
Nec die quaeris coitum patrare,
Ne capi possis lateasque semper;
Fervidus sed cum petulante lumbo
Nocte formosas subigis puellas.
Incubus fies subito per actus,
Qui Cato dudum fueras per artes.

359

De catula sua brevissima, ad domini sui nutum currente

Forma meae catulae brevis [est], sed amabilis inde,
Hanc totam ut possit concava ferre manus.
Ad domini vocem famulans et garrula currit,
Humanis tamquam motibus exiliens.

6 illos *Meyer* 7 posset *A* *u.* 6 *et* 8: *cf. quae dixi p.* 247

358. filosofum *A* 1 Ispidus *A* facię adq; *A* 4 Te *edd.*] De *A* tantum *specie simulas, non re praebes* modetū *A* 6 Nec capi *A* 7 Feruitus *A* 9 actū *A, corr. Burm.* 10 artus *A, corr. Burm.* actus *α* astus *Baehrens*

359. dñi *A* cañentẽ *A, corr. Burm.* 1 est *α, om. A* 2 concaba *A* 3 dñi *A* 4 motibus *uulgo* montib; *A* nutibus *Baehrens*

Nec monstrosum aliquid membris gerit illa decoris;
Omnibus exiguo corpore visa placet.
Mollior huic cibus est somnusque in stramine molli,
Muribus infensa est, saevior atque catis.
Vincit membra nimis latratu fortia torvo;
Si natura daret, posset ab arte loqui.

360

De pardis mansuetis, qui cum canibus venationem faciebant

Cessit Lyaei sacra fama numinis *p. 181*
Lynces ab oris qui subegit Indicis.
Curru pavantes duxit ille bestias
Mero gravatas ac minari nescias
Et quas domarent vincla coetu garrulo.
Sed mira nostri forma constat saeculi,
Pardos feroces saeviores tigribus
Praedam sagaci nare mites quaerere
Canum inter agmen et, famem doctos pati,
Quidquid capessunt, ore ferre baiulo.
O qui magister terror est mortalium,
Diros ferarum qui retundit impetus,
Morsum repertis ut cibis non audeant!

7 cyb; *A* 8 adq; cattis *A* catus *Baehrens* 9 nimis *Meyerus* imis *A* animis *Duebnerus* levis *olim scripsi* forcia turba *A* Phocida toruo *Duebnerus* turbae *Doehnerus* 10 dare *A* possit *A*, *corr.* A^1

360. uenatione faciebat *A* 1 liei *A* nominis *A*, *corr. Schubertus* 2 linces *A* 3 Curra pabentes *A* 4 grabatasagminari *A* ac minari *Meyerus* 5 domaret *A* cetu ga^{r}rulo *A* 6 fama *Meyerus* 7 seuiore *A* 8 Qui praedam *A* 9 famen *A* 10 capessent *A* 11 qui *Klappius* quod *A* (quot *Roenschius* quam *uel* quis *Meyerus*) 13 Morsu repertis et cibis non audeant *A* Morsum *Klappius*. Morsu repertos ut cibos non adpetant *Burmannus*. *Uersum deesse putat Meyerus*

361

In psaltriam foedam

Cum saltas misero, Gattula, corpore
Nec cuiquam libitum est, horrida, quod facis,
Insanam potius te probo psaltriam,
Quae foedam faciem motibus ingraves
Et, dum displiceas, quosque feras iocos.
Credis, quod populos cymbala mulceant?
Nemo iudicium tale animi gerit,
Pro te ut non etiam gaudia deserat.

362

Item de ea, quod ut amaretur praemia promittebat

Qui facis, ut pretium promittens, Gattula, ameris?
Da pretium, ne te oderis ipsa simul!
Praemia cur perdis? cur spondes munera tantis?
Accipe tu pretium, ne mihi dona feras!
Non est tam petulans pariterque insanus amator,
Qui te non credat prodigiale malum.
Sed si forte aliquis moechus surrexit ab umbris, *p. 182*
Cui talis placeas, huic tua dona dato.

361. In spaltriam fedam *A* 1 cattula *Duebnerus* garrula α 2 libitum *Burm.* libido *A* 3 puto *Maehlyus* spaltriã *A* 4 faciem · quę *A* ingrabas *A* ingrauas *uulgo* 5 displices *A* 6 populo *A* populum α 7 talem *A* 8 pro te *i. e. apud te, te uisa* ut *om. Burm.* non *A*] nota *Baehrens* gaudia d. *i. e. cymbala fugiat* deserant *A*

362. 1 Qui *scripsi* Quid *A* Cui *L. Mueller* prȩcium *A* promitts *A, corr. A*[1] poscendo garrula α amens *A, corr. a* 2 uiderit ille *L. Mueller* 3 spondis *A* tanta *olim scripsi* 4 prȩcium *A* 5 pedulans *A* amat *A* or gi *add. a* 6 prodiale *A* (gi *add. man. antiquissima*) 7 mecus *A*

Digitized by Google

363

In ebriosam et satis meientem

Quod bibis [et] totum dimittis ab inguine Bacchum,
Pars tibi superior debuit esse femur.
Potabis recto (poteris, Follonia!) Baccho,
Si parte horridius inferiore bibas.

364 (B. etiam III 222.)

In mulierem pulcram castitati studentem

Pulcrior et nivei cum sit tibi forma coloris,
Cuncta pudicitiae iura tenere cupis.
Mirandum est, quali naturam laude gubernes,
Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Te neque coniugii libet excepisse levamen,
Saepius exoptas nolle videre mares.
Haec tamen est animo quamvis exosa voluptas:
Numquid non mulier conparis esse potes?

365

De eo qui cum Burdo diceretur filiae suae Passiphaae nomen inposuit

Disciplinarum esse hominem risusque capacem,
Quod nulli est pecudi, dixit Aristoteles.

363. ebriosas *A* 1 et *add. a* demittis *Burm.* 2 supernor *A* 3 potaris *A* potabis *ego* Fullonia *α* 4 inferius horridiore *α*

364. castitatis *A* Item *inscribit S (post c.* 703—705); *inscr. om. Petronii ed. Patissoniana p.* 164 1 Pulchrior *Binetus* 3 lege *Patissonius* gobernes *A* 4 corporeseas *A* corpore Cypris eas *S* Cypris eas *manus recentior in mg. A* 5 iuuat . . ligamen *Baehrens* excipisse *A* 6 exoptans *AS, em. Burmannus* 8 cum paris *Sa* con paris *A*

365. passife *A* 2 es pecodus *A, corr. a* pecudis *Baehrens*

Sed [cum] Burdo homo sit, versum est sophismate verum:
Nam et ridere solet vel ratione viget.
Surrexit duplex nostro sub tempore monstrum,
Quod pater est burdo Passiphaeque redit.

366

De laude rosae centumfoliae

Hanc puto de proprio tinxit Sol aureus ortu
Aut unum ex radiis maluit esse suis.
Sed si etiam centum foliis rosa Cypridis extat,
Fluxit in hanc omni sanguine tota Venus.
Haec florum sidus, haec Lucifer almus in agris, *p. 183*
Huic odor et color est dignus honore poli. 6

367

De statua Hectoris in Ilio, quae videt Achillem et sudat

Ilion in medium Pario de marmore facti
Stant contra Phrygius Hector vel Graius Achilles.
Priamidae statuam sed verus sudor inundat
Et falsum fictus Hector formidat Achillem.
Nescio quid mirum gesserunt Tartara saeclo:
Credo quod aut superi animas post funera reddunt
Aut ars mira potest legem mutare barathri.

3 cum *a, om. A* sofismate uerus *A* 4 uel (*i. e. et*) *A* et *Meyer* 6 passifęq; *A*

366. 1 orto *A* ortu *a* 2 unam *A* malluit *A* 3 Sed *A* Vel *Baehrens* centu *A* centum etiam *a*, *fort. recte* 4 hac *A* hanc *Meyerus* omnis *A* omni *Boissonadius* 5 almū *A*

367. *in inscriptione* illio *A* 2 frigius *A* 3 Priamites *A* Priamidae *Petschenig* -idis *a* 4 finctus *A m. ut uidetur pr.* 5 sello *A, corr. a* cesserunt — caelo *Klappius* 6 superis animas *A* animas superi *L. Muellerus. Sed hiatus tolerandus est. 'Aut dei aut ars uiuificant mortuos'* 7 potest *corr. ex* posst *A m. pr.* uaratri *A*

Digitized by Google

Sed si horum nihil est, certe exstat marmore Hector
Testaturque suam viva formidine mortem.

368

De muliere Marina vocabulo

Quidam concubitu futuit fervente Marinam.
Fluctibus in salsis fecit adulterium.
Non hic culpandus, potius sed laude ferendus,
Qui memor est Veneris, quod mare nata foret.

369

De horto domni Oageis, ubi omnes herbae medicinales plantatae sunt

Constructas inter moles parietibus altis
Hortus amoenus inest aptior et domino.
Hic vario frondes vitales semine crescunt,
In quibus est Genio praemedicante salus.
Nil Phoebi Asclepique tenet doctrina parandum:
Omnibus hinc morbis cura sequenda placet.
Iam puto, quod caeli locus est, ubi numina regnant,
Cum datur his herbis vincere mortus onus.

370

De pica, quae humanas voces imitabatur

Pica hominum voces cuncta ante animalia monstrat
Et docto externum perstrepit ore melos. *p. 184*

8 orum nichil *A* certus stat *A* certe *Baehrens* exstat (*i. e. uiuit*) *scripsi* marmores lectos *A* marmore *Baehrens* marmoris Hector *a*

368. 1 concubito *A* ferbente *A* 2 insulsis *A*, *corr. a*

369. De orto *A* erbe *A* 2 ortus *A* 3 uarios fondis uitali *A*, *correxi* 5 febi *A* tenet *i. e. retinet, non permittit* 6 secunda patet *L. Muellerus* 7 cęlicolus est (o *ex* u *corr.*) *A*, *corr. Meyerus* regnat *A* 8 erbis *A* opus *Baehrens*

370. piga *A* 1 ante *Klappius* que *A* 2 doctas *A* docto *Burm.* ternum *A*, *correxi* tenerum *L. Mueller*

Nec nunc oblita est, quidnam prius esset in orbe:
Aut haec Picus erat aut homo rursus inest.

371

De rustica in disco facta, quae spinam tollit de planta Satyri

Cauta nimis spinam Satyri pede rustica tollit,
Luminibus certis vulneris alta notans.
Illam panduri solatur voce Cupido,
Inridens, parili teste carere virum.
Nil falsum credas artem lusisse figuris:
Viva minus speciem reddere membra solent.

372

De colocasia herba in tecto populante

Nilus quam riguis parit fluentis,
Extendens colocasia †eorum
Ramos, per spatium virens amoenum,
Haec nostris laribus creata frondet.
Naturam famulans opella vertit,
Plus tecto ut vigeat, solet quam horto.

373

De eo qui podium amphitheatri saliebat

Amphitheatralem podium transcendere saltu
Velocem audivi iuvenem, nec credere quivi

3 orbẽ *A*

371. saturi *A* 1 spina saturi *A* 3 Illum pandorii soletur *A*, *corr. Burm.* *num* pandur(a)e? 4 parili teste carere *Burm.* pariete teste gemere *A* dolere *Froehner* 5 figuras *A. corr. Burm.* 6 re^{d}dere *A* solet *A*

372. erba *A. num* pullulante? 1 quam *Burm.* quod *A* 2 colocas eorum *A* colocasia ampliores *Burm., fort. recte* 4 frondit *A* 5 opella *scripsi* opaca *A* 6 Pluc *A* quam in *Burm.* orto *A*

373. D^{e}o *A* potium amphiteatri *A* 1 Amphiteatralem *A*

Hunc hominem, potius sed avem, si talia gessit.
Et posui huic, fateor, me Dorica vina daturum,
Conspicere ut possem tanti nova facta laboris.
Aspexi victusque dedi promissa petenti
Atque meo gravior levis extitit ille periclo.
Non iam mirabar sumtis te, Daedale, pinnis
Isse per aetherios natura errante meatus:
Hunc magis obstipui, coram qui plebe videnti
Corpore, non pinnis, fastigia summa volavit. *p. 185*

374

De Diogene picto, ubi lascivienti menetrix barbam evellit et Cupido mingit in podice eius

Diogenem meretrix derisum Laida monstrat
Barbatamque comam frangit amica Venus.
Nec virtus animi nec castae semita vitae
Philosophum revocat, turpiter esse virum.
Hoc agit infelix, alios quo saepe notavit.
Quodque nimis miserum est: mingitur archisophus.

375

De catto qui, cum soricem maiorem devorasset, apoplexiam passus occubuit

B. V 163.
M. 1094.
(B. IV 425.)

Inmensi soricis cattus dum membra vorasset,
Deliciis periit crudior ille suis.

3 podiũ · sed abem *A* geret *A* gessit *ego* gerat *α* uera *L. Muellerus* certa *Klappius* 4 Et] Sed *A* 5 possim *A* possem *Meyerus* 6 Aspexit *A* 7 adq; *A* 8 mirabar *olim edd.* mirabor *A* 9 Hise per eterios *A* 10 pleue *A* 11 non *a*] cum *A* , ceu *Baehrens*

374. cui *α* lascibienti menetris *A* menetrix *uulgaris forma* (*cf. Nonius p.* 432); *cf. Woelfflini Archiv.* 3, 539 uellit *uulgo* mingenti in codice *A, corr. a* 1 Diogene *A* densũ *A* 2 frangit *i. e. euellit* 4 Filosofũ *A* fortiter *Klappius* 5 quod saepe uocauit *A, corr. Muellerus* 6 miseru *A, corr. a* artis opus *A* archisofus *Froehnerus* inter opus *Baehrens*

375. gatto *A* aplescia *A* occupuit *A* 1 gattus *A*

Digitized by Google

Pertulit adsuetae damnum per viscera praedae;
Per vitam moriens concipit ore necem.

376

FLORENTINI

B. ad Lux. 85.
M. 290.
B. IV 426.

In laudem regis

Regia festa canam sollemnibus annua votis.
Imperiale decus Thrasamundi gloria mundi,
Regnantis Libyae. toto sic clarior orbe
Sol radiante micans cunctis super enitet astris.
In quo concordant pietas prudentia mores
Virtus forma decus animus sensusque virilis,
Invigilans animo sollers super omnia †sensus.
Sed quid plura moror? vel quo me ad devia ducam?
Solus habet, toto quidquid praefertur in orbe.
Parthia quot radiat sublimibus ardua gemmis,
Lydia Pactoli rutilas quot sulcat harenas,
Vellera quot Seres tingunt variata colore,
Regnantum meritis pretioso praemia dantes
Tegmine, quo fulgent admisto murice vestes, *p. 186*
Africa quot fundit fructus splendentis olivae,
Et si quid tellus gignit laudata per orbem,
In regnis venere tuis, cui maximus auctor
Contulit et soli tribuit haec cuncta potiri.

3 Pertullit *A* 4 nece *A*, *corr. a*

376. Hi sunt uersus a florentino in laudẽ regis facto *A* (facti *a*) 1 solemnibus *A* 3 libię *A* sic *Baehrens* sed *A* 4 Sol *Baehrens* Sed *A* supereminet *α* 6 formã *A* norma *a* 7 solus *α* sensus] *num* mens est? 8 miror *A*, *corr. a. fortasse* 8 *post* 18 *ponendus est* 10 Partia *A* 10—15 quod *A*] quot *Petschenig* 11 Libia pactuli *A* arenas *A* 12 quo *Cuperus* 13 prȩciosō[a] *A. m. pr.* 14 Tecmine *A* quod *A* quo *Meyer* murite *A* uestes *A* Tegmina . . uestis *Petschenig* Stamine *Baehrens* 15 fundi *A* olivae *Petschenig* oliui *A* 16 si quae *Meyer* telus *A*. *Palaestinamne dicit?* 17 tuis *α* suis *A*

Digitized by Google

Te regnante diu fulgent Carthaginis arces,
Filia quam sequitur Alianas inpare gressu,
Nec meritis nec honore minor, cui plurimus ardens
Regnantis increvit amor, quam surgere fecit
Delectisque locis claram [et] vitalibus auris,
Quae meruit celsum meritis sufferre regentem.
Hinc freta marmoreo resonant sub gurgite ponti,
Hinc telluris opes viridanti vertice surgunt,
Vt maris et terrae dominus splendore fruatur.
Nam Carthago suam retinet per culmina laudem,
Carthago regimen; victrix Carthago triumphat,
Carthago Asdingis genetrix, Carthago coruscat,
Carthago excellens Libycas Carthago per oras,
Carthago studiis, Carthago ornata magistris,
Carthago populis pollet, Carthago refulget,
Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla,
Carthago et dulcis, Carthago et nectare suavis,
Carthago florens, Thrasamundi nomine regnans!
Cuius ut imperium maneat per saecula felix,
Optamus domino multos celebrare per annos
Annua, dum repetit fulgentia gaudia regni.

377

B. III 41. M. 384. B. IV 427.

Versus balnearum

In parvo magnas fecit manus ardua Baias,
Culmina distendit niveis suspensa columnis,
Curvavit cameris vario pro schemate conchas. *p. 187*

20 inpari *A* 21 meriti *A*, *corr. Burm.* merito *a* 23 Dilectisque *A*, *correxi* et *addidi* 24 gressum meriti *Baehrens* regentis *A*, *correxi* 25 marmore · ore sonant sub iurgite *A* 26 uertice *scripsi* cortice *A* cespite *Baehrens* 28 charthago (32 cartago ornata; *rell. in locis recte*) *A* 29 regimen *scripsi* in regem *A* in rege *α* uitrix *A* in rege inuictrix *Is. Vossius* 31 libicas *A* ora *A* 33 pollit *A* 34 moenib *A* 35 et neptere *A* 36 *num* numine? florens — regnans *Baehrens* flores — regnas *A* 37 ut *Cuperus* et *A* manet *A*, *corr. a* secula *A*

377. Versus uualnearum *A* 3 Curbauit *A* pero cemate concas *A*, *corr. a*

Marmora resplendent solida conpage decora,
Vnitumque nitet decus [et] sartura magistri.
Murmure raucisono fornacibus aestuat ardor,
In flammis dominantur aquae, furit ignis anhelus.
Stat tutus lautor multo circumdatus igne
Innocuas inter flammas (mirabile dictu),
Ignibus ut possit fervores vincere solis;
Inde petit latices glaciali fonte fluentis:
Hinc calor, inde nives reparant per membra salutem.
Discurrunt nymphae, piscinas flumina replent.
Vitrea crispatur labris refluentibus unda.
Haec laudis monumenta tibi natisque manebunt,
Et decorabit avus claros per saecla nepotes.
Tu tamen excelsus per tempora longa fruaris.

378

CALBVLI GRAMMATICI

Versus fontis

B. t. II p. 623.
M. —
B. IV 428.

A parte episcopi

Crede prius veniens, Christi te fonte renasci:
Sic poteris mundus regna videre dei.
Tinctus in hoc sacro mortem non sentiet umquam;
Semper enim vivit, quem semel unda lavit.

4 ressplendent *A* solita *A*, *corr. a* 5 que nitet *scripsi* enitet *Ziehen* mentet *A* mentita *Scriuerius* et *add. Ziehen* sartur *A* sarsura *Scriuerius* 6 extuat *A* 7 aq; *A* amoenus *A* anhelus *scripsi cf.* c. 270, 3 igne caminus *Scriuerius* 8 Statutus *A*, *corr. Burm.* 9 ducto *A* 11 laticis *A*, *corr.* A^1 fluentis *A* 12 *post* 14 *pos. Baehrens* 12 repara *A* 13 Decurrunt *Schrader* nimfe *A* (*i. e. aquae cf. Mart. VI* 43, 2; 47, 1) replent *A* conplent α 14 unda *Schrader* umbra *A* 15 Hę tibis monumenti tibi *A* laudis *scripsi* tibi sunt *uulgo* 16 Et decoratam a claros *A*, *correxi* secla *A*

378. Hic sunt uersus fontis facti a calbulo gramatico a parte episcopi *A* 1 χρῖ *A* 2 dī *A* 4 lauăt *A m. pr.*

Digitized by Google

Descensio fontis

Descende intrepidus: vitae fomenta perennis
Aeternos homines ista lavacra creant.

Ascensio fontis

Ascende in caelos, animam qui in fonte lavisti,
Idque semel factum sit tibi perpetuum.

Econtra episcopum

Peccato ardentes hoc fonte extinguite culpas.
Currite! quid statis? tempus et hora fugit. *p. 188*

Et in circuitu fontis

Marmoris oblati speciem, nova munera, supplex
Calbulus exhibuit. fontis memor, unde renatus,
Per formam cervi gremium perduxit aquarum.

379

Versus sanctae crucis B. ib. M. — B. IV 429.

Hinc crux sancta potens caelo successit et astris:
Dum retinet corpus, misit in astra deum.
Qui fugis insidias mundi, crucis utere signis:
Hac armata fides protegit omne malum.
Crux domini mecum, crux est quam semper adoro,
Crux mihi refugium, crux mihi certa salus.
Virtutum genetrix, fons vitae, ianua caeli,
Crux Christi totum destruit hostis opus.

Pax Domini tecum, puro quam pectore quaeris.

5 uitei omenta *A*, *corr. Burmannus* 7 fontẽ labisti *A* 8 Idqui *A* 10 ora *A* 11 noba *A* 12 exibuit · fonti *A* unda *A* 13 Per *Ziehen* Et *A*. *Cervus propter psalmum* 42, 2 *positus* cercli *Muellerus*

379. Hic sunt uersus sc̃ę crucis *A* 1 sta *A* sancta *α* ista *α* 2 dm̃ *A* 5 dn̄ī *A* 6 salū *A m. pr.* 8 χρ̄ī *A* distruit *A* 9 dn̄ī *A*. Epigrāmaton · exp̄li. feliciter. | iuc̃ip · calculus · dionisi · | episcopi · alexandrini · decem | nouemnalis | c. I *A*

B. ad Lux. 88.
M. 555.
B. IV 431.

380

DOMNI PETRI REFERENDARII

p. 192

Versus in basilica palatii sanctae Mariae

Qualiter intacta processit Virgine partus
Vtque pati voluit Natus, perquirere noli.
Haec nulli tractare licet, sed credere tantum.

381

B. M. B. ib.

[Ad Dulcem]

Felices illos qui te genuere parentes,
Felicem solem qui te videt omnibus horis,
Felicem terram quam tu pede candida calcas,
Felices fascias cingentes corpus amatae,
Felices[que] toros quibus, Dulcis, nuda recumbis! —
Vt visco capiuntur aves, ut retibus apri,
Sic ego nunc Dulcis diro sum captus amore. —
Vidi nec tetigi: video nec tangere possum. —
Totus in igne fui: non sum consumptus et arsi.

382

B. M. B. ib.

[Ad meretricem]

Post mille amplexus, post dulcia savia penem
Confiniis laterum retortum suscipe, posco,
Viribus ut propriis mollem tu reddas, ab alvo
In alvum sumptura, iterum quem tempore certo

p. 193

380. c̃ II Versus domni *sqq. A* sc̃e *A* *u.* 1–3 *rubris litteris scripti sunt A*

381. *Titulum addidi* 2 oris *A* 3 pedĕ candito *A* 4 fasciae *A, corr. Meyerus* 5 que *add. Burm.* quis *fort. recte Burm.* 6 uisquo *A*

382. Ad mer. *addidi. Carmen L. Muellerus a* 381 *separauit rh. mus. XX* 361 1 sauia *edd.* suauia *A* poenĕ *A* 2 detortum *Burm.* porro *Muellerus* 3 probris *A, corr. Burm.* 4 albū *A*

Digitized by Google

Et tunc, si suffert, tertio supplere conabor.
Nec volo plus cupias: nam me si cogis, iniquum est,
Vt tu victorem superes. noctisque futurae
Incipiant tenebrae, numerum qua spondeo ternum!

5 Et tunc *scripsi:* Etas *A* sufferet *A* Ac uis si superet *Baehrens* 7 noctesq; *A* 8 Inquipiunt demere *A, corr. Burm. et Muellerus* qua *uel* cui *Muellerus*] que *A*

DE SINGVLIS CAVSIS

p. 273

[QVAE SVPERSVNT]

Sunt uersus LXX

B. V 172.
M. 1102.
B. IV 432.

383

De alcyonibus

Stat domus exerrans constructa lymphis et ulva.
Fervet amor lymphis, liquescunt ova tepore.
Exposito partu natus non cernitur ullus. p. 274
Albus in albo manens rursus succendor ab albo,
Miraturque novos fetus consurgere ab undis
Alcyon, cui totus pelagus sunt parvoli nidus.

B. V 177.
M. 1107.
B. IV 432.

384

De Iuvenale venatore

Excipit ingentem Iuvenalis fortior aprum.
Incumbens umero laevo pede pronior instat
Et spumantis adhuc morsum de vulnere fraudat.

Apulei platonice · explicit. de remediis salutarib; feliciter. XVIII Incipit uersos de singulis causis sunt uēr LXX · de altionibus *A*

383. 1 limfis et ulba *A* construxit limus *Bachrens* ultra *Burm.* ulua *Meyer* 2 Ferbet *A* Feruida mox *Bachrens* limfis *A* oba *A* 5 fętus *A* 6 Altion *A* Alcyone *Burm.* pelacus *A* cuius p. s. pabula nidis *Bachrens*

384. In iubenale uenatore *A* 1 Excępit *A* iubenalis *A* abrū *A*

Digitized by Google

385

B. V 173.
M. 1108.
B. IV 433.

Item de apro

Invadunt post terga suem. stat torvus in ira:
Creticus excutitur lunato dente rebellis,
Quem socius morsu auxilians defendit in hostem.

386

B. — M. —
B. IV 433.

De Mandrite mimo

Mandris notus olim felix fur, cautus et audax,
Quattuor in medio dicit peccasse colonas.
'Sive ego sive lupus', dixit, 'tollatur et anser'.

387

B. — M. —
B. IV 433.

CATONIS

Rex Hunerix, manifesta fide quem fama perennis
Inclitat, hominibus spargit memorabile factum,
Quod verbo divisit aquas molemque profundi
Discidit iussis, semel [ut] nudata natantum
Iugera calcet homo. pelagus fodisse ligones
Expavit natura maris: subducitur unda,
Tortilis anfractu liquidus converritur imber,
Oceanumque movent manibus; mare coclea sorbet.

385. Item in apro *A* 1 pos *A* torbus *A* 2 lunato *ex* lutato *A* 3 in *A*] ab *Burm.* hoste *A*, hostem *scripsi*

386. De] In *A* 2 Quatuor *A*

387. Carmen catonis *A* 1 hunc · rix *A* fides *A* fide *ego* 2 Inclita *A*, *corr. Baehrens* hōminibus (*uel* omnibus en) *scripsi* ordinibus *A* ominibus *Baehrens* 4 Disceda *A* molesque p. discedit *Baehrens* Discīdit (*an* discindit?) *scripsi* ut *add. Baehrens* 5 pelacus *A* 7 conteritus *A*, *correxi* conprenditur *Baehrens* contergitur *olim ego* 8 molent *A* cocla *A*

Digitized by Google

388

B. I 124.
M. 692.
B. IV 433. **De Pegaso Bellerephonte et Chimaera**

Vectum Pegaseo volucri pendente caballo
Conpita senserunt Bellerephonta deum.
Cuius iter vacuos et calcans ungula ventos
. . . . . .

Reliqua desunt.

388. De pegasu bellerefonte et cymera *A* 1 Bectum *A* pendenti *A* pendere *Wakkerus* 2 bellerefonta *A* 3 uāgos *puto* sungula *A*

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM SAECVLI IX

Digitized by Google

CARMEN
CODICIS BEROLINENSIS DIEZ. B 66

388[a]

[Celeuma] B. M. — B. III 167.

Heia, viri, nostrum reboans echo sonet heia!
Arbiter effusi late maris ore sereno
Placatum stravit pelagus posuitque procellam,
Edomitique vago sederunt pondere fluctus.
Heia, viri, nostrum reboans echo sonet heia!
Annisu parili tremat ictibus acta carina.
Nunc dabit arridens pelago concordia caeli
Ventorum motu praegnanti currere velo.
Heia, viri, nostrum reboans echo sonet heia!
Aequora prora secet delphinis aemula saltu
Atque gemat largum, promat seseque lacertis,
Pone trahens canum deducat [et] orbita sulcum.
Heia, viri, nostrum reboans echo sonet heia!
Aequoreos volvens fluctus [ratis audiat] heia!
Convulsum remis spumet mare; nos tamen: heia.
Vocibus adsiduis litus re[duci] sonet heia!

388[a]. *Inscriptionem om. B (cod. saec. VIII—IX), add. L. Muellerus* 2 effisi *B. cf. Hor. epist. I* 11,26 7 dabitur ridens *B, corr. Baehrens* 8 concurrere *B* 10 delfines *B* 11 Etque gemet *B* 12 et *add. Baehrens* 14 achoresultet portus nos tamen heia *B, correxi* (nos tamen *ex* 15 *irrepsit*) 16 reduci *scripsi:* re *B.* Heia naheia heleia naheia heiana heia eleia *post* 16 *add. B*

Digitized by Google

CARMINA
CODICIS PARISINI 8071
OLIM THVANEI

B. V 1.
M. 1024 sq.
B. IV 434.

389
In laudem solis

Dum mundum Natura potens terramque dicaret,
Sol dedit ipse diem. horrentia nubila caelo
Dispulit et faciem roseo diffudit in orbe.
Pulcra serenigero fulserunt sidera motu.
Nam chaos est sine sole dies. tum discere lucem
Coepimus et croceum caeli sentire teporem.
Gurgite [de] roseo surgunt ex more iugales:
Naribus elatis efflant e pectore lucem.
Sol rumpit tenebras, rutiloque ut fulget ab ortu,
Spargit in aethereos flammantia lumina campos.
Haec armenta hominesque simul dant semina rerum,
Hinc alites, pecudum hinc [genus et] genus omne natantum,

389. Incipiunt uersos in laudem solis *B* (*cod. Thuan. s. IX*) *fol.* 56 *sq.* Versus in laude solis *L*(*ipsiensis I* 74 *s. IX–X*). *Dracontii putat Rossbergius ann. phil.* 133, 721 1 Cum *Hauptius* potest *L* terramqui *B* digarit *L* ligaret *Hauptius* 2 dedi⁼tipse dieri *B* 3 et *L* e *B* lucem *puto* diffundit *BL* 4 Pulchra *B* Pulchrius sereno *L* mundo *Hauptii amicus* 5 chahos *B* chaus *L* tum *B* hinc *L* 6 roseum *Opitius. potius* calidum 7 cum roseo *L* croreo *P* de *add. Pithoeus. num* rorifluo? de cano? ab Oceano *Heinsius* ex m.] temone *Goetzius* 9 rutiloque ubi *Heinsius* (ut *Baehrens*) rutilo qui *BL* fulgit *BL* 11 Hinc *Pithoeus* homines armenta simul et s. r. *BL*, *correxi* dant *Baehrens* 12 Hinc ălites *scripsi* Alitis hinc *BL* pecudes *BL*, *corr. Meyerus* hinc *scripsi*] uiuit *BL* genus et *addidi*

Digitized by Google

Quod caelum, quod terra tenet, quod sustinet aequor.
Hinc calor infusus, totum qui continet orbem,
Dulcia mellifluae dum pandit munera vitae.
Ast ubi iam Titan croceum conscendit in orbem
Fluctibus ac nitidum tollit caput aethera in altum,
Cuncta patent, quaecunque tacens nox clauserat atra,
Et silvae campique virent et florea rura.
Tunc placidum iacet omne mare et vernantibus undis
Flumina: per tremulos currit lux aurea fluctus.
Sic regit imperium mundi, sic tempora sancit.
Mox tamen alipedum gemmantia lora rigescunt. . . .
Aureus axis inest, currus ardescit ab auro,
Dum pretio fulgens imitatur lumina Phoebi.
Hic solus viget orbe deus, quem cernere nobis
Fas nimis est, mireque iuvat per florea rura.
*O mirum virtutis o*pus, quod flamma gubernat!
Nec non igne suo praestat cum lumine sensus,
Hinc corpus, hinc vita redit, hinc cuncta resurgunt.
*Nam*que docet Phoenix, ustis reparata favillis
Omnia Phoebeo vivescere corpora tactu.
Haec vitam de morte petit, post fata vigorem,
*Nas*citur ut pereat, perit ut nascatur ab igni,

13 quot *ter Hauptius* 14 infususus *B* 15 *om. B* claudit *L* pandit *Baehrens* fundit *Hauptius* 16 *om. B Huc transposui u.* 22 hac *B* aether *BL* 17 quicumque *B* tamen *BL*, *correxi* clauserit *B* clausserat *L* 18 Mox *BL* (*cf. u.* 23) Et *scripsi* uirent *L* iurent *B* 19 et *om. L* 20 fructus *L* 21 Hic . . hic *A* Sic . . sic *puto* 24 ęquis *B* aequus *L* axis *Burmannus. cf. Ouid. met.* 2, 107 curru *Burm.* euro *BL*, *corr. Hauptius* 25—35 *initia uersuum obliquis litteris distincta in B iam Pithoei aetate deleta erant* 25 S . . ϙtio *B* precio *L* emittitur *B* lumine *B* foebi *BL* 26 ucit orbē dš *B* 27 ireque iubęt *L*, *corr. Hauptius* 29 Nec non et in igne *L* 30 Hic *L* hic *L* (hinc *B*) hic uita resurgunt *L* hinc cuncta reguntur *B* 31 phenix *B* fenix *L* ustis *L* istis *B* 32 foebeo *L* uiuiscere *B* 33 Haec *L*; *sic conieci ed. pr.* post fata uigorem *B* 34 ut nascatur ab igni *L* 34 *additus est in ima pagina L* (Nascit)

Vna cadit totiens surgitque ac deficit una:
Rupe sedet, capitur radiis, et lumine Phoebi
Suscipit inmissum recidiva morte calorem.

Sol qui purpureo diffundit lumine terras, [1025]
Sol cui vernanti tellus respirat odorem,
Sol cui picta virent fecundo gramine prata,
Sol speculum caeli, divini numinis instar,
Sol semper iuvenis, rapidum qui dirigit axem,
Sol facies mundi caelique volubile templum,
Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Iuppiter ipse,
Sol frater Triviae, insunt cui numina mille,
Sol qui quadriiugo diffundit lumina curru,
Sol et Hyperboreo fulget matutinus in ortu,
Sol reddit cum luce diem, Sol pingit Olympum.
Sol aestas, autumnus, biems, Sol ver quoque gratum,
Sol saeclum mensisque, dies Sol, annus et hora,
Sol globus aethereus, Sol est lux aurea mundi.
Sol bonus agricolis, nautis quoque prosper in undis,
Sol repetit quaecumque potest transcendere semper.
Sol cui sereno pallescunt sidera motu,
Sol cui tranquillo resplendet lumine pontus,
Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore,

35 surgi atq; defecit *B* surgit quae defecit *L* 36 sedit — foebi *L* 37 inmensum *B* *A u.* 38 *nouum carmen incipit Burmannus* 38 perfundit *Burm.* 39 uernantur *B* 40 *om. L* grammę *B* 41 nominis *B* 42 diuidis *BL* (s *in ras L*) dirigit *Hauptius* 43 caeli (*om.* que) *L* 44 Sol liber et sol arma *B* 45 labor et ribice *B* laboret tribiae *L* claror Triuiae *Hauptius* frater Triuiae *scripsi* insunit *B* numina *Hauptius* nomina *BL* 46 lumine *L* cursu *B* cursus *L* curru *Heinsius* 47 Hyperionio *Burmannus, sed cf. Auienus or. marit.* 664 Sol iperboreo *L* Soli et per horeo *B* fulgit *LB* fit *amicus Hauptii* hortu *B* 48 redit *ex* reddit *L* cum pingit *L* Sol p. *Heinsius* conpingit *B* 49 hiemps *B* gratus *BL* *u.* 50 *post* 59 *et* 58 *post* 50 *posui* 51 mensisq; dies sol *B* mensis sol dies *L* annos errora *L* 52 aethereis *B* -eus *olim correxi; sic et L* Sol *scripsi*] haec *LB* 54 reficit *Hauptius* 56 tranquillos *B* resplendit *L* splendescit *B* 57 lustra *B* colore *B, corr. m. pr.*

Digitized by Google

59 Sol cui surgenti resonat levis unda canorem,
50 Sol cui mergenti servat maris unda teporem,
58 Sol mundi caelique decus, Sol omnibus idem,
60 Sol noctis lucisque decus, Sol finis et ortus.

390

B. V 133.
M. 985.
B. V 361.

fol. 58 r.

EVCHERIAE

Aurea concordi quae fulgent fila metallo
Setarum cumulis consociare volo:
Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum
Pellibus hircinis aequiperanda loquor:
Nobilis horribili iungatur purpura burrae,
Nectatur plumbo fulgida gemma gravi:

59 surgente *B* liba *B* lira *ex* liba *L* blanda *BL* lyra *Hauptius* tuba *Opitius* leuis unda *cl. Catullo* 64, 273 *scripsi* (Libys unda *olim scripsi*) 50 merenti seruit *L* merentis eruit *B* merg. *Pithoeus* seruat *Burm.* undiq; *B* leporem *LB* 58 caeli *Burm.* lucis *LB* unus *B:* idem *L* 60 deus *ex* decus *B* decus *L.* Explicit *B; sequitur in B:*

Rara fides hominum: nulli me credere uellis.
Hoc mihi quȯd oberit, si quis ibi uellit irasci,
Irascar minus ipse mihi ninusque *(sic)* doleuo.
Ad dn̄m codex nescit redire dimisus.
Nam si me crederis, dic: mihi (*lege* mi) codicelle, uoleto (*lege* ualeto). Explicit.

390. *M = cod. Valencen.* 387 *s. IX ap. Mabillon analect. I p.* 367, *qui quam curate contulerit nescio. V = Vindob.* 277 *s. IX* (*fol.* 55) *ap. Haupt. ed. Ouid. Halieut. p. VII* (*u.* 21–32). *P = Paris.* 8440 *s. X.; ipse contuli. L = Vossianus fol.* 82 *s. IX* (*fol.* 155). *R = Vossianus q.* 69 *s. IX* (*fol.* 19). *G = Groninganus C. d.* 3, *s. XI–XII ap. Baehrens. Inscr. om. MLG.* lt̃ *P.* Versus Eucheriae poetrie *B* 1 q̄ *G* q: *uel* q; *LBP* fulgunt *GBP* filą̊ metalla *P* 2 Setarum *BL* sectarum *MG* retarum *ex* set. *P m. sec.* consotiare *P* 3 tegmantia *P, corr. m. sec.* tecta *libri, em. Heinsius* lacuum *B* loconum *R* 4 aequiperando *P* loquar *B* 5 horribilis *B m. pr.* byrae *M?* 6 plumba *M*

Digitized by Google

Sit captiva sui nunc margarita nitoris
Et clausa obscuro fulgeat in chalybe:
Lingonico pariter claudatur in aere smaragdus,
Conpar silicibus nunc hyacinthus eat:
Rupibus atque molis similis dicatur iaspis,
Eligat infernum iam modo luna chaos:
Nunc etiam urticis mandemus lilia iungi,
Purpureamque rosam dira cicuta premat:
Nunc simul optemus despectis piscibus ergo
Delicias magni nullificare freti:
Auratam crassantus amet, saxatilis anguem,
Limacem pariter nunc sibi tructa petat:
Altaque iungatur vili cum vulpe leaena,
Perspicuam lyncem simius accipiat:
Iungatur nunc cerva asino, nunc tigris onagro,
Iungatur fesso concita damma bovi:
Nectareum vitient nunc lasera tetra rosatum
Mellaque cum fellis sint modo mixta malis:
Gemmantem sociemus aquam luteumque barathrum,
Stercoribus mixtis fons eat inriguus:
Praepes funereo cum vulture ludat hirundo,
Cum bubone gravi nunc philomela sonet:

7 fui nunt margareta *B* 8 clauso *P* obcuro *B* calibe *BPLGR* calybe *M?* 9 Lingonico *P* Lenconico *BL*, *P in mg.*, *GR* Leuc. *M* zmaragdus *P* 10 compar *M* iac(ch *P*)inctus *RBPL* hiacynthus *M* (?) iacintus *G* eat *BP* · ẽ · *GP m. 2* adest *M*, *om. VR* 11 Rupibus *GMLP m. 2* Rupiq; *BP* 12 cahos *B* coas *G* 14 Pre (Per *M*) spicuamque *MPLGR*; *recte B* 15 dispectis *libri* despectis *Meyerus* 16 Dilicias *BP* Diuitias *M* mellificare *M* nullifacere *P*, *corr. m. 2* 17 craxantus *P* crassantos *G* 18 trucca *B* 19 iungantur *B* leema *P* leene *G* 20 Prespicuam *LP m. pr. GR* lincem *libri* 21 uili cum uulpe *iterum post* Iungatur *B*, *sed erasum* asion nō t. *G* tygris *R* 22 dama *MP* damna *B* noui *B m. 2 ex. corr.* 23 uitient *LR* uicium *G* bouitiet *B ex corr.* uitiet *M* uiciet *VP* lausera *libri*, *corr. Ducangius* tetca *G* 25 sociamus, *sed corr.*, *V* baratrum *libri* bratrum *L* batrum *R* 26 irriguus *M* 27 funeneo *G* 28 graui *om. B* filomela *BVPG* -ella sonat *LR*

Digitized by Google

Tristis perspicua sit cum perdice cavannus
Iunctaque cum corvo pulcra columba cubet:
Haec monstra incertis mutent sibi tempora fatis —
Rusticus et servus sic petat Eucheriam!

B. —
M. 874.
B. V 363.

391

Cervus aper coluber non cursu dente veneno
Vitarunt ictus, Maioriane, tuos.

29 prespicua *LGR* cauannus *MG* 30 pulchra *BPLG* 31 incertis *BP* incestis *VMLGR* mutet *B* factis *M* 31 *a Iuliano Toletano (Anal. Heluet. ed. Hagen p.* 231, 6) *citatur* 32 euceriam *BMLGR* euoeriam *V*

391. *Sidonio Apollinari a nonnullis adscriptum. cf. eius carmen* 13, 17—18. *In Vindobonensi* 277 *et B extat post* 390 *et Ouidii Halieutica* 2 icetus *B*

CARMINA
CODICIS VOSSIANI Q. 86

B. II 258.
M. 210.
B. IV 111.

392

Cod. V
fol. 92 r.

Vt belli sonuere tubae, violenta peremit
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce,
Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras,
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.

392 *sq. extant in V (Vossiano q. 86 s. IX post c. 645), B, G (Sangallensi 899 s. IX), D (Bruxellensi 10859 s. IX), C (Parisino 8069 s. X—XI), L (Vossiano q. 33 s. X), R (Regio mus. Brit. 15 B 19 s. IX—X), P (Parisino 13026 s. X), aliis, recentioribus multis. ω = omnes uel plerique. Conlati sunt libri a me C, a Schenkelio G, ab Oehlero D, a Bonneto B, ab Holdero V. — Ego totos excussi libros BVCDG, reliquos Baehrensii ubi ex re uisum est. Omisi tamen orthographica uelut* yppolite (ω), t(h)e(o)tras, teutras (ω), lice (ω), teon, tirsis *uel* tyrsis (ω), ebalus (*L*). — *Medii aeui imitationes v. M.* 870 *et ann. phil.* 1868, 576. *Inscr. om. VBLP.* Ouidii Nasonis uersus *G* Traiani imperatoris de bello Parthico uersus decori (ludicri *puto*) *C.* Versus Traiani imperatoris *R* Hos uersus Nero imperator composuit *Parisinus* 9344 *s. XI* Versus Adriani imp̄r *cod. Musei Brit. Add.* 11983 *s. XI—XII* Epigramma Adriani imperatoris de pugna Amazonum *Vindobon.* 2521 *s. XII fol. 35 r* 1 Et *C* turbe *sed corr. V* uolenta *B* 2 ỳppolite *G* teuthranti (*om.* Lyce) cilionon (c *ex* l) *V* cleonon *B* ēobolon alcę *B* 3 *cf. carmen de figuris uel schematibus u.* 167: Oebalon ense, Lycon ferit hasta, Pedason arcudonon *V* *u.* 6 *ante* 4: *G* 4 c̄ru *C* ad ped *V* 5 at Cl. heros *om. B* ad lonus *V* eros *D* aeros *L* 6 latus Oebalus *om. B, add. m. 2*

Digitized by Google

Iphicli Teuthras, Dorycli Clonus, Oebalus Idae;
Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

393

B. II 257.
M. 253.
B. IV 113.

Almo Theon Thyrsis orti sub colle Pelori
Semine disparili: Laurente Lacone Sabina.
Vite Sabina, Lacon sulco, sue cognita Laurens.
Thyrsis oves, vitulos Theon egerat, Almo capellas,
Almo puer pubesque Theon et Thyrsis ephebus;
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem;
Nisa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais. *fol. 92 u.*

394

Versus de †numero dierum singulorum mensium

B. V 71.
M. 1037.
B. I 205.

Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
Vota deo Diti Februa mensis habet.

7 *om. B* Aepicli *CD* Aephycli *V* Epicli *G* Epuclit *B m. 2* Iphiclis *Scaliger* Dorycli — Teuthras *om. C* Doricli *D, unde* Dorycli *restitui* (Doryli *Scaliger*) dorus *V* doras *B m. 2* toracli *G* dorachi *L* ida *B m. 2* ide *D* 8 Ergo licus *B* Moesus *C*] mes(s)us *ω* chlonon *V* clonon *L* archas *C*

393. *In G deest. Inscr. om. libri* Citerii Sidonii Syracusani *Scaliger* 1 lmo *C* theo *V* tyrsis *ω ubique* lyrsis *C* orei *V* monte *Scaliger* polori *C* 2 sabina *V* sabima *B* sabine *CD* Sabino *uulgo. Hic semen mire de matre dicitur* 3 sabina *BV* -nae *DP* -ne *C* sulcost *D* cognita *BVC* cognite *uulgo* suae *B* suelsuae cognita aconita *D* cognito *P* laurus *B* 5 *ante* 4 *BCD* 4. 5 *V* 5 teoy. & tersis efebus *C* ephybus *B* 6 stipulata *D* melodus *BD* dis *V* -des *C* 8 *ante* 7 *BCD* 7. 8 *V* 7 Nays *B* ama *V* almon *VD* Nisa] Enna *V* teones *C* 8 Nisit *C* Nasa *D* clauce *B* at *C* natis *C*

394 *sq. extant in V* (*Vossiano q.* 86), *P* (*Parisino* 7886 *s. IX olim Puteani*), *E* (*Einsidlensi* 319 *s. X*), *C* (*Colo-*

Peter Rose, late of Lower Calcutta
Road, Barrackpore, in the East Indies,
but now of Bedford Square, in the
county of Middlesex, Esquire, the
Defendant.

Upon motion this day made unto this Court by Mr. Bacon, of counsel for the Plaintiff, and upon reading the affidavit of Thomas Hall, the solicitor for the Plaintiff, filed the 19th day of November instant, and upon hearing what was alleged by Mr. Bacon, of counsel for the Plaintiff, this Court doth order that the Plaintiff be at liberty to serve the Defendant with the writ of subpœna to appear and answer the bill of complaint filed in this cause, by sending a true copy thereof by the post, addressed to the Defendant at Bedford Square, in the county of Middlesex, and that such service shall be deemed good service of the said writ of subpœna upon the Defendant.

Dated the 20th day of November, 1858.

By the Court.

Thomas Hall, Solicitor for the Plaintiff, 19, Lincoln's Inn Fields.

395

B. M. 10

Tetrastichon authenticum de singulis mensibus

Ianuarius

Hic Iani mensis sacer est (en aspice ut aris
Tura micent, sumant ut pia iura Lares),
Annorum saeclique caput, natalis honorum,
Purpureos fastis qui numerat proceres.

Februarius *fol. 93 r.*

At quem caeruleus nodo constringit amictus
Quique paludicolam prendere gaudet avem,
Daedala quem iactu pluvio circumvenit Iris,
Romuleo ritu Februa mensis habet.

Martius

Cinctum pelle lupae promptum est cognoscere mensem:
Mars olli nomen, Mars dedit exuvias.
Tempus ver[num] aedus petulans et garrula hirundo
Indicat et sinus lactis et herba virens.

Aprilis

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis:
Lumen veris habet, quo nitet alma Thetis.

395. Tetrasticon *ω* (*Τητραστιχων E*) autenticum *ω* *(i. e. Ausonianum, ex codicis Ausoniani E* [*Voss.* 111] *familia deductum). Mensium nomina om. CP. Ad imagines mensium hi uersus pertinent* 1 *sq. sic interpunxi* 1 an asp. *E* 2 iura *scripsi* tura *ω* liba *Baehrens* laris *VP* 3 seculique *P* quae *V* capud, *corr.*, *D* 4 purpureis *DE* -reus *C* -reum *VP; corr. Scaliger* factis *E* numeras *C* 5 Ad *VD; P sed corr.* 6 gaudet *ω*] gestat *Baehrens nescio unde* 7 Dedela *C* Detala *E* iacto *ω*, *corr.* ς hiris *C* 8 riti *E* abet *D* 9—24 *mensium nomina om. V* 10 olli *VPD* illi *CE* exubias *VPD* 11 uer *ω* uernum *Scaliger* hedus *ED* garrulo *P* 12 sinus *ECD* senos *VP* 13 ueneranṭ *P* 14 Flamen *Baehrens* ueris *D* uiris *VP* iuris *E* turis *Vinetus.* — thetis *CDEv* tetis *P* tetris *V* Ceres *Vinetus*

Cereus et dextra flammas diffundit odoras,
Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

Maius

Cunctas veris opes et picta rosaria gemmis
Liniger in calathis, aspice, Maius habet,
Mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae,
Quem merito multum diligit Vranie.

Iunius

Nudus membra dehinc solares respicit horas
Iunius ac Phoebum flectere monstrat iter.
Lampas maturas Cereris designat aristas
Floralisque fugas lilia fusa docent.

Iulius

Ecce coloratos ostentat Iulius artus,
Crines cui rutilos spicea serta ligat.
Morus sanguineos praebet gravidata racemos,
Quae medio Cancri sidere laeta viret.

Augustus

Fontanos latices et lucida pocula vitro
Cerne ut demerso torridus ore bibat
Aeterno regni signatus nomine mensis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

15 Ceruleus et *D* odoris *E* -res *ω* (dodores *P*) 16 Balsame *D* papiae *CV* papie *P* pafię *D* paphię *Ev* 17 pecta rosea *D* 18 calatis *ω* 19 at (*ex* ad) lantigine *D* adlantigene *C* lentigene *VP* lantigenę *E* dicitur *C* maius *DVP* -iae *CE* 20 uraniae *VP* ur a tuae *E* 21 Nudus *edd.* Nuda (genu *add. D*) *ω* s.] solio *D* 23 aristis *VP* 24 fugans *VP* fugas *CDE* docens *ω* 25 coloratos *EC*, *P corr.* -tus *DVPr* 26 rutilos *VP* rutilus *DE* rutulus *C* legat *ω* (ligat *Meermannianus*) 27 morus *CE* moros *VPD* 28 Quae *CE* Quem *VPD* Quae in *v* sydera *VP* 29—48 *om. VP* 29 Fontanas *Ev* uino *Scriuerius* 30 Cernes, *om.* ut, *D* dimerso *ω* (diuerso *v*5) 31 regno *E* 32 genitum quem *D* peribent *D* echaten *DEv* echathen *C*

Digitized by Google

September

Turgentes acinos varias et praesecat uvas
  September, sub quo mitia poma iacent,
Captivam filo gaudens religasse lacertam,
  Quae suspensa manu mobile ludit opus.

October

Dat prensum leporem cumque ipso palmite fetus
  October; pinguis dat tibi ruris aves.
Iam Bromios spumare lacus et musta sonare
Apparet: vino vas calet ecce novo.

November

Carbaseos post hunc artus indutus amictus
  Memphidos antiquae sacra deamque colit,
A quo vix avidus sistro compescitur anser
  Devotusque satis incola Memphideis.

December

Annua sulcatae †coniecti semina terrae
  Pascit hiems; Pluvio de Iove cuncta madent.
Aurea nunc revocet Saturno festa December:
  Nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.

33 Surgentes *ω*, *corr. Heinsius* acimos *E* uarios *DE* persecat *D* 34 Sebtember *C* 36 'mobile ducit opus' *Petron. c.* 80 37 prẹrisum *C* prensam *E* ipsa *ω* (ipso *E*) foetus *CDE all.* 39 Ambromios *Hs.* Ambromius *E* Iam bromius *v* Ambrosios *C et* (-os *ex* -us) *D* 40 Aparet *D* 41 postquam hunc *ω* (*sed* postqu hanc *D*) quam *deleui* artus *om. E* Carbaseo — amictu *v* 42 M(N *D*)emfidus *CDv* Memfidis *E* 43 ui auidis *D* 44 que *om. D* sacris *C, Scriuerius* memfideis *ω* Memphi, tuis *Burmannus, recte?* 45 coniecti *ω* (-to *v*) coniectans *Sangall.* 250 *s. XI* conectens *Baehrens* 47 reuocet *CE all.* -cent *Dv all.* saturni *cod. Leid.* 36 decembri *D*

B. III 151.
M. 134.
B. IV 57.

396

Parcendum misero

Occisum iugulum quisquis scrutaris †amici,
Tu miserum necdum me satis esse putas?
Desere confossum! victori vulnus iniquo
Mortiferum impressit mortua saepe manus.

B. II 48.
M. 744.
B. IV 58.

397

Mors Catonis

fol. 93 u.

Invictum victis in partibus, omnia Caesar
Vincere qui potuit, te, Cato, non potuit.

B. II 49.
M. 745.
B. IV 58.

398

[Item]

Ictu non potuit primo Cato solvere vitam:
Defecit tanto vulnere victa manus.
Altius inseruit gladium: qua spiritus ingens
Exiret, magnum dextera fecit iter.
Opposuit Fortuna moram voluitque, Catonis
Sciremus ferro plus valuisse manum.

Sequuntur in V c. 236. 237, *tum* 396.

396. *Senecae tribuit Pithoeus.* 396—463 *pleraque uel omnia Senecae tribuunt Rossbach, Baehrens, alii* 1 Occisi *uulgo, sed cf. u.* 4 uñ amici *V* scrutare inimicus *Baehrens* 3 Dessere, *sed corr., V* 4 pressit *V* im *add. m. sec.*

397. 1 Inuictum *Burm.* Inuictus *VR* (*Reginensis* 1414 *s. XI in c.* 397—399)

398. *Inscr. om. VR* 2 uita *VR* 3 gladium *R*] digitos *V* $\overline{\text{sps}}$ *V* 5 Obp· *R* inuoluitque *V* in=uoluitque *R, corr. Pithoeus* 6 Scires ut ferro *Scaliger*

Digitized by Google

399

B. II 50. 51.
M. 746.
B. IV 58.

[Item]

Iussa manus sacri pectus violare Catonis
Haesit et inceptum victa reliquit opus.
Ille ait infesto contra sua vulnera vultu:
'Estne aliquid magnum, quod Cato non potuit?
Dextera, nunc dubitas? durum est, iugulasse Catonem?
Sed quia liber erit, iam puto non dubitas!
Fas non est vivum cuiquam servire Catonem:
Rectius et vivit nunc Cato, si moritur'.

400

B. II 26.
M. 732.
B. IV 59.

Epitaphion Pompeiorum

Magne, premis Libyam; fortes tua pignera nati
Europam atque Asiam. nomina tanta iacent!

401

B. II 27.
M. 733.
B. ib.

[Item]

Quam late vestros duxit Fortuna triumphos,
Tam late sparsit funera, Magne, tua.

399. *inscr. om. VR* 1 uiolasse *V* uiolasset *R* 2 *cf. Ouidius art. am. II* 78 'uidit et inceptum dextra reliquit opus' 3 inferto *R* 4 magnum *R* magnus *V* 5 nunc *scripsi*] me *VR* ne dubites *Heinsius* ne dubita *Scaliger* dū *R* durum *V* 6 quia *R*, *om. V* 7 uiuo *VR* quemquam .. catonē *V; recte R* seruare *R* 8 Necdum etiam uiuit *R* Ne≡dum ipsum uincit *V* Rectius (*uel* Verius) et *scripsi* Quin etiam *Baehrens*

Ad 400—404 *quae unius carminis instar habet V, cf. Lucanus VI* 817 *sq. et praecipue Martialis V* 74.

400. Epitaphion Pompei *V*, *corr. Scaliger* 1 p̃mis lybiam *V* 2 quanta *Scaliger*

401. 2 sua *Heinsius*

B. II 28 sq.
M. 734 sq.
B. IV 59.

402

[Item]

Pompeius totum victor lustraverat orbem,
At rursus toto victus in orbe iacet:
Membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro;
Filius Hispana est vix adopertus humo;
Sexte, Asiam sortite tenes. divisa ruina est:
Vno non potuit tanta iacere solo.

B. II 30.
M. 736.
B. ib.

403

[Item]

Aut Asia aut Europa tegit aut Africa Magnum.
Quanta domus, toto quae iacet orbe, fuit!

B. II 31.
M. 737.
B. ib.

404

[Item]

Maxima civilis belli iactura †sub ipso est:
Quantus quam parvo vix tegeris tumulo!

B. III 152.
M. 135.
B. IV 60.

405

Ad amicum optimum

Crispe, meae vires laesarumque ancora rerum,
Crispe vel antiquo conspiciende foro,
Crispe, potens numquam, nisi cum prodesse volebas,
Naufragio litus tutaque terra meo,

402. 2 Ac *Baehrens* russus *V* uictor *V* -tus *Heinsius* 3—6 *edd. ante me separarunt* 3 libico *V* sepulchro *V* 4 adaptus *V* 5 sexte *corr. ut uidetur ex* secte *V* 6 tanto *V* tota *Pithoeus* loco *Francius*

403. 1 magn' *V* Magnos *Baehrens* 2 fuit *Klotzius* ruit *V*

404. 1 sed ipse es *Peiper; lacunam statuit Baehrens* 2 Quantus *V*. *num* Magnus?

405. *Senecae iam tribuit Pithoeus* 1 lassarūq; anchora *V*, *correxi* lapsarum *Baehrens*

Digitized by Google

Solus honor nobis, arx et tutissima nobis
Et nunc afflicto sola quies animo,
Crispe, fides dulcis placideque acerrima virtus,
Cuius Cecropio pectora melle madent,
Maxima facundo vel avo vel gloria patri,
Quo solo careat si quis, in exilio est:
Intactae iaceo saxis telluris adhaerens,
Mens tecum est, nulla quae cohibetur humo.

406

B. II 35. M. 741. B. IV 60.

De sacris evocantis animas Magnorum

Fata per humanas solitus praenoscere fibras
Impius infandae religionis apex
Pectoris ingenui salientia viscera flammis *fol. 94 r.*
Imposuit; magico carmine rupit humum,
Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis!
Pro pudor, hoc sacrum Magnus ut aspiceret!
Stulte, quid infernis Pompeium quaeris in umbris?
Non potuit terris spiritus ille premi!

407

B. III 66—68. M. 907—909. B. IV 61.

De vita humiliori

'Vive et amicitias regum fuge'. pauca monebas:
Maximus hic scopulus, non tamen unus, erat.

5 honora *V* ars *V* 7 placideque *Duebner* placidiq. *V* Suadaeque *Schrader* Latiique *Burm.* fides *pro amico,* uirtus *pro uiro forti posita sunt* 8 cecropeo *m. sec. ex* -pio *V. cf. Martialis VII* 69, 2 'cuius Cecropia pectora uoce madent' 9 aui *V* 11 An tu cui iaceo *V, correxi.* En hic qui iaceo *Pithoeus* Cyrneae en *Oudendorp* Incultae *Baehrens* 12 q; *V*

406. euocatis *V, correxi* euocaturis *Baehrens* Magni *puto* 2 infanda relegionis *V* apes *V* apex *Scaliger* 3 sapientia *V, corr. Scaliger* flãmas, *sed corr., V* 5 ab elybicis *V, corr. Scaliger*

407. *A Scaligero in tria carmina perperam discerptum. cf. Ouidius Trist. III* 4, 4 'Viue tibi et longe nomina magna fuge' *sqq* 2 tamen] tam *suprascr. m. sec. V*

Vive et amicitias nimio splendore nitentes
Et quicquid colitur perspicuum, fugito!
Ingentes dominos et famae nomina clarae [908]
Inlustrique graves nobilitate domos 6
Devita et longe tenuis cole; contrahe vela
Et te litoribus cymba propinqua vehat.
In plano semper tua sit fortuna paresque [909]
Noveris: ex alto magna ruina venit. 10
Non bene cum parvis iunguntur grandia rebus:
Stantia namque premunt, praecipitata ruunt.

B. III 69.
M. 910.
B. IV 61.

408

[Item]

'Vive et amicitias omnes fuge': verius hoc est,
Quam 'regum' solas 'effuge amicitias'.
Est mea sors testis: maior me afflixit amicus
Deseruitque minor. Turba cavenda simul.
Nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem 5
Necdum conlapsam deseruere domum.
[I] nunc et reges tantum fuge! Vivere doctus
Vni vive tibi; nam moriere tibi.

B. III 11.
M. 128.
B. IV 62.

409

De se ad patriam

Corduba, solve comas et tristes indue vultus;
Inlacrimans cineri munera mitte meo.

4 conspicuum *Heinsius* 6 domos *ex* domus *V* 7 tenuis *scripsi:* uiuus *V* cautus *Cannegieter* tutus *Baehrens* sanus *Hauptius* saluus *Peiper* fuge *Burmannus. fortasse* Deuita longe et uiles cole? 10 Foueris *Heinsius* 11 iunguntur] iun *m. pr. supra lin. V* 12 p̄munt *V*

408. *inscr. om. V, add. Scal.* 2 effuge *V* 3 Et mea mors *V, corr. Heinsius* tetis *V* 5 fuge *V* 7 I *add. Heinsius* Nunc et non *Scaliger* 8 moriare *V*

409. *L. Annaei Senecae* ad patriam *Pithoeus* 1. 3 Cordaba *V* 1 triste *V, sed corr. m. pr.* 2 Et lacrimans *Bardilius*

Digitized by Google

Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, vatem,
Corduba non alio tempore maesta magis:
Tempore non illo, quo versis viribus orbis
Incubuit belli tota ruina tibi,
Cum geminis oppressa malis utrimque peribas
Et tibi Pompeius, Caesar et hostis erat;
Tempore non illo, quo ter tibi funera centum
Heu nox una dedit, quae tibi summa fuit;
Non, Lusitanus quateret cum moenia latro,
Figeret et portas lancea torta tuas.
Ille tuus quondam magnus, tua gloria, civis
Infigor scopulo! Corduba, solve comas
Et gratare tibi, quod te natura supremo
Adluit Oceano: tardius ista doles!

410

B. III 153.
M. 137.
B. IV 62.

De custodia sepulcri

Quisquis es (et nomen dicam? dolor omnia cogit!),
Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis
Et non contentus tantis subitisque ruinis
Stringis in extinctum tela cruenta caput:
Crede mihi, vires aliquas natura sepulcris
Attribuit: tumulos vindicat umbra suos.
Ipsos crede deos hoc nunc tibi dicere, livor,
Hoc tibi nunc Manes dicere crede meos:
Res est sacra miser; noli mea tangere fata:
Sacrilegae bustis abstinuere manus!

3 longuinqua *V* 4 cordaba (?) *V* 5. 9 alio *V* illo *Pithoeus* 5 uersi *Heinsius* 7 utrũq; *V, corr. Scaliger* 10 uox *V, recte?* tibi] *num* prope? sibi *Baehrens* 12 torta *Scaliger* porta *V* 13 ciues *V* 14 Infigar *ex* -gor *V* scupulo, *sed corr., V* Cordaba *m. sec. ex* Cordoba *V* 15 Et *V* Set *Baehrens* 16 Addidit *Baehrens* Adnuit *Duebnerus* dolus *V*

410. sepulchri *V. Senecae tribuit Pithoeus* 1 et] en *uel* an *Burm.* 5 sepulcris *V m. pr.* sepultis *Schraderus fort. recte* 9 sacra *Tollius* atra *V*

B. III 2.
M. 877.
B. IV 63.

411

De Athenis

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,
Quae veteris famae vix tibi signa dabunt,
'Hasne dei' dices 'caelo petiere relicto?
Regnaque partitis haec sua cura deis?'
Idem Agamemnonias dices cum videris arces:
'Heu victrix victa vastior urbe iacet!'
Hae sunt, quas merito quondam est mirata vetustas:
Magnarum rerum magna sepulcra vides.

B. III 154.
M. 138.
B. IV 63.

412

In eum qui maligne iocatur *fol. 94 u.*

Carmina mortifero tua sunt suffusa veneno,
At sunt carminibus pectora nigra magis.
Nemo tuos fugiet, non vir non femina, dentes;
Haut puer, haut aetas undique tuta senis.
Vtque furens totas inmittit saxa per urbes
In populum, sic tu verba maligna iacis.
Sed solet insanos populus conpescere sanus
Et repetunt notum saxa remissa caput.
In te nunc stringit nullus non carmina vates
Inque tuam rabiem publica Musa furit.
Dum sua compositus nondum bene concutit arma
Miles, it e nostra lancea torta manu. —

411. 1 cecropias] i *ex corr. V* hospis *V, corr.* 2 formae *Schraderus* 4 Rixaque *Hemsterhusius* Pugnaque *Hauptius* h̃ *V* fuit una *V* fuit ira *Ziehen* sua cura *scripsi* 6 H̃ (*i. e.* Haec) *V* uictrix, c *supra rasura m. 2, V* Heu . . iaces *Scal.* 8 parua *Pollius* sepulchra *V*

412. *Senecae tribuit Pithoeus* 1 s̃ *V* 2 At *Francius* Et *V* 3 fagiet, *sed corr. m. 2, V* fugit *Heinsius* 4 Aut . . aut *V, corr. Scal.* 6 lacis *V* 7 populos *V* 8 reppetunt *V* motum *V* notum *scripsi* nocuum *Baehrens* 12 it *Burm.* et *V* et it *Heinsius* *Post* 12 *lacuna: Baehrens*

Digitized by Google

Bellus homo es? Valide capitalia crimina ludis
Deque tuis manant atra venena iocis!
Sed tu per[que] iocum dicis vinumque? Quid ad rem,
Si plorem, risus si tuus ista facit?
Quare tolle iocos: non est iocus, esse malignum.
Numquam sunt grati, qui nocuere, sales.

413

B. II 36. M. 742. B. IV 64.

De insepultis claris

Litore diverso Libyae clarissima longe
Nomina vix ullo condita sunt tumulo,
Magnus et hoc Magno maior Cato. quam procul a te
Aspicis heu cineres, Roma, iacere tuos!

414

B. II 37. M. 77. B. IV 64.

P. TERENTII VARRONIS ATACINI

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato nullo,
Pompeius parvo. credimus esse deos?

414ª

B. M. 1b. B. IV 65.

[Responsum]

Saxa premunt Licinum, levat altum fama Catonem,
Pompeium tituli: credimus esse deos.

u. 13 *et* 15 *excusandi hominis causa quaedam proferuntur, sed statim refutantur* 13—18 *alterum carmen: Lipsius* 13 es *Vonckius; cf. Catull.* 78, 3 et *V* carmina *Scriuerius* ludit *V* 15 p totum *V, corr. Scaliger* per talum *Baehrens!* 16 Cum plorem *Scaliger* 17 iocos] iocus *V* 18 grati *Scaliger* grates *V*

413. 1 Lytore *V* lybiae *V* 3 hoc homine *V* humano *Scaliger* hoc Magno *scripsi cl. Ouid. ex Pont. IV* 8, 41: Quid fuerat Magno maius? quam *Pithoeus* q. *V* qui *Scaliger*

414. Terentii Varronis Attacini *S* non inuenustum Varronis epigramma *schol. Persii* 2, 36. Martialis *Conradus de Mure* (*s. XIII*). *Inscr. om. V et schol. Cruq. ad Hor. A. P.* 301 1 Lycinus *S* tumulo Licinus *schol. Cruq*, ad *V* et *S* Cato paruo, Pompeius nullo *S*, *schol. Persii; recte V, schol. Cruq.* 2 credimus *VS* quis putet *schol. Cruq., schol. Persii* (*cuius tamen* credimus *codd. nonnulli*)

414ª. *solus* (*sine inscr.*) *S addit* 1 Lycinum *S*

B. III 82.
M. 932.
B. IV 65.

415

De spe

(Queritur per exempla)

Spes fallax, spes dulce malum, spes summa malorum,
  Solamen miseris, quos sua fata trahunt,
Credula res, quam nulla potest fortuna fugare,
  Spes stat in extremis officiosa malis.
Spes vetat aeternis Mortis requiescere portis
  Et curas ferro rumpere sollicitas.
Spes nescit vinci, spes pendet tota futuris;
  Mentitur, credi vult tamen illa [sibi].
Improba, mentis inops, rebus gratissima laesis,
  Quas fovet et verti fata subinde docet.
Sola tenet miseros in vita, sola moratur,
  Sola perit numquam, nec venit atque redit.
Saepe bono rursusque malo blandissima saepe [est];
  Et quos decepit, decipit illa tamen.
Instabilis, dubio devexa ad tempora motu,
  Audax et clausum quae putet esse nihil,
Omnia promittit nota levitate deorum;
  Nil fixum et casus admonet esse leves.

415. queritur per exempla *V, delet L. Muellerus mus. rh. XXIII* 97. *cf. Tibullus II* 6, 19 *sqq. Ouidius ex Ponto I* 6, 26 *sqq.* 1 una malorum *Oudendorp, sed cf. Ouid. Trist. V* 7, 7 2 quos *Heinsius* qua *V* 3 res] spes *Scriuerius* 4 Perstat *Heinsius* 5 Mortis *Ziehen cf. Ilias IX* 312 aeterno . . portu *Schrader* 7 tuta *Scioppius* futuri *V, corr. Scal.* 8 sibi *add. Scaliger* 9 inobs reb. *V* lęssis, *sed priore* s *erasa, V* lassis *Heinsius* 11 inuitos *Scaliger* inuitans *Muellerus* 12 uenit *V*] perit *Scaliger* sed uenit *Wernsdorf; sed* 'uenit atque redit' *i. e. solatur, deinde deserit* usque *Francius* 13 saepe est *scripsi* semp *V* 14 decipit] decepit *V* 15 diuexo, *ut uidetur ex* diuexa, *V* diuersa *L. Mueller* deuexa *Scaliger* 16 clausūsum (sum *a m. 2 deletum*) *V* 17 promitit, *sed corr. m. pr., V* mota *V, corr. Pithoeus* 18 Nil *m. 2 ex* Nihil *V* admouet *V* breues *L. Mueller*

Digitized by Google

Naufragus hac cogente natat per feta procellis
Aequora, cum mersas viderit ante rates;
Captivus duras illa solante catenas
Perfert et victus vincere posse putat;
Noxius infami districtus stipite membra
Sperat et a fixa posse redire cruce.
Spem iussus praebere caput paloque ligatus,
Cum micat ante oculos stricta securis, habet.
Sperat et in saeva victus gladiator harena,
Sit licet infesto pollice turba minax:
Et cui descendit iugulato in pectora mucro,
Spem, quamuis lecto iam referatur, habet.
Spem recipit carcer foribus praeclusus aenis,
Spes et in horrendo robore parva manet.
Spes Marium movit, turpi se credere limo
Et tantum furto vivere velle virum;
Haec illum Libyae penetrare in litora victae
Iussit; et, o superi, quis fuit ille dies,
Quo Marium vidit suppar Carthago iacentem!
Tertia par illis nulla ruina fuit. *fol. 95 r.*
Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
Iusserat et pueri regis adire pedes.
Spes uni numquam potuit dare verba Catoni,
Mendacisque deae non tulit ille dolos.
Quid non spes audet? Priamo post Hectora mansit;
Spes fuit uxori, Protesilae, tuae.

19 sęda ꝑcellas *V, corr. Scaliger* foeda *Heinsius* saeua *Baehrens* 21 durus *V* 22 Perferret uictos *V* uictus *Scaliger* 23 destrictus *V* 24 redisse *V* 25 ligatos *V* 29 Et qui decenti iugulo tinctoria moto *V, corr. Heinsius* muto *Salmasius* 30 referetur, *sed corr. m. pr., V* 31 aeuis *V* 32 Spem et *V* 33 turpis se *V* 35 libiae *V* uictae *V: nam Marius Iugurtham uicerat.* uastae *L. Muellerus. cf. Ouidius ex Ponto IV* 3, 45 *sqq.* 36 et o] io *Schrader* qui^{s} *V m. pr. sic Ouid. am. III* 12, 1 37 sup̄ cartago *V*, suppar *Burm.* 38 *sic V* 40 reges *V* 43 p̄ *V* 44 prosilea *V*

Orpheus infernas speravit tollere leges
Tartareum et cantu flectere posse canem.
Spe duce per medias enavit Daedalus auras
Et nova mirantes terruit ales aves.
Passiphae (quid non homini sperare licebit?)
Speravit torvo posse placere bovi.
Sperat qui curvo sulcos perrumpit aratro,
Sperat qui ventis vela ferenda dedit.
Spes hamis pisces, laqueo captare volucres
Erudit; haec orbem bella cruenta docet.
Spes sequitur gravibus rastris mala rura domantem,
In nova se nulla cum ratione parat.
Semper adulatur, semper male fida vagatur
Et populos urbes totaque regna capit.
Desertos medicis spes numquam deserit aegros,
Confessi numquam spem posuere rei.
Spes est, quae classis diverso ex hoste coactas
Ducit; spes cupidos tollit in arma viros.
Spes dicit 'dura! nec te praesentia tangant:
Fors varias mutat mobilitate vices'.
Incerto ludit casu Fortuna per orbem:
Spes semper constat, nec fugit atque redit.

B. III 159.
M. 941.
B. IV 68.

416
Ad malivolum

Invisus tibi sum: peream si, Maxime, miror.
Odi te et, si vis, accipe cur faciam.

45 Horphaeus *V* 47 dedalus undas *V, corr. Heinsius* 48 ales *in* alis *m. pr. corr. V* 49 Phassiue *V* (h *m. sec. in ras.*) libebit *uulgo* 51 prumpat *V* 55 dominantẽ *V* 59 egres *V* egros *corr. m. pr.* 60 Defessi *V, corr. Scioppius* 61 ex orbe *Heinsius* coactus *V* 62 pellit *uel* trudit *Burm.* 63 Spes *scripsi* Et *V* duro *V, corr. Heinsius* iungant *V, corr. I. Dousa* (*cf.* 444, 11) uincant *Heinsius* pungant *Wernsdorf* 64 *num* uaria? nonuilitate *V* 66 Spes *s.* constat nec *scripsi* (*cf. u.* 12) Et *s.* contra quae *V* Est *Scaliger* quam fuit *L. Mueller* ante *Burm.* Hoc *s.* constans, quod fugit atque redit *Baehrens* adque, *sed corr., V*

416. 2 Odi *V* Audi *m. sec.*

Digitized by Google

Famam temptasti nostram sermone maligno
Laedere fellitis, invidiose, iocis.
Contra rem nuper pugnasti, livide, parvam:
Tu tamen in magna te nocuisse putas.
Hae peream nisi sunt animi mihi, Maxime, causae:
Odi, nec mentem res magis ulla iuvat,
Inque vicem ut facias oro pereoque timore,
Ne minus invisus sim tibi quam videor.

417

B. II 261. M. 187. B. IV 68.

Memoriam litteris permanere

Haec urbem circa stulti monumenta laboris
Quasque vides moles, Appia, marmoreas,
Pyramidasque ausas vicinum attingere caelum,
Pyramidas, medio quas fugit umbra die,
Et Mausoleum, miserae solacia mortis,
Intulit externum quo Cleopatra virum,
Concutiet sternetque dies, quoque altius extat
Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.
Carmina sola carent fato mortemque repellunt;
Carminibus vives semper, Homere, tuis.

418

B. II 262. M. 851. B. IV 69.

[Item]

Nullum opus exsurgit, quod non annosa vetustas
Expugnet, quod non vertat iniqua dies,

4 ////tis *V* uelitis *m. sec.; corr. Pithoeus* inuidiore *V*

6 magnis *Pithoeus* 7 h̃ *V* mihi *H. Riesius* te *V* in te *Baehrens* nimiae iam, Maxime *Heinsius* maxima *V* causa *V, corr. Heinsius* 9 oro *Heinsius* curo *V*

417. Memoria litteras *V, correxi. cf. Propertius IV* 1, 57 (*III* 2, 17) *sqq.* per litteras manere *Baehrens* 1 multi *Heinsius* 2 Queque *V* 3. 4 PΞeramidas, y *ut uidetur erasa, V* 5 solatia *V* 6 aeternum *V, corr. Heinsius* 7 Conti& *V, corr. m. pr.* qd̃que *V* 8 detque *V*, e *add. m. sec.*

418. *inscr. om. V*

Tu licet extollas magnos ad sidera montes
Et calidas aeques marmore pyramidas.
Ingenio mors nulla nocet, vacat undique tutum;
Inlaesum semper carmina nomen habent.

B. II 84.
M. 762.
B. IV 69.

419

Laus Caesaris

Ausoniis numquam tellus violata triumphis
Icta tuo, Caesar, fulmine procubuit
Oceanusque tuas ultra se respicit aras:
Qui finis mundo est, non erat imperio.

B. II 85.
M. 763.
B. ib.

420

[Item]

Victa prius [nulli], nullo spectata triumpho
Inlibata tuos gens patet in titulos.
Fabula visa diu medioque recondita ponto *fol. 95 u.*
Libera victori quam cito colla dedit!

B. ib.
M. ib.
B. ib.

421

[Item]

Euphrates ortus, Rhenus secluserat Arctos:
Oceanus medium venit in imperium.

4 calidas (*i. e. in Africa sitas*) *V* canas *Baehrens* eques *V* piramidas *V* 5 iacet *V*] nocet *Pithoeus* uacat *V*, *cf. Prop. l. c. u.* 60] uagat *Oudendorp.*

419—426 *sine interuallis et titulis cohaerent in V*
419. 2 tua *V* 3 prospicit *Delrius*

420. 1 nulli *om. V* iāiā *post* nullo *V m. sec.; corr. Heinsius* 2 patet *Cannegieterus* iacet *V* patitur titulos *conicio* 4 quamerito collo (colla *m. sec.*) *V, corr. Scaliger*

421 *a* **420** *separaui* 1 Eufrathes (h *erasa*) hortus renus *V* recluserat arctus *V, corr. Cannegieter* praecluserat *Baehrens* 2 in *add. m. sec. V*

422

B. II 86. M. 764. B. IV 70.

[Item]

Libera, non hostem, non passa Britannia regem
Externum, nostro quae procul orbe iaces,
Felix adversis et sorte oppressa secunda [es]:
Communis nobis et tibi Caesar erit!

423

B. II 87. M. 765. B. IV 70.

[Item]

Vltima cingebat Thybris tua, Romule, regna:
Hic tibi finis erat, religiose Numa.
Et tua, Dive, tuo sacrata potentia caelo
Extremum citra constitit Oceanum.
At nunc Oceanus geminos interluit orbes;
Pars est imperii, terminus ante fuit.

424

B. II 88. M. 766. B. IV 70.

[Item]

Mars pater et nostrae gentis tutela Quirine
Et magno positus Caesar uterque polo,
Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos:
Sol citra nostrum flectitur imperium.
Vltima cesserunt adaperto claustra profundo
Et iam Romano cingimur Oceano.

425

B. II 89 sq. M. 767 sq. B. IV 70.

[Item]

Opponis frustra rapidum, Germania, Rhenum;
Euphrates prodest nil tibi, Parthe fugax;

422. 1 brittania *V* legem Externam *Heinsius* 2 Aeternum *V, corr. Tollius* iacet *V, corr. Baehrens* 3 es *add. Baehrens* 4 nouis *V*

423. 1 tybris *V* 2 erit *V* 3 dibe *V* tuum *V, corr. Heinsius*

424. 1 quirinae *V* 3 Cernite semotos *Baehrens* indomitos *conicio* bretannos, *sed corr. m. pr., V* 5 adopto *V, corr. Heinsius* 6 cingitur *V, corr. Heinsius*

425. 1 rerũ *V* renũ *m. sec.* 2 Eufrates *V* nihil *V* parte *V*

Oceanus iam terga dedit, nec pervius ulli
Caesareos fasces imperiumque tulit:
Illa procul nostro semota exclusaque caelo
Alluitur nostra victa Britannis aqua.

B. II 91.
M. 769.
B. IV 71.

426

[Item]

Semota et vasto disiuncta Britannia ponto
Cinctaque inaccessis horrida litoribus,
Quam pater invictis Nereus velaverat undis,
Quam fallax aestu circuit Oceanus,
Brumalem sortita polum, qua frigida semper
Praefulget stellis Arctos inocciduis,
Conspectu devicta tuo, Germanice Caesar,
Subdidit insueto colla premenda iugo.
Aspice, confundat populos ut pervia Tethys:
Coniunctum est, quod adhuc orbis et orbis erat.

427

B. — M. —
B. IV 71.

De voluptate adsidua per noctem

Sic et ames, mea lux, et rursus semper ameris,
Mutuus ut nullo tempore cesset amor.
Solis ad occasus, solis *sic* . ad *ortus*
Hesperus hoc videat, Lucifer hoc videat.

u. 5. 6 *uulgo a u.* 1—4 *separantur* 6 brittannos *V*

426. 1 Semoto *V* brittania *V* 2 Cunctaq. *V, corr. Scaliger* littorib. *V* 3 Qua *V* uallauerat *Scaliger* celauerat *Baehrens* 4 falax *V, corr. m. sec.* esto *V* 6 acrtois (*uel* -toxs?) *V* acrctois *m. sec.* in ocduis, *corr. m. sec., V* 7 defictu *V, corr. Scaliger* defixa *Heinsius* germania *V* 8 Subdedit, *sed corr., V* insuetũ *V* ĩmenda iugõ *V* 9 Tethys *Heinsius* tellus *V*

427. Voluntate de adsidua per noctem *V. Primus edidit L. Muellerus ann. philol.* 1865 *p.* 829. *Quae omisi, sunt erasa; quae obliquis litteris distinxi, dubia et nonnulla adeo incertissima. Holderi et Muelleri conlationes inter se contuli* 2 cessit *V* 3 asolis *V* sic testor *ci. L. Muellerus*

Si das saepe negas, si das saepe r*ic* . . *mis*
Et pede preda *tuo* . *atier rel* . *o* . *res*
Nox mihi tota data est *hite dam*pn*a* per*ibunt*
Multa nimis debet timodius . . . *s*
Promittis, mea vita, semel non amplius una
. . . *lisi&d* . . . *od* . . .
Dum iaceam tecum permixtus corpor*e* tot*o*
Tib . *futo* . . *re l* . . . .
Nempe *q* . *ad* . . . . . *mi*lle
m . . l . . . . . ti
Lentus . . . . p . . . *ar*te
F*emina cara* semel, sed sine fine semel.
O certe numero vinces me . *rera* . *ı ã*
. . . . . *l* . *l* . *sem*per ego.

428

B. II 248. M. 848. B. IV 72.

De tribus amicis bonis

Serranum Vegetumque simul iunctumque duobus
Herogenem, caros aspice Geryonas.
Esse putas fratres: tanta pietate fruuntur.
Immo neges: sic est in tribus unus amor.
Triga mihi paucos inter dilecta sodales,
Triga sodalicii pars bene magna mei!

429

B. III 192. M. 965. B. IV 72.

fol. 96 r. **Quod non severa carmina scribat**

Iam libet ad lusus lascivaque furta reverti.
Ludere, Musa, iuvat: Musa severa, vale!

6 preda *V* 7 Nox *olim* Nec *fuisse uidetur* 11 toto *an* tota *incertum V* 13 Nemphe (h *erasa*) *V*

428. 1 uinctũq; *V* 2 Hetogenen *V* Herog. *uulgo* Hermogenem *Baehrens nescio cur* 3 fa͂rs *V* 4 *cf. Ouid. epp.* 9, 92 'Geryones, quamuis in tribus unus erat' 6 par *V*

429. seuera *Scaliger* uera *V* 1 liuet allussus (s *prima erasa*) lasciuiaq; *V* 2 *Martialis VIII* 3, 2 'Ludere, Musa, iuuat'

Iam mihi narretur tumidis Arethusa papillis
Nunc astricta comas nunc resoluta comas;
Vt modo nocturno pulset mea limina signo
Intrepidos tenebris ponere docta pedes,
Nunc collo molles circum diffusa lacertos
Inflectat niveum semisupina latus,
Inque modos omnes, dulcis imitata tabellas,
Transeat et lecto pendeat illa meo,
Nec pudeat quicquam, sed me quoque nequior ipso
Exultet toto non requieta toro.
Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret:
Ludere, Musa, iuvat: Musa severa, vale!

430

B. III 228.
M. 996.
B. IV 73.

Liber IIII

[De puero amato]

O sacros vultus Baccho vel Apolline dignos,
Quos vir, quos tuto femina nulla videt!
O digitos, quales pueri vel virginis esse
Vel potius credas virginis esse dei!
Felix, si qua tuum conrodit femina collum,
Felix, quae labris livida labra facit,
Quaeque puella tuo cum pectore pectora ponit
Et linguam tenero lassat in ore suam.

3 Iam *scripsi* Nunc *V* aretusa *V* capillis *V, corr. Ruhnken* 5 Vt *Burmannus*] Et *V* modo nunc turno *V* pulsans *V, corr. Burmannus* 8 Etflectat *V, corr. Francius* Ut flectat *Burmannus* semesupina *V* 9 dulces *V, corr. m. sec.* 10 lecto *V* telo *Ruhnkenius* 11 pudeant q̄cq *V* ips≡o *V* 12 Exultat *V* 14 senera *V* sonora *m. sec.* seuera *in mg. m. rec.*

430. Liber IIII *V; 'sc. Senecae carminum': Rossbachius et Baehrens; 'sc. anthologiae Salmasiani' Peiper* De puero amato *Scaliger, om. V* 1 bachoc (c *erasa*) *V. cf. Ouidius metam. III* 421 4 deae *V*, dei *Ziehen.* Virgo deus *est Bacchus uel Apollo ephebus: sic* puer uirgo *Marcellus Empir. p.* 262 *Steph.* 5 Ffelix *V, sed corr. m. pr.* quantūū *V* (n *erasa*) 6 libida *V*

431

B. III 193. M. 966. B. IV 73.

Excusatio insanioris materiae

Esse tibi videor demens, quod carmina nolim
Scribere patricio digna supercilio?
Quod Telamoniaden non aequo iudice victum
Praetream et pugnas, Penthesilea, tuas?
Quod non aut magni scribam primordia mundi
Aut Pelopis currus aut Diomedis equos?
Aut [ut] Achilleis infelix Troia lacertis
Quassata Hectoreo vulnere conciderit?
Vos mare temptetis, vos detis lintea ventis:
Me vehat in tuto parva carina lacu.

432

B. II 53. M. 748. B. IV 74.

De sepulcro Catonis

Ne mirere sacri deformia busta Catonis:
Visuntur magni parva sepulcra Iovis.

433

B. III 60. M. 906. B. IV 74.

De bono vitae humilioris

Est mihi rus parvum, fenus sine crimine parvum;
Sed facit haec nobis utraque magna quies.
Pacem animus nulla trepidus formidine servat
Nec timet ignavae crimina desidiae.
Castra alios operosa vocent sellaeque curules
Et quicquid vana gaudia mente movet.

431. Excussato sihoris materie *V* insanioris *scripsi* (*cf. ad* 484, 1) seuerioris *Scaliger* uilioris *Baehrens* 1 crimina *V, corr. Scriuerius* 2 patrito *Baehrens* 3 equo *V* 4 pentesilea *V* 6 equuos *V* 7 ut *add. Scaliger* 8 funere *Wakefieldius* conderit *V, corr. m. sec.* 10 tutos *V* cirina *V* lacus *V* tuto . . lacu *Francius*

432. sepulchro *V* 1 miserere *V* 2 sepulchra *V*

433. humiliori *V* 1 *post* crimine *add. m. sec.* paruum *V* 2 nouis *V* 3 trepidos *V* trepidans *Burm.* seruãt *V* 4 timeat ignauiae *V* dissidiae *V* des. *ex corr.* 5 Rostra *Hauptius dubitanter* silleq. rurales *V, corr. Scaliger* 6 grandia *et* mouent *V, corr. Scaliger*

Pars ego sim plebis, nullo conspectus honore,
Dum vivam, dominus temporis ipse mei.

B. III 194.
M. 967.
B. IV 74.

434

Excusat quod amoribus serviat

Insanus vobis videor. nec deprecor ipse,
Quominus hoc videar. cur tamen hoc videor?
Dicite nunc: 'quod semper amas, quod semper amasti'.
Hic furor, hic, superi, sit mihi perpetuus!

B. III 195.
M. 968.
B. IV 75.

435

[De ea quae amat]

Quaedam me (si credis) amat. sed dissilit, ardet
Non sic, non leviter, sed perit et moritur.
Dum faciet gratis quaedam, simul atque rogaro,
Ostendam, quam non semper amatus amem.

B. III 223.
M. 994.
B. IV 75.

436

De cretata facie

Cum cretam sumit, faciem Sertoria sumit.
Perdidit [ut] cretam, perdidit et faciem.

7. 8 *post inscr. sequentem V*

434. *num* Excusatio? ãmorib; *V* 1 Insanis, *corr. m. pr., V* nouis *V* 2 Quo mihus *V* uidear *Francius* uideo *V* 3 qđ *et* quođ *V*] cur *uel* quid *bis Burmannus* 4 hec superi *V* ppetuum *V* perpetuus *uulgo* (*possis et* perpetuo)

435. *inscr. om. V* De ea quam amat *Scaliger*, quae *ego* 2 sic] cito *Burm.* 3 figiet *V* fugiet *m. sec.* faciet *ego* rogauit *V* rogabit *Scaliger* rogaro *uel* rogaui *ego*

436. creta *V* 1 Dum *Binetus* 2 ut *add. Heinsius*

Digitized by Google

437

B. II 16. M. 703. B. IV 75.

Morte omnes aequari

Quisquis adhuc nondum fortunae mobile regnum
Nec sortem varias credis habere vices,
Aspice Alexandri positum venerabile corpus.
Abscondit tantum putris harena virum! *fol. 95 u.*

438

B. II 25. M. 731. B. IV 76.

[Item]

Iunxit magnorum casus fortuna virorum:
Hic parvo, nullo conditus ille loco est.
Ite, novas toto terras conquirite mundo:
Nempe manet 'magnos' parvula terra duces.

439

B. III 227. M. 995. B. IV 76.

De puero amato

Quid saevis, Cypare? domiti modo terga iuvenci
Quid premis et tenerum currere cogis equum?
Dum stupet ac novus est et adhuc non novit amorem,
Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

440

B. III 65. M. 913. B. IV 76.

De bono quietae vitae

Ante rates Siculo discurrent aequore siccae
Et deerit Libycis putris harena vadis,

437. De morte omnes aequari *V*. 437 *et* 438 *sunt in Vindobonensi* 2521 *s. XII fol.* 40, *F(uerstenfeldensi s. XIII/XIV)*, *E(rlangensi* 840 *s. XI)*. *Inscr. om. E, Vind.* 1 fortunam *Francius* mouile *V, corr. m. sec.* 3 uenerabile *L. Muellerus* memorabile *libri* miserabile! *Burm.*

438. *inscr. om. libri* 1 Iu^{n}xit *V* uirorum *VF* duorum *Vind. E* 2 ille] illo *V* 3 nouos *V* terras *VF* uires *Vind. E* 4 Nemphe *V, corr. m. sec.* testa *Baehrens*

439. 1 cypare *V* Sybari *Scaliger* 3 Dum tumet *Lachmannus ad Propert. p.* 58

440. 1 syculo *F* (*Fuerstenfeldensis Monac.* 6911, *cf. ad* 437) decurrent *Baehrens* sicce *F*] pisces *V*. 2 turpis *VF, corr. Scaliger* arena *F*

Ante nives calidos demittent fontibus amnes
Et Rhodanus nullas in mare ducet aquas,
Ante mari gemino semper pulsata Corinthos
Confundet fluctus pervia facta duos,
Ante feri cervis submittent colla leones
Saevaque dediscet proelia torvus aper,
Medus pila geret, pharetras Romana iuventus,
Fulgebit rutilis India nigra comis,
Quam mihi displiceat vitae fortuna quietae
Aut credat dubiis se mea puppis aquis.

B. III 155.
M. 139.
B. IV 77.

441

De fratris filio parvulo

Sic mihi sit frater maiorque minorque superstes
Et de me doleant nil nisi morte mea;
Sic illos vincam, sic vincar rursus amando,
Mutuus inter nos sic bene certet amor;
Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,
Facundo patruos provocet ore duos
. . . . . .
. . . . . .

cf. B. II 12.
M. 186.
B. IV 77.

442

De monte Atho

Xerses magnus adest. totus comitatur euntem
Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?

3 demittent *Scaliger* dimittent *VF* oñs *V* 4 rodanus *VF* nullus *V* ducit *V* 5 geminos *V* corintos *F* 7 summittent *V* 9 gerit *VF* 10 rutulis *V* indya *F* crocis *VF; corr. Scaliger* 11 Dispiceat *V* 12 An credit dubiis (*ex* dubius) *V* s. m.] seu nea *F*

441. *Senecae tribuit Pithoeus* 2 doleat *V* 5 *Marcum Annaeum Lucanum Gloecknerus mus. rh.* 34, 140 *putat* 6 Fecundo *V, corr. m. sec. Finem deesse uidit Lipsius*

442. *cf. supra c.* 239 1 Terres *V* Perses *Scaliger*

Digitized by Google

Mundus iussa facit: solem texere sagittae,
Calcatur pontus, fluctuat altus Athos.

443

B. III 70. M. 911. B. IV 77.

De divitiis et inhonesto animo

Quod tua mille domus solidas habet alta columnas,
Quod tua marmoreo ianua poste nitet,
Aurea quod summo splendent laquearia tecto,
Imum crusta tegit quod pretiosa locum,
Atria quod circa dives †tegit omnia cultus:
Hoc animos tollit nempe, beate, tuos?
Aedibus in totis gemmae licet omnia claudant,
Turpe est, nil domino turpius esse suo.

444

B. III 93. M. 250. B. IV 78.

De eodem

Non est (falleris) haec beata, non est,
Quam vos creditis esse, vita; non est,
Fulgentes manibus videre gemmas
Aut testudineo iacere lecto
Aut pluma latus abdidisse molli
Aut auro bibere et cubare cocco,
Regales dapibus gravare mensas
Et, quidquid Libyco secatur arvo,
Non una positum tenere cella:

4 luctuat *V*

443. diuitiis *Burm.* uitiis *V* 1 tu *V* domos *V* 2 marmorea *V* 3 laquearea *V, corr. m. sec.* 4 locum *V* solum *Heinsius* 5 citro diues tenet *Heinsius* 6 nemphe, *corr. m. sec., V* u^{e}tate *V* 7 claudant *V* condant *Burm.* clarent *Wakefield* laudent *Peiper*

444. *Pentadio tribuit Pithoeus* 1 beata] ueat *V* 2 Quam *Heinsius* Quas *uel* Quos *V* Quod *Scaliger* non est *sc. uita beata* 4 lecto toro *V* 5 Ac *Baehrens* 8 quidqui^{d}: d *add. m. sec. V* lybico setatur auro *V*

Sed nullos trepidum timere casus
Nec vano populi favore tangi
Et stricto nihil aestuare ferro:
Hoc quisquis poterit, licebit ille
Fortunam moveat loco superbus.

B. II 249.
M. 136.
B. IV 78.

445

De amico mortuo

Ablatus mihi Crispus est, amici,
Pro quo si pretium dari liceret,
Nostros dividerem libenter annos.
Nunc pars optima me mei reliquit, *fol. 97 r.*
Crispus, praesidium meum, voluptas,
Pectus, deliciae: nihil sine illo
Laetum mens mea iam putabit esse.
Consumptus male debilisque vivam:
Plus quam dimidium mei recessit.

B. III 204.
M. 976.
B. IV 79.

446

De divite formosa generosa inpudica

Formosa es, fateor, dives generosa venusta:
Confitear, si vis, omnia. redde vicem.
Nempe parum casta es, nempe es deprensa. negabis:
Res venit ad lites. 'rursus et illa nego.'
Dic potius: 'sed nempe semel, sed nempe puella;
Et cum deprensa quis nisi frater erat?'

u. 10. 11 *V, transp. Scaliger* 10 uanos *V* magni *V* tangi *Scaliger* 12 haestuare *V* 13 ille *V* illi *m. sec.*

445. *Inter Senecae carmina habet Scriuerius* 1 amici] amihi *V* amicus *Baehrens* 4 par *V* 6 Portus *Baehrens* Pectus *est quod* animae dimidium *Horatio c. I* 3, 8 deliciae nil *V* 7 putauit *V* 8 Consũptus iam male *V* 9 Postquam *Pithoeus* dimedium *V, corr. m. sec.*

446. diuite] uite *V* 1 uetusta *V, num recte? cf. Iuuenalis* 6, 161: 'sit formosa, decens, diues, fecunda, uetustos porticibus disponat auos' 3. 5 nemphe *quater, corr. m. sec., V* 3. 6 deṗhensa *V* 4 nega *Scaliger*

Digitized by Google

Frater erat? 'nihil est, fecit quia Iuppiter illud.'
Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis!

447

B. III 1.
M. 876.
B. IV 79.

De Graeciae ruina

Graecia bellorum longa succisa ruina
Concidit, inmodice viribus usa suis.
Fama manet, fortuna perit: cinis ipse iacentis
Visitur, et tumulo est nunc quoque sacra suo.
Exigua ingentis retinet vestigia famae
Et magnum infelix nil nisi nomen habet.

448

B. III 191.
M. 964.
B. IV 80.

. . . .

Sic tua sit, quamcunque tuam vis esse puellam,
Sic quamcunque voles mutuus ignis edat,
Sic numquam dulci careant tua pectora flamma
Et sic laesuro semper amore vacent.

449

B. III 84.
M. 933.
B. IV 80.

De vino et laetitia

Vince mero curas et, quidquid forte remordet,
Comprime deque animo nubila pelle tuo.
Nox curam, si prendit, alit: male creditur illi
Cura, nisi a multo marcida facta mero.

7 quod *Scaliger* 7. 8 ioppiter, *corr. m. sec., V* 8 quod] qui *V*

447. De Troi(a)e ruina *V, F(uerstenfeldensis s. XIII/XIV).* Epitafium magni Alexandri *Vind.* Epit. Al. magni *E; cf. adn. ad c.* 437 1 magna *E* succissa *V* succisa *E Vind.* excisa longa est *F* succussa *edd.* runa *V* 3 ipse *sic* (*non* ipsa) *V rell.* iacenos *V* 5 famae *libri* formae *Oudendorp.* 6 nisi *ex* sibi *F* nm̄ *ex* nn̄ *V*

448. De uino et laetitia *V* 1 quācūq; *V, sed* 2 quacūq; *V*

449. *inscr. hic om. V* 1 forte *V* corda *Heinsius*

B. III 196.
M. 969.
B. IV 80.

450

De silentio amoris

Iuratum tibi me cogis promittere, Galla,
Ne narrem. Iura rursus et ipsa mihi,
Ne cui tu dicas — nimium est lex dura; remittam: —
Praeterquam si vis dicere, Galla, viro!

B. III 197.
M. 177.
B. IV 80.

451

De initio et fine amoris

Nescio quo stimulante malo pia foedera rupi.
Non capiunt vires crimina tanta meae.
Institit et stimulis ardentibus inpulit actum
Sive fuit fatum, seu fuit ille deus.
Arguimus quid vana deos? vis, Delia, verum?
Qui tibi me dederat, idem et ademit: amor.

B. III 202.
M. 974.
B. IV 81.

452

De tinnitu auris

'Garrula, quod totis resonant mihi noctibus aures,
Nescio quem dicis nunc meminisse mei?'
'Hic quis sit, quaeris? resonant tibi noctibus aures,
Et resonant totis: Delia te loquitur.'
'Non dubie loquitur me Delia: mollior aura
Venit et exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter secreta silentia noctis
Summissa ac tenui rumpere voce solet,
Non aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare.

450. 1 Iratum *V* 3 Nec ui *V* 4 gallo *V*

451. 1 molo, *corr. m. sec.*, *V* 3 timulis, *corr. m. sec.*, *V* actu *V* 6 derat *V*

452. 1 qđ *V* quid *Scaliger, edd.* quod *restitui* resonas *V*, *correxi. Dialogum constitui* 2 num *et* 3 Hem *Lachmannus ad Propert. p.* 54 5 Nunc *V*, *corr. Scaliger* Nunc dubitem? *Burm.* 6 murmore *V m. sec., recte m. pr.* *u.* 9—14 *carmini* 453 *postpositi in V; corr. Patissonius* 10 *num* candida? daret *Burm.*

Digitized by Google

Agnovi: verae venit mihi vocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure sonus.
Ne cessate, precor, longos gestare susurros!
Dum loquor haec, iam vos opticuisse queror.

453

B. III 198. M. 970. B. IV 81.

De zelotypa

Sic me custodi, Cosconia: neve ligata
Vincula sint nimium neve soluta nimis.
Effugiam laxata nimis, nimis aspera rumpam,
Sed neutrum faciam, commoda si fueris. *(fol. 97 u. vacuum est)*

454

B. II 32. M. 738. B. IV 82.

fol. 98 r. **De tumulis Magnorum**

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Ilibero,
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mundi plaga. dis [ita] visum est:
Partem quisque suam nunc quoque victus habet.

455

B. II 33. M. 739. B. IV 82.

[Item]

Patria, diverso terrarum litore Magnos
Spectas compositos heu sine nominibus,
Europa[que] Asiaque simul Libyaque sepultos.
Victores victa sic potiuntur humo!

11 uere *V* uoces *V, corr. m. sec.* 13 garrire *Lachm.* 14 queror *Tollius:* se//ras *V* securas *m. sec.*

453. De zelotipa *V* 1 ne uigilata *V* 3 rumpam] pūpā *V*, pōpā *m. sec.* 4 fuerint *Burm.*

454. 3 ita *add. Scaliger* 4 uictor *Meyerus*

455. *inscr. om. V* 1 diuersos *V* 3 que *add. Scaliger* libiaq. *V*

B. II 31.
M. 740.
B. IV 82.

456

Item

Diversis iuvenes Asia atque Europa sepulcris
Distinet; infida, Magne, iaces Libya.
Distribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,
Ne sine Pompeio terra sit ulla suo.

B. IV 1.
M. 1144.
B. IV 82.

457

[De Cascis fratribus]

Occidere simul Cascae, simul occubuere,
Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fovere, locus quoque vulneris idem;
Partibus afflictis victus uterque iacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati,
Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
Vna si fierent parte minus gemini!

B. III 199.
M. 971.
B. IV 83.

458

Interdum et neglectam formam placere

Semper munditias, semper, Basilissa, decores,
Semper dispositas arte decente comas
Et comptos semper vultus unguentaque semper,
Omnia sollicita culta videre manu,
Non amo; neglectam, mihi se quae comit amica,
Se det: inornata simplicitae valet.

456. Idem *V* 1 Diuersi *V* sepulcris *V* 2 iacens libia *V* 3 Istribuit *V* 4 tuo *V*

457. *inscr. om. V* 2 Dextera *V* 4 affructis *et* latet *V, corr. Scaliger* 5 discordia *V teste Muellero* concordia *teste Holdero et rell.* 6 utq. tergit *V*

458. formi luci *V* formam placere (decere?) *scripsi* ualere *Baehrens* 1 munditia *V* 2 compositas *Scaliger* 3 uultus *Burm.* cultus *V* 4 culta *Baehrens* cōta *V* 5 neglectim *Scaliger* iungit *Baehrens* 6 inornata *Tollius* ornate *V* et ornatus *Colomesius* naturae *Baehrens*

Digitized by Google

Vincula nec curet capitis discussa soluti
Nec decoret faciem: mel habet illa suum.
Fingere se semper non est confidere amori.
Quid, quod saepe decor, cum prohibetur, adest?

459

B. III 200. M. 972. B. IV 83.

[Ad eandem]

Ante dies multos nisi te, Basilissa, rogavi
Et nisi praemonui, te dare posse negas.
Vt subito crevere, solent ex tempore iunctae
Quam scriptae melius cedere deliciae.

460

B. III 201. M. 973. B. IV 83.

[Item]

Cur differs, mea lux, rogata, semper?
Cur longam petis advocationem?
Primum hoc artificis scelus puellae est,
Deinde est difficile et laboriosum
In ten*tigine* tam diu morari.
Nil est praeterea, puell*a*, *nil* est
Deprensa mel*ius* *fututione*.

461

B. II 13. M. 188. B. IV 84.

De Atho monte

Hic, quem cernis, Athos inmissis pervius undis
Flexibus obliquis circumeundus erat.

7 curet *Heinsius* cures *V* 8 Nec decoret *scripsi* Et coram *V* Nec cura *uel* Nec cera *Scaliger* 'At decorant'. facies *Iacobs* suam *V* 9 amor *V* formae *Baehrens*

459. *inscr. om. V* 3 multe *V* iunctae *Baehrens* natae *Tollius*

460. *inscr. om. V* 1 defers *V* 3 sceleris puella ẽ *V* 5 *sqq. quae obliquis litteris distinxi, in V erasa sunt teste Holdero* 5 *suppleuit Scaliger* 6 puella *legit Holder* nichil *uel* nihil *V teste L. Muellero ann. phil.* 1865 *p.* 828 7 *suppleuit L. Muellerus*

461. Item de *sqq. V* 1 psius *V* peruius *uulgo*

Digitized by Google

Accepit magno deductum Nerea fluctu
Perque latus misit maxima bella suum.
Sub tanto subitae sonuerunt pondere classes,
Caeruleus cana sub nive pontus erat. —
Idem commisit longo duo litora ponte
Xerses, et fecit per mare miles iter. —
Quale fuit regnum, mundo nova ponere iura!
'Hoc terrae fiat, hac mare' dixit 'eat'.

B. II 131.
M. 820.
B. IV 84.

462

De malo belli civilis

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem
Et coniuncta suis Parthica signa gerens,
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo.
Hinc Capitolino sistra minata Iovi,
Hinc invicta deo fidebat Caesare Roma,
Quae tunc paene suo pondere lapsa ruit.
Deserta est tellus, classis contexerat aequor,
Omnia permixti plena furoris erant. *fol. 98 u.*
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
Impia sors belli fataque saeva iubent.
Hic generum, socerum ille petit, minimeque cruentus
Qui fuit, [is] sparsus sanguine civis erat.

Maevius, a castris miles melioribus, ausus
Hostilem saltu praecipitare ratem,

3 fluctu uultu *V* 4 missit, *sed corr., V* bella *V* uela *Schrader* 6 canas *V* 7 cōmissit, *sed corr., V* 8 Zerses *(sic) V* et effecit *V, corr. Scaliger* milis *V* 10 terra *V* terrae *Scaliger* Hic terrae fiant *Toupius* ac *V* dixit: erant *I. F. Gronouius*

462. *cf. Augustinus de ciu. dei II* 25 1 Eoum] o *m. sec. in rasura V* 2 suisuis *V* ferens *Heinsius* 4 Et *L. Muellerus* Hic capitolino (ca *ex corr. m. 2*) *V* 6 ruit *Heinsius* fuit *V* 11 ille *Scaliger*] q. *V*, ue *Oudendorp.* 12 is *add. L. Muellerus* hic *Baehrens* adspersus *Heinsius* erit *V* 13 Meuius *V* e castris *Klotzius* 14 saltus *V*

In damnum felix et victor ut impius esset,
  Nescius occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuvias hostiliaque arma revellit,
  Fraternos vultus oraque maesta videt.
Quod fuerat virtus, factum est scelus. haeret in hoste
  Miles et e manibus mittere tela timet.
Inde ferox: 'quid lenta manus? nunc denique cessem?
  Iustius hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere caedem;
  Mors tua sola potest; morte luenda tua est.
Scilicet ad patrios referes spolia ampla penates?
  Ad patrem victor non potes ire tuum,
Sed potes ad fratrem. nunc fortiter utere telo!
  Impius hoc telo es, hoc potes esse pius.
Vivere si poteris, potuisti occidere fratrem!
  Nescisti: sed scis: haec mora culpa tua est.
Viximus adversis, iaceamus partibus isdem.'
  Dixit, et in dubio est, utrius ense cadat.
'Ense meo moriar, maculato morte nefanda?
  Cui moreris, ferrum quo moriare dabit.'
Dixit et in fratrem fraterno concidit ense.
  Victorem et victum condidit una manus.

463

B. II 132. M. 821. B. IV 86.

[Item]

Sicine componis populos, Fortuna, furentis
  Vt vinci levius, vincere sit gravius?

15 et inp. esse *Meyerus* 17 exunus *V* 18 nota *Francius* 19 in aste *V* (arte *m. pr.?*) 20 e *Scal.* a *V* 21 Inde *ego et L. Muellerus* Ille *V* cessas *Lipsius* cesses *Burm.* 24 luenda *Burm.* leuanda *V* 25 referes *L. Muellerus* referens *V* penates *Scaliger:* rependens (re *et altera* n *supra lin. m. 1*, d *ex corr.*) *V* 27 c̃ n̄ *V* telo *V*, teli *m. sec.* 29 si *V* sic *Scaliger* 31 idem *V* 33 me *V* iaculatus *V* maculato *Scaliger* sorte *L. Muellerus* 34 Cui memoreris *V* 36 uictam *V* conficit *Burm.*

463. *inscr. om. V* 1 Scine *V* fuẹ̈rentis *V*

Digitized by

Occisum credens gaudebat Maevius hostem:
Infelix fratris vulnere laetus erat.
Nec licuit non nosse: ferox dum membra cruenti
Nudat, in exuvias incidit ipse suas.
Et scelus et fratrem pariter cognovit et amens
'Hoc age', ait, 'maius nunc tibi restat opus.
Vincere victorem debes, defendere fratrem.
Cessas? ad facinus quam modo fortis eras!
Terram, iura, deos, bellum iam polluis ipsum:
Quod civile fuit, sic quoque culpa gravis.
His manibus patriae tu iam pia signa sequeris
Miles, in Antoni dignior ire rates?
Eripuit virtus pietatem, reddere virtus
Debet: qua rapuit, hac reparanda via est.
Quid moror absolvi?' Dixit, gladioque cruento
Incubuit, iungens fratris ad ora sua.
Sic, Fortuna, regas semper civilia bella,
Vt victor victo non superesse velit!

B. III 122. M. 148. Petron. ed Buech. fg 35. B. IV 88.

464

Item

Inveniat, quod quisque velit. non omnibus unum est,
Quod placet. hic spinas colligit, ille rosas.

4 funere *Baehrens, recte?* 5 ferox (*sic interpungens*) *Sedlmayer* senex *V* scelus *uel* nefas *Heinsius* cruenta *Scaliger* 8 aut *V* 10 at, facinus! *L. Mueller* 11 polluit *V, corr. L. Mueller* 12 sit *Scaliger* 13 iam *uulgo*] tã *V* sequeris *Baehrens* requiris *V* 14 antonii *V* ratos *V* rate *Baehrens* 15 pietatẽ *bis in V; alterum deleuit m. sec.* 16 hac] hec *V* 18 suo *V* sua *Scaliger* 20 ñ *V*] ne *Heinsius*

464—479. *Petronio tribuit Scaliger in Catalectis, nisi quod* 471, 474, 477, 478 *in schedis manu scriptis tantum; cf. ad* 466 *et* 476. — Item *singulis inscr. V. Ex maiore aliquo opere excerpta esse manifestum est*

464. Item *sic V* 1 Inueniet *V* uelet, *sed corr. V* 2 collegit, *sed corr. V*

465

B. M. — Buech. 38. B. IV 88.

Item

Iam nunc ardentes autumnus fregerat umbras
Atque hiemem tepidis spectabat Phoebus habenis,
Iam platanus iactare comas, iam coeperat uvas
Adnumerare suas defecto palmite vitis.
Ante oculos stabat, quidquid promiserat annus.

466

PETRONII

B. III 119. M. 145. Buech. 27. B. IV 88.

Item

Primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
Fulmina cum caderent discussaque moenia flammis
Atque ictus flagraret Athos: mox Phoebus ad ortus
Lustrata devectus humo, Lunaeque resectus
Et reparatus honos; hinc signa effusa per orbem,
Et permutatis disiunctus mensibus annus.
Profecit vitium, iamque error iussit inanis
Agricolas primos Cereri dare messis honores,
Palmitibus plenis Bacchum vincire, Palemque *fol. 99 r.*

465. 1 argentes *V* regerat *V* fregerat *uulgo* algentes — fecerat *Baehrens!* 2 expectabat *V* auenis *V* 3 platenus *V, corr. m. sec.* ceperat *V* 4 desecto *Scaliger*

466. Petronii *add. Scaliger: cf. adnotat. ante* 464 *et ad u.* 1 1 *Statius Theb. III* 661 'Primus in orbe deos fecit timor'. *Eadem uerba Fulgentius mythol. I* 1 *p.* 31 'et Petronius ait' *eumque secutus Lactantius scholiasta Statii l. c. cum dicit* 'et Petronius Arbiter . . Primus — timor' Petronio *tribuunt: cuius scilicet hemistichium notum Statius usurpauit. Aliter Buechelerus* horrida *Wakefieldius* 2 Maenala *Peerlkampus* flāmas *V, corr. m. pr.* 3 ad undas *Iacobsius* 4 deiectus *V, corr. Heinsius* humo (o *m. 2*) *V* senectus *V, correxi* 5 reparatos *V* 6 permutatus *Buecheler* disiunctis *V* -ctus *uulgo* distinctus *puto* 7 Proiecit *V* hoc *uulgo add.* Proiectum uitium hinc *Scaliger* iamque *Buechelerus* atque *V* tunc *olim scripsi* 8 mensis *V, corr. Pithoeus* 9 bachum uincere *V* palenque *V*

Pastorum gaudere manu: natat obrutus undis
Neptuni demersus aqua, Pallasque tabernas
Vindicat. et voti reus, et qui vendidit orbem,
Iam sibi quisque deos avido certamine fingit.

B. III 120.
M. 146.
Buech. 33.
B. IV 89.

467

Item

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum
Nec noto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

B. III 121.
M. 147.
Buech. 34.
B. IV 90.

468

[Item]

'Vxor legitimus debet quasi census amari'.
Nec censum vellem semper amare meum.

B. III 124.
M. 150.
Buech. 37.
B. IV 90.

469

Item

Linque tuas sedes alienaque litora quaere,
[O] iuvenis: maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis: te noverit ultimus Hister,
Te Boreas gelidus securaque regna Canopi,

10 nutat obruptus oĩs *V* undis *Baehrens* 11 pallidasq. tabnas *V* 12 uoti] furti *Baehrens, recte?* orbum *Barthius* urbem *Pithoeus* 13 quisque *Scaliger* quis *V*

467. 2 toto *V, corr. Palmerius* sollicitare *Iacobs* 4 ciuis *V* 5 austu, *corr. m. pr., V* 6 pmultatis ora *V* pernoctatis *Barthius* umbra *Baehrens* aequis *V*

468. Item *om. V* 1 legis inus *V* legitimus *uulgo*

469. lt̃ *V* 2 O *add. Scaliger* 4 securaquae *V* fecundaque *Reiskius* capi *V m. pr.* 5 iacentẽ *V, corr. Dousa fil.*

Quique renascentem Phoebum cernuntque cadentem:
Maior in externas Ithacus descendat harenas.

470

B. III 123.
M. 149.
Buech. 86.
B. IV 90.

Item

Nam nihil est, quod non mortalibus afferat usum.
Rebus in adversis, quae iacuere, iuvant.
Sic rate demersa fulvum deponderat aurum:
Remorum levitas naufraga membra vehit.
Cum sonuere tubae, iugulo stat divite ferrum;
Barbara contemptu praelia pannus habet.

471

B. III 61.
M. 142.
Buech. 50.
B. IV 91.

Item

Parvula securo tegitur mihi culmine sedes
Vvaque plena mero fecunda pendet ab ulmo.
Dant rami cerasos, dant mala rubentia silvae
Palladiumque nemus pingui se vertice frangit.
Iam qua diductos potat levis area fontes,
Corycium mihi surgit olus malvaeque supinae
Et non sollicitos missura papavera somnos.
Praeterea sive alitibus contexere fraudem
Seu magis inbelles libuit circumdare cervos
Aut tereti lino pavidum subducere piscem,
Hos tantum novere dolos mea sordida rura.
I nunc et vitae fugientis tempora vende

6 itacui *V, corr. Palmerius* ita qui descendit *Francius*

470. Iť *V* 2 nocuere *Tollius* 3 deprensa *Iacobs* uulfom (-am *m. 2*) *V* aurē *V* 5 diuites, s *eras., V* 6 contempnit *V* contemtu *Dousa.* Raraque contemptus *Reiskius*

471. 2 facunda *V* *u.* 3. 2 *Buecheler* 4 pinguis euertice *V* 5 portat *V* 6 Coricium *V* spinę *V, corr. m. pr.* 8 Siue al. c̃texere p̃terea *V, transposuit Oudendorp.* Si uero *et* opertam *Scaliger* 9 Heu *V* 11 candida *Buecheler* 12 fugiendis *V* uendae *V*

Digitized by Google

Divitibus cenis! me si manet exitus idem
Hic precor inveniat consumptaque tempora poscat.

B. III 133.
M. 181.
Buech. 32.
B. IV 91.

472

Item

Non satis est, quod nos mergit furiosa iuventus,
Transversosque rapit fama sepulta probris:
En etiam famuli cognata faece soluti
Inter transgressas luxuriantur opes!
Vilis servus habet regni bona, cellaque capti
Deridet Vestam Romuleamqae casam.
Idcirco virtus medio iacet obruta caeno,
Nequitiae classes candida vela ferunt.

B. — M. —
Buech. 39.
B. IV 92.

473

Item

Sic et membra solent auras includere ventris,
Quae penitus mersae cum rursus abire laborant,
Verberibus rimantur iter; nec desinit ante
Frigidus, adstrictis qui regnat in ossibus, horror,
Quam tepidus laxo manavit corpore sudor.

13 mę *V* qui m. e. olim *Baehrens* 14 praecor *V* inueniar *et* poscar *Pithoeus* ponam *Klotzius*

472. Item *add. m. sec. V* 1 mergis *V, corr. Buecheler* 2 Roma *Iacobsius* 3 An *V* ne *add. Scaliger* En *L. Muellerus* cognataq; fece *V* soluti *scripsi* (*h. e. ex plebe sua emersi*) sepulti *V; cf. c.* 236, 2 4 Intesta merassas *V, correxi* (tr. *sc. ad eos*) mersae *Clauerius* Inter conrasas *Baehrens* luxantur *V* 'luxuriantur opes' *Cornelius Seuerus ap. Diomed. p.* 378 *K.* 6 festã *V, corr. Barthius* 7 coeno *V* 8 gerunt *Baehrens*

473. lt̃ *V* 1 t auras *m. sec. in rasura V* uentis *V, correxi* uenis *uulgo* 2 russus *an* rursus *incertum V u.* 3. 4 *V, transposuit Pithoeus* 4 net *V* 3 Et frigidus strictis *V, corr. Reiskius*

474

B. III 62.
M. 143.
Buech. 51.
B. IV 92.

Item

O litus vita mihi dulcius! o mare felix,
Cui licet ad terras ire subinde meas!
O formosa dies! hoc quondam rure solebam
†Iliadas armatas sollicitare manus.
Hic fontis lacus est, illic sinus egerit algas,
Haec statio est tacitis fida Cupidinibus. —

Pervixi: neque enim fortuna malignior umquam
Eripiet nobis, quod prior hora dedit.

475

B. — M. —
Buech. 40.
B. IV 93.

Item

Haec ait et tremulo deduxit vertice canos
Consecuitque genas; oculis nec defuit imber,
Sed qualis rapitur per vallis improbus amnis, *fol. 99 u.*
Cum gelidae periere nives et languidus Auster
Non patitur glaciem resoluta vivere terra,
Gurgite sic pleno facies manavit et alto
Insonuit gemitu turbato murmure pectus.

474. 1 dulcior *V* mare! felix, *uulgo* 2 tuas *Baehrens* 3 quies *Heinsius* hac *V* 4 Iliadas *V* Iliadum *Pithoeus* Iliada (Naidas *Lindenbrogius*) armata s. manu *Christius* Phyllidis *uel* solebat Ilias *Scaliger Iliada poetae huius carmen conicio* hamatas *Heinsius* 5 Hic fons, hic *Heinsius* locus *V* 6 h̄ *V* Hic *uulgo* uicta *V*, *corr. Pithoeus* (*an* apta?) dicta *Heinsius* *Post* 6 *uulgo inseritur c.* 477 7 Peruici *Pithoeus* 8 priora *V* prior hora *Scaliger* pr. aura *Baehrens* 7—8 *alii carmini tribuit Buech., fort. recte*

475. 1 Haec & ait & *V* 2 geñ, *corr. m. sec.*, *V* debuit *V*, *corr. Scaliger* 3 annis *V* 4 hausť *V* 6 faciem *V* 7 gemitu et *Baehrens* turbatum *Scaliger* p& *V*

Digitized by Google

476

B. III 125.
M. 178.
Buech. 28.
B. IV 93.

[PETRONII]

Item

Nam citius flammas mortales ore tenebunt
Quam secreta tegant. quicquid dimittis in aula,
Effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est, vulgasse fidem. cumulatius exit
Proditionis opus famamque onerare laborat . . .
Sic commissa verens avidus reserare minister
Fodit humum regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonos calamique loquentes
Invenere Midam, qualem narraverat index.

B. ad III 62.
M. ad 143.
Buech. 51.
B. IV 93.

477

Item

Illic alternis depugnat pontus et aer,
  Hic rivo tenui pervia ridet humus.
Illic divisas conplorat navita puppis,
  Hic pastor miti perluit amne pecus.
Illic inmanes mors obvia solvit hiatus,
  Hic gaudet curva falce recisa Ceres.

476. Petronii *add. Scal. cf. adnot. ante* 464 *et ad u.* 6

1 ora tenebt̃ *V* 2 demittis in aurem *Francius. num* in auras? 3 rubitis *V* 4 simulatius *Scaliger* 5 famam(que *m. 2*) *V* onorare *V* *u.* 6—9 *Fulgentius myth. III* 9 *p.* 126 'Petronius Arbiter ait: sic c. u. . . . index' 6 uerens *et* reserare *Fulg.* ferens *et* seruare *V, corr. Burm. ex Fulg.* 8 C̃cepit *V, Fulg.* Excepit *Scaliger* 9 Inuenerem idē *V, recte Fulg.* Incinuere *Salmasius* Insonuere *Wernsdorfius* conceperat *Fulg.* conspexerat *Munckerus*

477. Id *V. Scaliger carmini* 474 *post u.* 6 *inseruit* 2 redet, *corr. in* redit *V* 3 Illi *V* diffissas *Handius, sed* diuisas (*V*) *est* deletas, euersas, *ut Hor. sat. I* 1, 99; *Silius II* 96 *al.* 4 mitis *V* omne *V* 5 oblita *V, corr. Heinsius* abdita *Wernsdorf* iatus *V* horrida saeuit hiatu *Oudendorp* 6 *num* candet *uel* ridet? recis sa *V*

Digitized by Google

Illic inter aquas urit sitis arida fauces,
[Hic] . . . . . .
[Illic] . . . . . .
Hic dantur caro basia multo viro.
Naviget et fluctus lasset mendicus Vlixes:
In terris vivit candida Penelope!

478
Item

B. III 63
M. 144.
Buech. 52.
B. IV 94.

Qui non vult properare mori nec cogere fata
Mollia praecipiti rumpere fila manu,
Hactenus iratum mare noverit. ecce refuso
Gurgite securos subluit unda pedes,
Ecce inter virides iactatur mytilus algas
Et rauco trahitur lubrica concha sono.
Ecce recurrentes qua versat fluctus harenas,
Discolor attrita calculus exit humo.
Haec quisquis calcare potest, in litore tuto
Ludat et hoc solum iudicet esse mare.

479
Item

B. III 224.
M. 182.
Buech. 31.
B. IV 95.

Non est forma satis, nec, quae vult bella videri,
Debet vulgari more placere sibi.
Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
Vincunt, naturae candidioris opus.

u. 8. 9 *excidisse puto* 10 dantur caro *scripsi* da periuro *V* dea fert iuncto *Baehrens* securo *Burm.* perluto *Iacobs* percaro *Wernsdorf* bassa *V* amica *Burm.* 12 uiuet *V, corr. Heinsius*

478. 1 Qui moluit (*corr. in* maluit *m. sec.*) pro pare *V, corr. Tollius* nolit *Oudendorp* pro parte *Scaliger* facta *V* 4 subluit *scripsi* alluit *Heinsius* obluit *V* obruit *Scaliger* 5 agas *V* 6 conca *V* sono *Klotzius* sinu *V* glauco *Pithoeus* 7 arenas *V* 9 toto *V* 10 luda *V* *post u.* 10 *L. Muellerus fort. recte c.* 477 *adnectit ann. phil.* 1867, 511

479. 2 placare *V* 3 Dicti *V* 4 Fingunt *Baehrens* languidioris *Burm.*

Condit enim formam, quicquid consumitur artis;
Et nisi velle subest, gratia nuda perit.

* * *

480

B. — M. —
B. IV 11.

De pedibus (liber IIII) *fol. 116 r.*

Pes est spondius, longa qui constat utraque.
Hunc contra pariambus erit gemina breve iunctus.
Longa brevisque pedem faciet postlata trochaeum.
At praelata brevis longae concludet iambum.
Dactylus ex longa veniet brevibusque duabus.
Idem anapaestus erit, brevibus si coeperit ante.
Cum brevis una duas distinguit syllaba longas,
Creticus est. . . . . .

5 cs̃umitur *V* 6 Et nisi cultus adest *L. Muellerus, recte?* nuda] tota *Scaliger*

Deinde sequuntur in V: excerpta ex Martiale IV 71 *—XIV (inter quae fol.* 100 *r. c.* 26 *anthol.), anthol. c.* 265, 266, 268, 303, 318, 263; *excerpta ex Martiale a lib. spectaculorum ad lib. IV* 62; *c.* 603—614; *anthologiae carmina* 33 *in A extantia: carmina XII sapientum (praeter c.* 603—614 *anthol.); deinde* 480. *cf. praef.*

480. De pedibus Lib̄. IIII · *V* (*cf. tit. c.* 430) 1 pondius *V* constṛat *V* 2 brede, *corr. m. sec., V* iunctis *V* 3 p̀lata *V* 4 iamboni *V* 5 Dactytos̊ *V* *post u.* 8 · AR · OS˜TREOM' · ELIAE | F*t* (*i. e.* feliciter) *V, deinde* Incipit prolog^{us} Alchimi ep̄i ad Apollinarem ep̄m *V. Sequitur Alcimus Auitus*

AENIGMATA
CODICIS BERNENSIS 611

481 B. M. B. —

1 De olla

Ego nata duos patres habere dinoscor.
Prior semper manet alterque morte finitur.
Tertia me mater dura mollescere cogit
Et tenera gyro formam assumo decoram.
Nullum dare victum frigenti corpore possum,
Calida sed cunctis salubres porrigo pastus.

2 De lucerna

Me mater novellam vetus de germine finxit.
Et in nullo patris formata sumo figuram.
Oculi non mihi lumen ostendere possunt,
Patulo sed flammas ore produco coruscas.

B = *Bernensis* 611 *s. VIII—IX, fol.* 73ʳ—80ᵛ. *L* = *Lipsiensis Rep. I* 74 *s. IX—X, fol.* 15ᵛ—24ʳ. *V* = *Vindobonensis* 67, *quem Mone edidit* (*anzeiger f. kunde d. deutschen vorzeit* 1839 *p.* 219 *sqq.*). *PT* = *Parisini* 5596 *et* 8071 *s. IX, qui pauca aenigmata eaque corrupta* (*P:* 1, 5, 6, 13, 25, 35, 50; *T:* 3, 6) *habent: quos raro attuli. Ex V orthographica interdum omisi. B Hagenus, L ego contulimus. Ab emendando fere abstinendum est in his uersibus ad uerborum accentus formatis*

481. Questiones enigmatũ rethoricae aprtis (*l.* artis) *L* 1—9 osten *om. B* 1 denuscor *P* 2 alter qui *L* mortem *P* 4 formata *L* ads. *L* 6 Calidos et *V* Caǝlida *L* porrego *P* pastos *L* 7—12 *post* 13—18 *L* 8 formã sumo *L* 9 dire possunt *B* 10 Patulas et *V*

Digitized by Google

Nolo me contingat imber nec flamina venti.
Sum amica lucis, domi delector in umbris.

3 De sale

Me pater ignitus, ut nascar, creat urendo
Et pia defectu me mater donat ubique.
Is qui dura solvit, hic me constringere cogit.
Nullus me solutum, ligatum cuncti requirunt.
Opem fero vivis opemque reddo defunctis.
Patria me sine mundi nec ulla valebit.

4 De scamno

Mollior horresco semper consistere locis.
Vngula nam mihi firma, si caute ponatur.
Nullum iter agens sessorem dorso requiro.
Plures libens fero, meo dum stabulo versor.
Nolo frena mihi, mansueto iuveni, pendas,
Calcibus et senum nolo ne verberer ullis.

5 De mensa

Pulchra mater ego natos dum collego multos,
Cunctis trado libens, quicquid in pectore gesto.
Nulli sicut mihi pro bonis mala redduntur.
Oscula nam mihi prius qui cara dederunt,
Vestibus exutam turpi me modo relinquunt.
Quos lactavi, nudam pede per angula versant.

11 Nullum me continget *B* flamine *V* 12 Dum *libri* Sum *scripsi* in umbras *BL* 13 Me mat̃ (ingenitū *m. pr. in ras.*) ut *L* 15 constringire *B* 16 solutam *BV* solatam *L*, *corr. m. 2* ligatam *L* r. c. ligatam *V* legatam *B* legatum *T* 17 uiris *V* 18 Sine m. p. *V* mundus *L* 19—24 *om. B* 20 nam *om. V* firma mihi *V* ponitur *L* 22 fero libens *L* 23 mihi frena *V* frenas mihi *L* 24 et semen *L* 25 colligo *LV* 26 Cuctis *B* libens trado *V* quicquid libens *BL*; *corr. Hagen* 29 *huc posuit Hagen* Nullae *B* reddunt *V* 27 Oscola *B* 28 turpiter *B* turpi *VL* 30 nuda me pede *L* nudam pede me *V* angulos *B*

Digitized by Google

6 De calice

Nullus ut mea lux sola penetrat umbram
Et natura vili miros postpono lapillos.
Ignem fero nascens: natus ab igne fatigor.
Nulla me putredo tangit nec funera turbant:
Pristina defunctus sospes in forma resurgo.
Et amica libens oscula porrigo cunctis.

7 De vesica

Teneo liquentem, sequor membrana celatum.
Verbero nam cursu, visu quem cernere vetor.
Inpletur domus invisis sed vacua rebus.
Permanet dum cibum nullum de pondere gessi.
Quae dum clausa fertur, velox ad nubila surgit,
Patefacta nullum potest tenere manentem.

8 De ovo

Nati mater ego: natus ab utero mecum.
Prior illo non sum, semper qui mihi coaevus.
Virgo nisi manens numquam concipere possum.
Sed intacta meam infra concipio prolem.
Post si mihi venter disruptus ictu patescit,
Moriens viventem sic possum fundere fetum.

9 De mola

Senior ab aevo, Eva sum senior ego.
Et senectam gravem nemo currendo revincit.

De uitro *Par.* 5596 31 Nullus *BVL* uti *V* mea *P*] meam *BV* me quã *L* sola *om. L*, sola lux *V* solam *B* 32 miror *B* 34 putrido *B* tangit *BV* tegit *L* 33 nascens fero *V* 35 defunctos *V* suspis *B* suspes *P* 36 oscola *B* porrego *B* 37—42 *om. B* 38 Verbere *V* 39 inuisis domus *L* 40 cibum *V*] uicem *L* de *V*] sub *L* 43 natus] animatus *V* 44 Prius *B* qui *L* coauus *V* 45 concipire *B* 46 intra *Hagen* 47 uenter mihi diruptus *V* patiscit *B* 48 p. s. *V* fundire *B* foetum *L* 49 Eua sum *B*] aeuasum *L* euasi *V* 50 senecta *V*

Milia prosterno, manu dum verbero nullum.
Vitam dabo cunctis, vitam si tulero multis.
Satura nam victum, ignem ieiuna produco
Et uno vagantes possum conprehendere loco.

10 De scala

Singula si vivens firmis constitero plantis,
Viam me roganti directam ire negabo.
Gemina sed soror meo se latere iungat:
Coeptum valet iter velox percurrere quisquis.
Subito mihi pedem nisi calcaverit ille,
Manibus, quae cupit, numquam contingere valet.

11 De nave

Mortua maiorem quam vivens porto laborem.
Dum iaceo, multos servo; si stetero, paucos.
Viscera si mihi foris detracta patescant,
Vitam fero cunctis victumque confero multis.
†Bestia defunctam avisque nulla me mordet,
Et onusta currens viam nec planta depingo.

12 De grano

Mortem ego pater libens adsumo pro natis
Et tormenta simul, cara ne pignora tristem.
Mortuum me cuncti gaudent habere parentes

52 *ante* 51 *Hagenus* 53 uictu *L, recte?* producor *V* 54 uacantes *BV* cauantes *L; corr. Hagen* *sic L;* conpraehendire *B* comprendere *V* locum *libri* 55—60 *om. B* 55 Singulis *L* si f. u. constituo *V* 56 rogants *L* Me r. u. ire n. d. *V* 57 se *scripsi* si *L* iungat si latere meo *V* 59 pedem mihi *L* illi *V* 60 corrigere ualebit *V* 11 De naui *L* 61 uiuens quam *BL* 62 iacior *V* 63 patiscant *B* 65 *sic L* (*nisi quod* de cunctis *et* mordit) Bestea defuncta quae nulla memordit *B* B. defunctam auis nec mordebit ulla *V* 66 uia currens *V* 67 M. pater ego l. p. n. assumo *V* 68 Et teror cara simul *V* nec p. tristant *L* tristent *BV, corr. Hagen* 69 g. c. h. parentem *V*

Digitized by Google

Et sepultum nullus parvo vel funere plangit.
Vili subterrena pusillus tumulor urna,
Sed maiore possum post mortem surgere forma.

13 De vite

Vno fixa loco longinquis porrigo victum.
Caput mihi ferrum secat et brachia truncat.
Lacrimis infecta plura per vincula nector,
Simili damnandos nece dum genero natos.
Sed defuncti solent ulcisci liberi matrem,
Sanguine dum fuso lapsis vestigia versant.

14 De oliva

Nullam ante tempus lustri genero prolem
Annisque peractis superbos genero natos,
Quos domare quisquis valet industria parvus,
Cum eos marinus iunctus percusserit imber.
Asperi nam lenes sic creant filii nepotes,
Tenebris ut lucem reddant, dolori salutem.

15 De palma

Pulchra semper comis locis consisto desertis.
Ceteris dum mihi cum lignis nulla figura,
Dulcia petenti de corde poma produco

70 sepultum *B*] simul tum *VL* uel paruo *V* 71 tumolor *B* tumor *L* timor *V* 72 Si maiori *VL* surgire *B* forma *B*, fructu *V*, *om. L* 73 porrego *B* 74 Caper *V* s. f. *V* 75 uincla *B* 76 Simeli damnanda *B* nec *L* genere *V* 78 lapis *L* uersant *ex* uersar *L* seruant *V* 79 Nulla a. t. inlustrem *L* inlustrem a. t. *V* 80 Amnisq; *L* Annis s. p. *V* 81 donare *B* quis *L* ualet quiuis *V* paruos *libri* 82 iunctis *B* i. p. iunctos *V* cunctos *Hagen* 83 *om. L* Asperrimam *B* lenis *V* filio (o *in ras.*) *B* 84 Tenebris — reddant *iteratum in L* doloris *libri* De h̃ *L* 86 celeris dum *B* n. m. c. l. *V* 87 patenti *L*

Nulloque de ramis cultore confero fructum.
Nemo qui me serit de meis fructibus edit.
Et amata cunctis flore sum socia iustis.

16 De cedria

Me mater ut spinis vivam enutrit iniquis,
Ut dulcem faciat, inter acumina servat.
†Teretinam formam rubentem confringo ceratam
Et incisa nullam dono de corpore guttam.
Mellea cum mihi sit sine sanguine caro,
Acetum eructant . . exta clausa saporem.

17 De cribro

Patulo sum semper ore nec labia iungo.
Incitor ad cursum frequenti uerbere tactus.
Escae mihi ullae manu si forte ponantur,
Has amitto currens minuto vulnere ruptas.
Meliora cunctis, mihi nam vilia servant
Vacuumque bonis inane cuncti relinquunt.

18 De scopa

Florigeras gero comas, dum maneo silvis,
Et honesto vivo modo, dum habito campis.
Sed acta vili solo depono capillos.
Turpius me nulla domi vernacula servit.

88 Nullumque *BL* De r. et nullum *V* cultori *VL* 89 meis de f. aedit *L* 90 *om. B* 91—96 *om. B* De citria *legendum est* 91 uiu. sp. nutrit *L* 92 F. ut d. *L* 93 ceratã c. rubentẽ *L* 96 Acidum *puto* eructant (n *eras.*) *L* extra *V* 97 Sum s. p. *V* 98 in *LV* cursu *L* ictus *L* 99 Extat *B* Exta *L* Extra *V* nulla *BL* m. manu nulla *V* 100 Quas *BL* Quos *V* ruptus *BLV* 101 Cunctis meliora *V* nam *i. e. sed, cf. v.* 112, 229, 314 *al.* seruans *BLV* (s. u. *V*) 102 Et b. u. *V* inanem *BLV* De scupa *B* 103 fero *L* Fero florigeras s. d. m. c. *V* 104 c. d. h. m. *V* 106. 105 *posui* 106 Et redacta *LV* uile *B* s. c. u. d. *V* turpius 105 Me *B* T. u. serum d. m. n. *V* seruis *L*

Cuncti per horrenda me terrae pulvere iactant.
Sed amoena domus sine me nulla videtur.

19 De pice

Dissimilem sibi me mater concipit infra,
Et nullo virili creata de semine fundor.
Dum nascor sponte, gladio divellor a ventre.
Caesa vivit mater: ego nam flammis aduror.
Nullum clara manens possum concedere quaestum;
Plurimum fero lucrum, nigro si corpore mutor.

20 De melle

Lucida de domo lapsus diffundor ubique;
Et quali dimissus modo, non invenit ullus.
Bisque idem natus, semel inde utero cretus,
Qualis in conceptu, talis in partu renascor.
Milia me quaerunt, ales sed invenit una
Cereamque mihi domum depingit ab ore.

21 De apibus

Masculus qui non sum, sed neque femina, coniux
Filios ignoto patre parturio multos.
Vberibus prolem nullis enutrio tantam.
Quos ab ore cretos nullo de ventre sumsi.

107 *sic* LV terra B puluire B 108 S. d. a. u. s. m. n. V 109 concepit BL intra *Hagen* 110 u. n. V uirile B creta LV 111 gladio B] uale L ualde V 112 n. e. V adustor L 113 Null$_{\varrho}$ B p. m. V concedire B concere L 114 Plurem LV f. l. L lugrum B muto si c. nigrum V nigrum L muto L 115 lapsu V 116 Set *Hagenus* 117 Bisq; (idem *add.* V) natus inde (i. *om.* V) semel (*om.* B) in (*om.* B) u. cr. *libri* 118 concepto B concoeptu L parto B r. in p. V 119 Me q. m. V talis *Hagen* alis BL alia V sed *om.* LV 120 Cireamq; B Aureamq; LV 121 Mascolus q; B qui] quoque L quae V 122 I. f. V patri LV 123 tantum BLV 124 cretus LV nullo (nullo= B nullos V) de uentre *libri* creatos *conicio* nulla de Venere *Hagen*

Digitized by Google

Nomen quibus unum natisque conpar imago,
Meos inter cibos dulci conplector amore.

22 De ove

Exigua mihi virtus, sed magna facultas.
Opes ego nulli quaero, sed confero cunctis,
Paupera quae multum ipsos nam munero reges.
Modicos operans cibos egena requiro
Et ieiuna saepe cogor exsolvere censum.
Nullus sine meo mortalis corpore constat.

23 De igne

Durus mihi pater, dura me generat mater:
Verbere nam multo huius de viscere fundor.
Modica prolatus feror a ventre figura,
Sed adulto mihi datur inmensa potestas.
Durum ego patrem duramque mollio matrem,
Et quae vitam cunctis, haec mihi funera praestat.

24 De membrana

Manibus me perquam reges et visu mirantur.
Lucrum viva manens toti nam confero mundo
Et defuncta mirum praesto de corpore quaestum,
Vestibus exuta multoque vinculo tensa.
Gladio sic mihi desecta viscera pendent,
Miliaque porto nullo sub pondere multa.

126 Me *L* ci≡bos *B* dulci] dulce *B*, diuitiarũ *LV* 128 nullius *V* 132 *post* 128 *posui* Paupera *BV* quem *B* que *V* Pauper atque *L* Pauper ego *Hagen* nam] tamen *Mone* 129 oberrans *LV* aegena *BL* 130 exsoluire *B* 131 uellere *Mone* De igni *L* 133 Durum *L* mihi est *V* germinat *L* 134 Verbera *B* uiscire *B* 135 P. m. *V* figuras *L* 138 c. u. *V* 144 *ante* 139 *posui* postquam *libri* (perquam *Hagen*) Me p. m. reges — murantur *V* uiso *B* 139 Lugrum *B* uita *LV* uitam *B* manes *L* toto *L* tota *V* 141 tensa *BV*] falsa *L* 142 si *Hagen* des. s. m. *V* 143 Portoque millia *V*

25 De litteris

Nascimur albentibus locis sed nigrae sorores.
Tres unito simul nos creant ictu parentes.
Multimoda nobis facies et nomina multa,
Meritumque dispar, vox et diversa sonandi.
Numquam sine nostra nos domo detinet ullus
Nec una responsum dat sine pari roganti.

26 De sinapi

Me si visu quaeras, multo sum parvolo †parvus,
Sed nemo maiorum mentis astutia vincit.
Cum feror sublimi parentis umero vectus,
Simplicem ignari me putant esse natura.
Verbere correptus saepe si giro fatigor,
Protinus occultum produco cordis saporem.

27 De papiro

Amnibus delector, molli sub cespite cretus,
Et producta levi natus columna virdesco.
Vestibus sub meis nequeo cernere solem,
Alieno tectus possum producere lumen,
Filius profundi, dum fio lucis amicus.
Sic qui vitam dedit mater et lumina tollit.

28 De serico

Arbor una mihi, quae vilem conferat escam,
Qua repleta parvus produco vellera magna,

146 uniti *V* nos *om. V* icto *B* 147 N. f. mult. *V* 148 Et meritum *V* s. d. *V* 149 nisi^{ne} *B* detenet *B* De sinapi *om. L* 151 parpus *V* 152 astucia *B* 153 sublimi *LV*, *om. B* humero *LV* 154 magnae reputant me e. naturae *V* 155 gyro (?) *V* 157 D. amn. *V* cispite *B* 158 leue *B* uirdisco *B* uiresco *LV* 159 nequeo *B* non queo *L* non quaero *V* cernire *B* 160 Alieno *libri* tectus *B* testis *LV* producire *B* 161 Filius *L* Filios *B* Profundi filius *V* fior *B* fio *L* figor *V* 162 Sic que *V* pater ipse *Hagen* limina *V* 163—168 *om. B* De syrico *L* 163 M. a. u. *V* uilem qui conferet *L* 164 paruis *V* u. m. pr. *L*

Exiguos conlapsa foetos pro munere fundo
Et ales effecta mortem adsumo libenter.
Nobili perfectus forma me Caesares ulnis
Efferunt et reges infra supraque mirantur.

29 De speculo

Vterum si mihi praelucens texerit umbra,
Proprios volenti devota porrigo vultus.
Talis ego mater vivos non genero natos,
Sed petenti vanas diffundo visu figuras.
Exiguos licet mentita profero fetus,
Sed de vero suas videnti dirigo formas.

30 De pisce

Nullo firma loco manens consistere possum
Et vagando vivens nullo conspicere quemquam.
Vita mihi mors est, mortem pro vita requiro
Et volanti domo semper amica delector.
Numquam ego lecto volo iacere tepenti,
Sed vitalem mihi torum sub frigore condo.

31 De nympha

Ore mihi nulla petenti pocula dantur,
Ebrius nec nullum reddo post inde fluorem.

165 Exiguus *L* 166 ales *L* talis *V* assumo *V* 167 perfectum *puto* formam *V* 168 infera *L* 169 Vtur *L* praelucem *L* umbram *V* 170 V. pr. *V* uolente *B* porrego *B* 171 Tales *LV* u. m. *V* 172 uisu diffundo *V* 173 L. e. *V* Exiguus *L* mentia *L* foetos *L* faetos *B* 174 Sed di(*ex* de)uerso *L* De pisce *L* -ibus *BV* 175—180 *ante* 169 *V* 175 firmo *L* consistire *B* 176 uacando *LV* nullum *LV* conspicire *B* quemque *V* 177 est et *BLV* 178 uoluenti *LV* amica uaçua *L* 179 uolo *om. L* t. i. uolo *V* 180 Sed *om. L* uitale (*ex* uict. *B*) *libri* thorum (?) *V* frigora *L* figura *B* De nimfa *L* 181—186 *om. B* 181 d. poc. *V* 182 idem *V* inde *L*

Versa mihi datur vice bibendi facultas
Et vacuo ventri potus ab imo defertur.
Poplite depresso conceptas denego nymphas
Et sublato rursum diffuso confero nimbos.

32 De spongia

Dissimilem sibi dat mihi mater figuram.
Caro nulla mihi, sed viscera vacua latebris.
Sumere nihil possum, si non absorbuero matrem.
Et quae me concepit, hanc ego genero, postquam
Manu capta levis gravis sum manu demissa.
Et quae sumpsi libens, mox cogor reddere sumptum.

33 De viola

Parvula dum nascor, minor effecta senesco
Et cunctas praecedo maiori veste sorores.
Extremos ad brumae me primo confero mense
Et cunctis amoena verni iam tempora monstro.
Me reddit inlustrem parvo de corpore sumptus
Et viam quaerendi docet, qui nulli videtur.

34 De rosa

Pulchra in angusto me mater concipit alvo
Et hirsuta barbis quinque conplectitur ulnis.
Quae licet parentum parvo sim genere sumpta,
Honor quoque mihi concessus fertur ubique.

184 ima *L* 185 Pollice *L* Poplice *V* limphas *L* 186 diffusos *L* De spungia *B* 187 pater *L* pater f. mihi *V* 188 m. n. — l. u. *V* vaga *Hagen* vasta *ego* 189 Sumire *B* Nil p. s. *V* mater *L* 190 hanc ego genero *LV, om. B* 191 l. c. *V* grauissimum *B* dimissa *L* 192 sumsi *B* reddire sumtum *B* 193—198 *om. B* 194 cunctos (?) *V* 195 mensis *L* 196 Et am. uinctis *L* m. t. *V* 197 reddet *L* 199 Pulchram a. *Hagen* concepit *B* quin que *B* 201 paruus in *libri, corr. Hagen* 202 c. m. *L* fertor *B*

Utero cum nascor, matri rependo decorem
Et parturienti nullum infligo dolorem.

35 De lilio

Nos pater occultus conmendat patulae matri
Et mater honesta confixos porrigit hasta.
Vivere nec umquam valemus tempore longo,
Et leviter tactos incurvat aegra senectus.
Oscula si nobis causa figantur amoris,
Reddimus candentes signa flaventia labris.

36 De croco

Parvulus aestivas latens abscondor in umbras
Et sepulto mihi membra sub †tellure vivunt.
Frigidas autumni libens adsuesco pruinas,
Et brumae propinqua miros sic profero flores.
Pulchra mihi domus manet, sed pulchrior infra
Modica in forma clausus aromata vinco.

37 De pipere

Pereger externas vinctus perambulo terras
Frigidus et tactu praesto sumenti calorem.
Nulla mihi virtus, sospes si mansero semper:
Vigeo nam caesus, confractus valeo multum.

203 Utero *om.* *B* dum *V* doctorem *LV* (d. m. r. *V*) 204 parturientem *LV* nullo *B* 205 commendet *L* 206 onusta *L* coniux *B* confixus *LV*, *correxi* porregit *B* 207 uiuire *B* 208 Set *Hagen* tactus *B* *u.* 210 *ante* 208 *B; rectus ordo est in LV* 209 Oscola *B* c. f. a. *BV*] donentur c. a. *L* 210 candantes *B* signa *VL*, *om.* *B* 211 paruolus *B* aestiuis — umbris *V* 212 sepultum *LV* (m. s. *V*) tellore *B* tollere *L* sub terra reuiuunt *conicio* 213 Au. fr. *V* brumas *B* 214 propinquam *V* 215 Michi d. p. *V* intra *Hagen* 216 Modicos *B* -cus *LV* clausos *B* -sis *V* *u.* 217 — praegnantem 333 *om.* *B* 219 sospes *L*, *om.* *V* 220 Vegeo *L* ual. m. c. *V*

Mordeo mordentem, morsu nec vulnero dentem.
Lapis mihi finis simul, defectio lignum.

38 De glacie

Corpore formata pleno de parvulo patre
Nec a matre feror, nisi feratur et ipsa.
Nasci vetor ego sine genito patre.
Et creata rursus ego concipio matrem.
Hieme conceptos pendens cum servo parentes,
Rursus in aestivo coquendos ignibus apto.

39 De hedera

Arbor mihi pater, nam et lapidea mater.
Corpore nam mollis duros disrumpo parentes.
Aestas me nulla nec ulla frigora vincunt.
Vnus bruma color vernoque simul et aestu.
Propriis erecta vetor consistere plantis,
Manibus sed alta peto cacumina tortis.

40 De muscipula

Vinculis extensa multos comprendo vagantes
Et soluta nullum queo comprendere pastum.
Venter nullus mihi, quo possint capta reponi,
Sed multa pro membris formantur ora tenendi.
Opes mihi non sunt, sursum sed pendor ad auras.
Nam fortuna mihi remanet, si tensa dimittor.

222 Lapsis *L* 223 formatam *V* plena *L* 225 patre genito *V; recte L* 226 creatam *LV* 227 concoeptis *L* cum *om. L* 228 Et ae. r. ignibus trado coquendis *L* De edera *L* 229 *cf. adn. v.* 101. lipidea *L* 230 dirumpo *V* 231 Aestas *L*] Necei *V* nulla *V*] nec ulla *L* nec ulla *scripsi*] ulla nec *L* nec uincunt fr. dura *V* 232 B. c. u. *L* unoque *V* aesto *L* esto *V* 233 *sic L.* Surrecta pr. *V* 234 Sed m. *V* 235 conp̃hendo uacantes *L* 236 conp̃hendere *L* 237 m. n. *L* possim *LV* 238 firmantur *V* 240 m. f. *V* manet *L* dimittor si modo tensa *V*

41 De vento

Nascens curro velox grandi virtute sonorum.
Deprimo nam fortes, infirmos allevo sursum.
Os mihi est nullum, dente nec vulnero quemquam.
Mordeo sed cunctos silvis campisque morantes.
Cernere me quisquam, vinclis quoque neque tenere
Macedo nec Liber vincit nec Hercules umquam.

42 De glacie

Arte mea nulla valet durescere quisquam.
Efficior dura, multos quae facio molles.
Cuncti me solutam cara per oscula gaudent
Et nemo constrictam manu vel tangere cupit.
Speciem mihi pulchram dat rigor et †auctor,
Qui saevos abire iubet, torpescere pulchros.

43 Der vermiculis sericis formatis

Concepi innumeros, de nido amitto volatus,
Corpus et inmensum parvis adsumo de membris.
Mollibus de plumis vestem contexo nitentem
Et texturae sonum nec auribus concipit ullus.
Si quis forte meo videatur vellere tectus,
Excussam vestem statim reicere temptat.

44 De margarita

Conspicuum corpus arte mirifica sumpsi.
Multis cava modis gemmarum ordine nector.

241 Velox c. n. *L* grande *V* sonorum *L* sonos *V* 242 N. f. reprimo *V* releuo *V* 243 mihi cum *V* ẽ mihi *L* 244 cunctos *L* plures *V* 245 *sic V: corruptus.* C. me q. nec tenere uinclis *(non plura) L* 246 herculis *L* Īt de g. *L* 247 meą̇ nulla *L* me nec ulla *V* decrescere *L* 248 mòltus qui *L* 251 riget et *L* et albor *conicio* 252 saeuus *L* siricis *L* 253 I. concipi a. d. n. u. *L* 254 I. p. c. ass. d. m. *V* 255 Millibus et u. e pl. c. n. *V* 256 aure nec *L* 257 uellere *om. L* tectus *in mg. L* 258 Excusam *L* statim *om. L* De margarita *L, tit. om. V*

Publicis concepta locis in abdita nascor.
Confero sed lucrum vacua de luce referta.
Nullum mihi valet frigus nec bruma vigescit,
Sed calore semper molli sopita fatigor.

45 De terra

Os est mihi patens, crebro qui tunditur ictu.
Reddo libens omnes escas, quas sumpsero lambens.
Nulla mihi fames, sitim quoque sentio nullam,
Et ieiuna mihi semper praecordia restant.
Omnibus ad escam miros efficio sapores,
Gelidumque mihi durat per secula corpus.

46 De malleo

Vna mihi toto cervix pro corpore constat
Et duo libenter nascuntur capita collo.
Versa mihi pedum vice dum capita currunt,
Lenes reddo vias, quas calle tero frequenti.
Nullus mihi comam tondet nec pectine versat.
Vertice nitenti plures per oscula gaudent.

47 De castanea

Aspera dum nascor, a matre cute producor
Et adulta vigens leni circumdor amictu.
In tactu sonitum de ventre profero magnum
Et corrupta tacens vocem non profero ullam.
Nullus in amore certo me diligit unquam,
Nudam nisi tangat vestemque tulerit omnem.

261 concoepta *L* 262 Vacua d. l. r. confero lucrum *L* 263 frigus ualet nec umbra *L* uilescit *LV* 264 mollis *L* 267 sitimq; sitio *L* 269 per m. effecta s. *V* 270 Quaeque mihi gelidum *V* De malleo *om. V* 273 uice *scripsi* uitae *L* capiti *LV, correxi* Dum capiti currit, *reliquis omissis, V* 274 calle quas *VL* 277 c. pr. a matre *L* 278 uigens *V* crescens *L* 279 S. intacta m. de u. produco *L* 280 Et *om. L* 281 u. quoque profero nullam *V* 282 ni *V* et uestem *V*

Digitized by

48 . . . . . .

Quattuor en istas gerens ego clausa figuras,
Pandere quas paucis deposcit ratio brevis.
Humida sum sicca, subtili corpore crassa,
Dulcis et amara, duro gestamine mollis.
Dulcis esse nulli possum nec crescere iuste,
†Nisi amaro duroque carcere nascar.

49 De pluvia

Mirantibus cunctis nascens infligo querelas,
Statim deficio, qui maior a patre nascor.
Me gaudere potest nullus, si terrae coaequor;
Me cuncti superas laetantur carpere vias.
Improbus amara diffundo pocula totis
Et videre volunt quanti tantique refutant.

50 De vino

Innumeris ego nascor de matribus unus,
Et genitus nullum viventem relinquo parentem.
Multa me nascente subportant vulnera matres,
Quarum mors mihi est potestas data per omnes.
Laedere non possum, me si quis oderit, umquam,
Et iniqua meo reddo quoque satis amanti.

51 . . . .

Multiplici veste natus de matre producor,
Nec habere corpus possum, si vestem amitto.

Inscr. om. *V* ꝙc *L* 283 clausas *V* Q. ꝯas ego clausas gerens f. *L* 284 quas has *V* breuis *V* bis *L* 286 et *om.* *V* 289 infligor quaerelas *L* 290 Efficior statim m. a p. qui nascor *L* 291 n. p. *L* quoaequor *L* 292 S. m. cu. *L* 294 quanti uolunt *L* 295 ego *om.* *V* 296 Genitusq; *L* 297 Multae nascentes s. *V* 298 mihi mors *L* 299 oderã *L* 300 reddã meo *L* q; *L* quoque *V* *Inscr. om.* *L V* 301 *sic* *L* pr. a matre *V*

Digitized by Google

Meo subito nascor in ventre, fero parentes.
Nam vivo sepultus, vitam et inde resumo.
Deductus superis nec umquam crescere possum,
Dum natura facit corpus succedere plantis.

52 Item de rosa

Mollis ego duros de corpore genero natos;
In conceptu numquam amplexu viri delector.
Sed dum infra meis concrescunt filii latebris,
Nascens quisque meum disrumpit vulnere corpus.
Postquam velantes decorato tegmine matrem
†Saepe religati frangunt commune ◡ fortes.

53 . . . . .

Venter mihi nullus, infra praecordia nulla.
Nam tenui feror semper in corpore sicco.
Cibum nulli quaero, ciborum milia servans;
Loco currens uno lucrum ac confero damnum.
Membra mihi duo tantum in corpore pendent,
Similemque gerunt caput et planta figuram.

54 . . . . . .

Duo generant multos sub numero fratres
Nomine sub uno, divisos quisque naturam.
Pauper ac dives pari labore premuntur.
Pauperes semper habet, dives quos saepe requiret.

304 Viuo namque *L* inde *L* idem *V* 305 Superis eductus *L* 306 c. f. *L* succendere *V* *Inscr. om. L* 307 corpore *L* corde *V* 310 M. q. n. *L* dirumpo (disrumpo *L*) uulnera *LV, corr. Mone* 311 d. u. *L* uelantes *LV. num* uelantur? 312 *sic V* diligati *L* comne *L* *Inscr. om. LV* 314 T. n. s. f. *L* siccum *L* 316 C. u. l. *V* 317 Duo mihi membra *L* pendunt *L* 318 *sic L; om. V* *Inscr. om. LV* 319 generantur *L* 320 Homine (?) *V* 321 ac *V* atq; *L* 322 Pauper *puto* P. et s. habeant diuesq, s. req. *L* diuites quam *V* quos *scripsi*

Digitized by Google

Caput illis nullum, sed os cum corpore cingunt.
Nunc stantes et nunc iacentes plurima portant.

55 De sole

Semine nec ullo patris creata renascor,
Vbera nec matris suxi, quo crescere possem,
Vberibusque meis ego saepe reficio multos.
Vestigia nulla figens perambulo terras.
Non anima nec caro mihi sunt nec cetera membra,
Attamen aligeras reddo temporibus umbras.

56 De verbo

Vna mihi soror est, unus et ego sorori.
Coniux illa mihi, huius et ego maritus.
Nam numquam uno sed † multorum coniungimur ambo,
Sed de longe meam praegnantem reddo sororem.
Quotquot illa suo gignit ex utero partus,
Cunctos uno reddo tectos de peplo nepotes.

57 De igne

Prohibeor solus noctis videre tenebras
Et absconse ducor longa per avia fugiens.
Nulla mihi velox avis inventa volatu,
Cum videar nullas gestare corpore pinnas.
Vix auferre praedam me coram latro valebit.
Corpore defecta velox conprehendo senectam.

324 Nunc] Nam *LV* et nunc *scripsi*] enim *L* nam *V* 325 creata *L* concreta *V* 327 que *om. L* ego meis (*om.* saepe) *L* 329 Non c. nec a. *V* Anima nec c. *L* (Non *et* sunt *om. L*) 330 Al. tamen *L* 331 est *om. L* 332 huius *L* cuius *V* 334 de longe *V* a longe *L*, *cf. u.* 371 335 suos *BV* suus *L* suo *Hagen* gingit *B* ũto *V* partos *B* 336 peblo *L* De igni *L* 338 auia] uia *L* fugens *L* 340 uidar *L* in c. *V* pennas *LV* corpori *B* 344 defecto *olim scripsi* defecta *BLV* uelux *B* conp̃hendo *BL* comprendo *V* 344 *est post* 343 *in BLV; huc transposui*

58 De rota

Assiduo multas vias itinere currens
Versa vice rerum conpellor ire deorsum
Et ab ima redux trahor conscendere sursum.
Sed cum mei parvum cursus conplevero tempus,
Publica per diem dum semper conpita curro,
Infantia †pars simul est et curva senectus.

59 De luna

Quo movear gressu, nullus cognoscere temptat,
Cernere nec vultus per diem signa valebit.
Quotidie currens vias perambulo multas
Et bis iterato cunctas recurro per annum.
Imber nix pruina glacies nec fulgura nocent,
Timeo nec ventum forti testudine tecta.

60 De caelo

Promiscuo per diem vultu dum reddor amictus,
Pulcher saepe, sed turpis qui saepe habetur,
Innumeras ego res cunctis fero mirandas,
Pondere sub magno rerum nec gravor onustus.
Nullus mihi dorsum, faciem sed cuncti mirantur,
Et meo cum bonis malos recipio tecto.

343 Ass. quae u. c. i. m. *V* itenere *B* 345 rursum *B* rerum *LV* inre *L* 346 conscendire *B* 347 me in p. cursum *L* conpleuero tempus *supra lineam B* Cumque mei p. t. compl. cursum *V* 341 *huc transposui* conpeta *B* competo *L* competa *V* 348 simul et c. *B* simul est et *V* est simul et *L* 349 mouẽar *B* modo uear *L* gressum *BL* gressu *V* (?), *Hagen* cognuscire *B* agnoscere *L* 350 Cernire *B* uelebit *L* 351 Quotidie *sic L* Cottidie *B* Q. que uias percurrens ambulo multas *V* 352 it.] t tatum *V* percurro *V* 353 I n. gl. nec umquam *V* fulgora *libri* cerno *V* 354 N. t. *V* forte *B* tectus *L* 355 Promiscuos — uultus *LV* uulto *B* 356 Pulchrum *libri* Pulcher *Hagen* sed turpis *B*] reddet amictus *L; om. V* qui semper *libri* qui saepe *scripsi* 357 mirantibus *LV* (m. f. *V*) 360 Et me *B* malis *L* tectu *B* Atque meo malos c. b. capio t. *V*

Digitized by Google

61 De stellis

Milia conclusae domo sub una sorores:
Minima non crescit, maior nec aevo senescit.
Et cum nulla parem conetur alloqui verbis,
Suos moderato servant in ordine cursus.
Pulchrior torpentem vultu non despicit ulla.
Odiuntque lucem; noctis secreta mirantur.

62 De umbra

Humidis delector semper consistere locis
Et sine radice inmensos porrigo ramos.
Mecum iter agens nulla sub arte tenebit,
Comitem sed viae ego conprehendere possum.
Certum me videnti demonstro corpus a longe,
Positus et iuxta totum me numquam videbit.

63 De vino

Pulchrior me nullus versatur in poculis umquam,
Ast ego primatum in omnibus teneo solus.
Viribus atque meis possum decipere multos.
Leges atque iura per me virtutes amittunt.
Vario me si quis haurire voluerit usu,
Stupebit ingenti mea percussus virtute.

De stillis *B* 361—366 *post* 372 *in LV* 362 seniscit *B* 363 partem c. adl. *L* c.] queat *V* 364 moderatos *LV* Seruant ipsae s. m. o. c. *V* 365 Pulchior turpentem uultũ *L* dispicit *B* displicit ullam *L* P. et uultum turpem non d. ullum *V* 366 nocte *B* s. sequuntur *V* 367 Umedis *B* D. h. *V* consistire *B* 368 radices *B* i. quoque p. *V* porrego *B* 369 I. a. m. non ulla s. a. t. *V* 370 conpraehendire *B* Neque u. ego comprendere p. *V* 371 ui denti *B* 372 totam *BL* totum me neque u. *V* *In solo L sequitur aenigma medii aeui* De oue, *tum hoc ineditum* Item de uino 377 hauri *L*. *In V sequuntur duo aenigmata non metrica*.

ADDENDA.

Quorundam virorum doctorum plerumque sola nomina attuli; nunc libellos eorum accuratius significabo:

Goetz, G. = Acta societ. philol. Lipsiensis IV 360 (c. 5—6).
Klapp, H. = Quaestiones de Anthol. lat. carminibus nonnullis. Progr. Wandsbeck 1875.
Maehly, J. = Zeitschr. f. oesterreich. Gymnasien 1872 p. 554 sqq.
Mueller, H. J. = Symbolae ad emendandos scriptores latinos II. Berolini 1881. (lectiones libri *V* accuratius tradit).
Mueller, Luc. = Rhein. Museum f. Philologie 18, 432. 19, 114. 20, 633. 23, 94. 24, 136; 323. Jahrb. f. Philologie 1866, 555. 1867, 483; 783. al.
Petschenig, M. = Zeitschr. f. oesterreich. Gymnasien 1877 p. 481 sqq.
Schubert, O. = Quaestiones de Anthologia codicis Salmasiani. I De Luxorio. Dissert. Lipsiensis. Vimariae 1875.

c. 1 p. 7. Adde: Z m. pr. habet solos v. 41—100. C habet 1, 1—10; 2, 1—8.
c. 5 p. 27 lege: Vratislav. s. XI.
c. 19. p. 82 '*Praefatio*' in Corpore glossariorum latinorum V p. V secundum apographum Gundermanni typis expressa est. In quo quae a mea collatione differunt ita dabo, ut Quicherati (bibl. de l'école des chart. s. III t. I p. 204) lectionem addam, quo certius verum noscatur:
3 *conpellit* G(undermann), *conpellet* R(iese), Q(uicherat), 4 *et* GQ, *eY* R, 15 *consete* G, *censete* RQ, 18 *uitulantiis* G, *-tiis* R, *-tius* Q, *coagmentem* G, *cohacmentem* RQ, 20 *faborem* GQ, *faborẽ* collatio mea.
Ad Placidi glossas (l. c.) ex eodem libro haec notanda sunt quae in **omnibus** Placidi codd. a mea lectione discrepant: 1 *implicitus*, 4 *diriuita* vel *diriuata*, 7 *clodorum*,

9 *maledictus, conuictor*, 18 '*uitulantes: gaudentes*' deest. 19 *murgison*, 20† *effafilatus exero thumero*. —

c. 21, 285 adn. p. 97 corrigenda est ex praef. p. XX adn. 2.

c. 23, 2 p. 97 *finxit* recipiendum erat.

c. 25, 3 ib. *si formosam facili impetravit amore* coniecit Ziehen.

c. 70 p. 108: de Passiphae et Minotauro esse notandum est.

c. 99, 4 p. 124: scribe cum *A tolerasse* (sc. vir venena toleravit).

c. 200 p. 170 adde: Tiberiano tribuit Baehrens.

c. 207, 2 p. 178 *iunctis pedibus* 'ut prisca templorum simulacra quae violari nefas erat' Ziehen interpretatur.

Libri Casanatensis collationem hanc ex Baehrensii PLM IV p. 24 adde: c. 224, 1 *coniux*, 2 *multo celatur*, 3 *talem si*, 6 *sūmittere*, 7 *biformē*, 9 *formose-puelle* (*-sas aurū uos s. puellas* man. 2). — c. 232, 2 *sinit* ut S, 3 *siccat*, 5 *pulcerrima*. — c. 318 'fere totum evanidum.'

c. 286, 18 p. 223 *Enigmata Simphosii scolastici* Petropolitanus s. VIII in indice s. IX addito (Venantius ed. Leo p. IX).

c. 353, 10 p. 278 adn. '*uide* c. 350, 4'; adde: '*et* 189, 2'.

ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

FRANCISCVS BVECHELER ET ALEXANDER RIESE

PARS PRIOR:

CARMINA IN CODICIBVS SCRIPTA

RECENSVIT

ALEXANDER RIESE

FASCICVLVS II:

RELIQVORVM LIBRORVM CARMINA

EDITIO ALTERA DENVO RECOGNITA

MCMVI

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE : TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

In hoc altero Anthologiae fasciculo permulti codices in usum vocandi erant. Quorum multos ipse iam cum priorem editionem curarem, contuli, Parisinos dico plerosque et Valentianos et Bambergensem (c. 483) et Turicensem 78 et Vossianos q. 33 et q. 69, quosdam postea adhibui: Parisinos nonnullos, Lipsiensem I 74, Phillippicum nunc Berolinensem 167 (1825), Vaticanos et Florentinos nonnullos. Aliorum librorum collationes virorum doctorum benevolentiae debeo: Alfredus Holder ex Leidensibus quosdam (inprimis Vossianum fol. 111), Valentianos 389 et 396, Caroliruhenses 36 F et 167, mihi contulit et quae Noltius ex codicibus Bruxellensibus 1828/30 et 5657 enotaverat, meo usui concessit. Hermannus Hagen ex codicibus Bernensibus, Einsidlensibus, Sangallensibus permulta et ante editionem priorem et postea mihi curavit. Porro Martinus Hertz codicem Rehdigeranum S. I. 6. 17 et Guilelmus de Hartel Vindobonensem 2521 a me rogati inspexere Conradusque Bursian quae ex Parisinis 7533 et 8093 enotaverat mecum communicavit. Gasto Boissier denique c. 718 cum codice Parisino 13026 et Augustus Thorbecke c. 483 cum codice Bambergensi contulit. His accedunt alii viri docti, qui humaniter in editione altera instituenda me adiuverunt. Georgius enim Goetz Gustavi Loewe amici collationes librorum Hispanorum aliorumque in c. 483, 484, 485[a], 486, 488, 495—636, 639—641, 644—647, 658, 660, 664, 667—669, 674[a], 679, 719[d], 720[b], 730, 736—737, 740sqq., 784—786, 800, 806, 842, 855 factas mihi praesto

Digitized by Google

LIPSIAE : TYPIS B

...ation of the ...
...ing the ...
...ing the ...
...ing

esse voluit, ex quibus eas quae ad recentiores codices pertinent omisi, ex aliis autem uberrimos fructus percepi. Maximilianus Bonnet amicus in c. 485[a], 658—660, 664, 683, 716, 720, 794—797, R. Ehwald Gothanus in c. 484, Ad. Fueh Sangallensis in c. 665, H. Lebègue Parisinus in c. 791 sq., H. Magnus in c. 488 et 680[a], H Schoene in carmine medico 719[c], Sinker bibliothecarius Cantabrigiensis in c. 786[b], Ant. Spagnolo Veronensis bibliothecae praefectus in c. 723[a], Scato de Vries Leidensis in cod. Gothano 1047, Jul. Ziehen in c. 639 suis me collationibus et E. Duemmler et Wilhelmus Meyer Gottingensis adnotationibus benigne adiuverunt.

Porro ut prioris editionis singulas schedas Franciscus Buecheler inspexit coniecturisque multis eisque ex parte palmaribus exornavit, ita in hac editione altera Julius Ziehen (quem mihi non contigit exorare ut editoris munus in se reciperet) multis carminibus studiose operam utilem navavit plagulasque prelo impressas mecum perlegit.

His viris omnibus gratias maximas laeto animo testatas esse volo.

Omnium denique collationum quae in 'Poetis latinis minoribus' Baehrensii aliisque libris impressis mihi praesto erant, rationem ut par erat habui.

Terminum carminibus eligendis me sexti p. Chr. saeculi exitum constituisse, in Hispaniae tamen carminibus paulo latius evagatum esse iam in praefatione fasciculi I p. VI dixi. Quaedam in ed. pr. edita, postea autem ad medium recensve aevum non solum sensu quodam sed certis rationibus detrusa (c. 687, 727, 741, 897) nunc repetere nolui; quae autem antiquitatis dubiae suspectaeque in syllogam recepi, ea hic illic (doleo quod non ubique) litteris obliquis impressa sunt. Non facile autem est, in omnibus carminibus, praesertim si quae Ausonii quandam similitudinem habent, aetatem discernere. Bedam ut par erat omisi; tamen

c. 676 sqq. retinui, quippe quae, licet ei hic illic ascripta, tamen Columbano ex parte nota iam fuerint. Omnino vide et reputa omnia ea quae R. Peiper in Ausonio suo p. 406—436 congessit.

In editione priore II, p. XXXIV sqq. fusius exposui, quae carmina Burmannianae Meyerianaeque syllogae ideo, quod medii recentisve aevi sint, aliasve ob causas non receperim. Quod hic repetere, cum editiones illae dudum oblitteratae sint, supervacaneum esse mihi videtur; ad priorem igitur editionem id cognoscendi studiosos revoco. Hoc unum addo, carmina inscriptionum ad Buecheleri partem operis pertinere[1]), rhythmica autem carmina (non 481) me nunc omnino removisse.

Carminum seriem secundum codices cuiusque vetustissimos ex saeculorum ordine institutam retinebo (cf. I p. VII). Quorum igitur carminum codices inde ab a. 1871 vetustiores innotuerunt, eos secundum horum aetatem transposui, eo tamen loco, quo olim inserta erant, ad eum relegans quo nunc leguntur. — Coniecturas nisi aut errorem scribendi tollant aut rectam tollendi viam monstrent, commemorare nolui: vereor tamen ne in commemorando hic illic nimius fuerim.

Quaedam carmina addidi sive quae post a. 1871 demum innotuerunt (c. $484^{a.\ b}$, 493^{b}, 664^{a}, 672^{a}, $719^{a.\ b.\ c.\ f}$, 763^{a}, 772^{b}, 785^{a}, 786^{a}, 798^{a}, 19—28, 801, 802, 804, 805, 807—811, 855^{a-d}, $859^{add.}$, 863^{a}, 873^{a-c}), sive quae in hanc syllogam quadrare mihi visae sunt (c. 485^{b}, 493^{a}, 674^{b}, $689^{b.\ c}$, $716^{add.}$, 723^{a}, 764^{a}, $785^{b.\ c}$, 790^{a}, 873^{d}, $874^{a.\ b}$, 943, 944 sqq.):

---

1) Itaque c. 888 et 903 (Buech. 871 et 1522 = CIL XIII 581 et XII 1122) nunc omisi; debui omittere etiam c. 659 et 660 (B. 902, et 427 = CIL III 3676). Retinui c. 661, 662, 722 (CIL XIII 2402, 2414, 128), quippe quae Buechelerus omiserit. Inter carmina pro inscriptionibus habita in CIL VI 5, 2*, g—l sunt c. 509, 787, 221, 877, 414. Quae non ex ipsis inscriptionibus sed ex syllogis codicum fluxere ut 203, 210, 437, 683, 684, sine dubio retinenda mihi erant.

plura num addere debuerim, in incerto mihi est. Atque cum non ad unam certam normam constitui possit, quid huc quadret quid non, hunc locum aptum puto, quo haec quoque commemorem:

Carmen de senectute a Baehrensio PLM V 313 editum, quod ut multum habet delectationis, ita Germanum poetam Carolingicae ni fallor aetatis aperte prodit, omisi. — Versus cuiusdam Scotti *de alphabeto* (ib. V 375) huc propter aetatem non pertinent; quod non commemorarem, nisi arte et dictione prope abessent ab aenigmatis c. 481 etiam vitiosius compositis, quae omittenda non erant quod antiquitatis vergentis (ad quam „Tullius" auctor ea revocat) versus esse possunt. — Licentii carmen satis diffusum ex Augustini epistula 26, in qua in C. Script. Eccl. Vindob. 34, 89 sqq. extat, excerpere non debui, neque *versus* Sibyllae (Iudicii signum . .) ab eodem De civitate Dei 18, 23 aut tres versus De doctrina christ. III 7, 11 ab eo adlatos. Nam versus vel carmina a scriptoribus adlata in universum non afferam.

Iam in apparatu qui dicitur critico codices mihi notos enumeravi (ita tamen ut eorum qui saeculo XI recentiores sunt permultos utpote levioris momenti et passim interpolatos omitterem). Quorum collationes plenas attulerim, adnotavi vel in Addendis adnotabo. Nam ut orthographica et falsam verborum separationem in plerisque, ita lectionem codicum deteriorum saepe (vellem saepius etiam) omisi. Cur enim nube lectionum ad verum inveniendum inutilium apparatum obrui sinerem?

Quod in priore parte libri modo nomine meo modo persona prima me induxi, eam inaequabilitatem aliasque ne mali consulat lector quaeso.

DABAM FRANCOFVRTI AD MOENVM
Mense Augusto anni MCMVI.

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM QVORVNDAM

SAECVLO NONO ANTIQVIORVM

482

Vide nunc fasc. I n. **1.**

483

SISEBVTI

regis Gothorum epistula missa ad Isidorum de libro rotarum

B. V 46. M. 388.
B. V p. 357.

Tu forte in lucis lentus vaga carmina gignis
Argutosque inter latices et musica flabra
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.
At nos congeries obnubit turbida rerum
Ferrataeque premunt milleno milite curae,
Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant;
Et trans Oceanum ferimur porro usque nivosus
Cum teneat Vasco nec parcat Cantaber horrens.

483. *O = Ovetensis nunc Escorialensis R II* 18 *saec. VII—VIII longe optimus (Loewii conlationem ed. Goetz Ind. schol. hib. Ienens.* 1887—88), *e quo vel minima afferam. Pauca addam ex C(oloniensi* 83 *II anni* 798) *quem contuli Mus. rhen.* 30, 133 *et B(ambergensi* 787 *s. VIII) quem contuli;* ς (*Bern.* 219 *s. X. Paris* 7533 *s. X. Regin.* 255 *et* 1260 *s. X. Sangall.* 855 *s. IX. alios) non afferam. — Titulo carent O fol.* 23ᵛ, *B.* Incipit epistoł Sisebuto regis Gotorum missa ad Isidorum de libro rotarum *C.* — Isidoro *Aldhelmus p.* 232 *G., sed regi* [*a.* 612—620] Sisebuto *auctor de computo et Clemens Scotus et* ('in prologo sesebuti ad ysidorū') *glossa in Vatic.* 1469 *s. X tribuunt.* 1 lucu *B*ς luco *ex* lucu *C* 2 musica flabra = *c.* 658, 12 3 Pyerio *OC* 5 Ferrateque *O* -tique *C* Feratumquę *B* 6 Legicrępe (-crepi *B*) tundunt *OB*ς Legifereq; crepunt *C* 'Legiscrepa: *νομοδίφας*' *Corp. Gloss. II* 122, 2 7 niuossus *C* 8 orrens *OCB*

En quibus indicas, ut crinem frondea Foebi
Succingant hederave comas augustius umbrent!
En quos flammantem iubeas volitare per aethram!
Quin mage pernices aquilas vis pigra elefantum
Praecurret volucremque pigens testudo molossum,
Quam nos rorifluam sectemur carmine lunam.
His tamen, incurvus per pondera terrea nitens,
Dicam, cur fesso livescat circulus orbe
Purpureumque iubar nivei cur tabeat oris.
Non illam (ut populi credunt) nigrantibus antris
Infernas ululans mulier praedira sub umbras
Detrahit altivago e speculo, nec carmine victa
Vel rore Stygis aut herbis terrae aericrepantem
Vincibilemque petit clangorem (quippe per aethram,
Qua citimus limes dispescit turbida puris,
Inviolata meat); sed vasto corpore tellus
(Quae medium tenet ima polum) dum lumina fratris
Detinet umbriferis metis, tum sidere casso
Pallescit, teres umbra rotae dum transeat himen
Aggerei velox cumuli speculoque rotanti
Fraternas reparet per caelum libera flammas.

9 Est *B* In, *corr. m.* 2 (?), *O* crimen O^1B 10 ederaue *O* edere ue *B* umbrant *B* 11 In *B* ethram *O* 12 *sic* (Quin *ex* Quid) *O* magnę pernicies aquilas vis pigię leuantum *B* magis pernicius aquilam sus pigra uolantem *C* 13 Precurret *O* 15 His *O* Sed *C* Es *B* 16. 17 quur *O* 16 libescat *OC* liuera *B* 18 illa *B* 19 Infernans, *corr.*, *O* predira *OC* subumbrans *B* 20 Detrait *O* e *O*, *om. BC* altivaga e specula *Dousa* ne *B* 21 Vel *OC* Neg *B* stygis *O* stigias *rell.* aut here terra matricrepantem *O*, *em. Goetz*; *om. B*ς; mortalis transit in undas *C* 22 atram *O* aetram *C* 23 dispecit *O*; *corr. Scaliger* (dispexit *C* dispicet *B*) 25 Que *O* immo *C* culmina *libri:* lumina *Scaliger* 26 Desinet *OB*, *corr. Scaliger* (Disserit *C* Deserit ς) moetis *O* tum *O*: dum *CB* 27 teres *O*: terrae *C*, *om. B* rotam *Goetz* himen *O*: exhumor *B* axem *C* imae *Riese* 28 *sic CB*, Aggeret *O* rosanti *O*; *similia rell.* rotanti *vulgo, cod. Leid.* 29 re*ex* preparet *O m.* 2 reparat *C*

Digitized by Google

Sed quia mira putas, cur, cum vis maxima solis
Bis novies maior clueat quam terreus orbis,
Non circumcingat terrestres lumine metas,
Sume ratum rationis opus. Namque aspice Foebum,
Quam sublimis eat convexa per aurea mundi
Quamque humilem terram conlustret cursibus altis:
Hic ingens, utcumque libet, cum desuper ignes
Sparserit, obliquo vel cum radiaverit axe,
In terram radii franguntur. cetera solis
Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,
Nil obstante globo tendunt per inania vasta,
Donec pyramidis peragat victa umbra cacumen.
Per quam cum Foebe gelidos agit uda iugales,
Infima vicinis nonnumquam decolor umbris
Fratre caret vacuoque exsanguis deficit ore.
Cur autem sola spolietur lumine luna,
Nil vero mirum est. quippe illam lucis egentem
Lux aliena fovet; quam cum pars proxima metae
Invidet, expectat radios male caerula fratris.
At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris,
Et proprium cunctis iubar est, nec sole rubescunt.
Sed sudus radiis astralibus inpete celso
Porro ultra solem rapitur cum vertice caeli.
Iam cur semenstri non semper palleat orbe,
Inflexi praestant elico tramite cursus.
Namque vagans errore rato cum devia tortos

30 circum *C* 31 nobies *O* M. b. n. *C* 32 terrestris *CB* moetas *O* 33 febum *O* 34 conuexsa *O* 35 curribus *OB* cursibus *C* 36 cum *O*: ut *B*, *om. C* ignes *O* ignis *rel.* 37 oblico *C* axse *O* 40 o/// ante *B* potente, *corr. in* patiente, *C* 41 puramidis *O* 42 febe *O* aget *O* agit *Scaliger* 44 exanguis *O* 45 spoliatur *B* -atus *C* 47 fobet *O* moetae *O* 48 cerula *O* 49 corus *O* 51 Sed sudum *O* Sed suum *B*; *om. C* adies atralibus inpete celso *O* *solus*; *corr. Goetz*; *om. rell.* 52 uertice *ex* -cae *O* 53 saemenstri *O* 54 prestant *O* oblico *C* eloco *B* elico (*in mg. m.* 1: quod greci flexuosum dicunt id est elicon) *O* 55 cum *libri* ceu *Buecheler* tortus *C*

Digitized by Google

Conligit anfractus, metam sol eminus exit
Intorquetque peplum noctis radiatque sororem.
Haec eadem ratio est, subitis ubi frangitur umbris
Augusti solis rutilum iubar, indiga lucis
Quando inter terram et solem rota corporis almi
Luna meat, fratrem rectis obiectibus arcens.

484

B. V 114. M. 1056.
B. V 383.

De ventis

Quattuor a quadro consurgunt limite venti.
Hos circum gemini dextra laevaque iugantur

56 Dum legit *OB* Cum legit *C* Colligit *Scaliger* Deligit *olim Riese* moetam *O* 58 Hec *O* 59 Augisti *O* (Angusti *BC*) indega, *corr., m.* 2, *O* 60 almi *O, Pithoeus* almae *B* alti *C* albi *Computus* 61 met *O* argens *O* (algens *m.* 2) *B Reg* 1260 arguens *C, Computus*: urgens *Reg* 255 arcens *Scaliger*. — *Sisebuti hoc quoque carmen extat* (*ap. Migne vol.* 80, 372) *in Toletano:*

(= *Dracontius De laud. dei* I 130.)

'Clarus ubique deus, nunquam mutabilis auctor.'
Chare mihi in aevum valeas tu, Teudila, semper
Atque animo grato nomen amantis ama.
Qui tibi divinum iussit concedere votum,
Ipse tibi tribuat Sundrimer alma via (*lege*, alme, viam).
Te dominus verax veraci gratia servet,
Vt nomen meritis vindices ipse tuis.
Sit leo de tribu Iuda tibi fautor ubique,
Sit tibi vitae lux Christus ubique pius!

484. *Spectat ad Isidorum de natura rerum c.* 37. — *Codicum familiae:* I. *D(urlacensis nunc Caroliruh.* 36 *s. IX—X; cont. Holder), cui similes sunt R(eginensis* 1260 *s. IX), Paris.* 5543 *s. IX, g (Gothanus I* 75 *s. XI, contulit R. Ehwald), Valentiani* 164 *et* 393 *s. IX; fortasse Mellicensis s. XI, Bern.* 212 *s. IX—X, Voss. L. q.* 33 *s. X, Codex Librii* 229 (*Cheltenham* 16278) *s. IX, Matrit. ε e* 40 *anni* 1026, *alii.* II. *O(vetensis, fol.* 34^{v} *cf. ad* 483. *Loewii collationem a Goetzio habui). B(ernensis* 611 *saec. VIII—IX; contul. Hagen et Riese). Mediceus* 16, 39 *s. IX in.* (*v.* 1—8). — *Adnotabo* (*orthographicis plerisque omissis*) *DRg et OB. Illi paullo meliores sunt; varia corruptelae genera vide v.* 23. Item versi de supra nominatis uentis *O* Versus de duodecim uentis *R. Om. BDg rell.* 2 Hos circum *OB*] Hi

Atque ita bis seno circumdant flamine mundum.
Primus Aparctias Arctoo spirat ab axe:
Huic nostra nomen lingua est Septentrio fictum.
Circius hinc dextro gelidus circumtonat antro;
Thrascian Graeci propria dixere loquella.
Huic laevus Boreas glaciali turbine mugit;
Frigidus hic Aquilo nostris vocitatur in oris.
At Subsolanus medio flat rectus ab ortu;
Graecus Aphelioten apto quem nomine signat.
Huic Vulturnus adest, dextra qui parte levatur;
Attica Caecian Grais quem littera signat.
Nubifero flatu laevum latus inrigat Eurus,
Dorica quem simili designat nomine lingua.
At Notus e medio solis dat flamina cursu:
Austrum rite vocant, quia nubila flatibus haurit.
Euronotus cui dexter adest, quem nomine mixto
Euroaustrum Latia dixerunt voce Latini.
Libonotus laevam calidis attaminat auris;
Aestibus inmensis ardens Austroafricus hic est.
Abscessum solis Zephyri tuba florea servat,

quoque sex *DRg* iugantur *Dg*]girantur *B* iunguntur *OR* 3 Adque *O* flamina *B* flumine *g* 4 aparthias *DR* aparcias *OB* -chias *g* arctoo *R* arto o *D* alto *O* arcto os *B* arctoc̃ *g* ispirat (insp. *m.* 2) *O* 5 nostris nomine *O* est *om. OB* finctum *Dg*, *recte R* finxit *B* fixit *O* 6 huic *O* hunc *B* hinc . . in *R* dextra *O* circumtona (t *supra scr. m.* 2) bătro *O* 7 *om. B* Tracian *R* Trasciă grai *O* 8 leuus *O* 9 hinc *DRg* hic *OB* uocatur *B* 10 Ad *O* med. fl. r.] fl. r. solis *O* 11 Gregas *O* Grẹgus *g* apolio ten *O* ofilioten *B* apto nunc quem *O* 12 bulturnus ad extra ą (*i. e.* que) *O* leuatus *Dg* 13 Adtica *O* calciă *OB* grai *O* signant *O* 14 ero *m.* 2 *O* l. l.] leuigatus *O* irrigat *g* 15 Do rida *Dg* simile signat *O* 16 Ad *O* e *om. OB* cursum *O* 17 rite] ficte *R* quam flatibus nubila aurit *O* 18 Euronotos *g* quem] cui *B* 19 Euraustrum *D* Eur////istrum *g* Euroaustrum *ORB* uoci *O* 20 adtaminat *O* 21 Aestiuus *R* auster africus *g* hic *DR*] ipse *B* in *O* 22 Abscessu (ces *m.* 2) *O* zip turba *O* tubida *D*

Digitized by Google

Italia nomen cui fixum est voce Favoni.
Huic dextram tangit dictus Lips Atthide lingua;
Africus hinc propria veniens regione vocatur.
At tu, Core, fremis Zephyri de parte sinistra;
Argesten Grai vocitant cognomine prisco.

484ª

Versus sci AVGVSTINI episcopi

Donatistarum crudeli caede peremptum
Infossum hic corpus pia est cum laude Nabori.
Ante aliquod tempus cum Donatista fuisset,
Conversus pacem, pro qua moreretur, amavit.
Optima purpureo vestitur sanguine causa.
Non errore perit, non se ipse furore peremit,
Verum martyrium vera est pietate probatum.
Suspice litterulas primas: ibi nomen honoris.

23 Italica *puto* Italia *DR* Ex italia (*sic*) *O*, *Bern.* 212 Ex itala *Bg* nomen *OB*]ueniens *DRg* fixum *OB*] dictum *DRg* faboni *O* 24 lyps *B* attide *libri* (ātice *O*, attica *m.* 2), *recte?* 25 hinc *DRg* huic *O* hic *B* 26 chore *DRg* fremens *Rg* zepheri *O* 27 Agrestē *R* Argestenq̇ꝙ̄ *D* Argestenque *g* Agrestamque grai uocant ore camena Explicit *O* Argestem quem graia suo vocat ore ecamena *B* prisco] tantum *g* (*sed corr. m.* 2). dictum *Matrit., D ex corr.* — *Hinc fluxerunt hexametri* 63 *leonini qui inscripti sunt* Versus de XII ventis Tranquilli physici, *editi Mus. rhen. I* 130, *cf. Annal. phil.* 117, 768; *Suetonius ed. Reifferscheid p.* 304.

C = *Sessorianus* 55 *nunc bibliothecae Vittorio Emmanuele Romanae* 2099 *fol.* 168. *Ed. pr. Ign. Giorgi* 1886, *deinde De Rossi, Inscr. christ. urbis Romae II* 1, 461, *ex quo sumpsi*; *qui ex anthologia aliqua Africana sumpta putat. De codice cf. Knoell in C S Eccl. L Vindob.* 33, 1: *is saec. VII—VIII, De Rossi saec. VI—VII tribuit.*

484ª. 3 aliquot *C* 4 q̃ 5 uestitus *C, em. Ziehen* 7 probat̃ *C* 8 *sc. diaconus.*

484ᵇ

Versus CITHERI rhetoris

Quisque gravas lacrimis Hilarini flebile marmor,
Fleto aviam potius duram vivacibus annis.
Ille deo meruit, tenero praelectus in aevo
Vivere tiro brevis, sed iam sub milite Christi . . . .

485

B. M. — B. III 272.

De figuris vel schematibus

Collibitum est nobis, in lexi schemata quae sunt,
Trino ad te, Messi, perscribere singula versu,
Et prosa et versu pariter praeclare virorum!

Κόμμα

Particulae membra efficiunt, haec circuitum omnem.
Particula est comma. ut versu tria commata in illo:
'Arcadiam petis, inmensum petis, haud tribuam istud.'

Κῶλον

Membra ea sunt, quae cola vocant; ea circuitum explent.
'Nam qui eadem vult ac non vult', colon facit unum.
Huic adiunge sequens: 'is demum est firmus amicus.'

Περίοδος

Circuitus, peri-quam dicunt-odos, orta duobus

484ᵇ. rethoris 3 dō 4 χρι *C*

485. *Carmen circiter a.* 400 *ad Arusianum Messium scriptum* (*Haupt Herm. VIII* 181) *inscripsi ut Parisinus* (*P*) 7530 *saec. VIII, quo solo servatur. Primus ed. Quicherat, qui pleraque emendavit.* scem. *P V.* 1—3 *praeter illa* 'Collibitū est nob in lexi scem' *et* 'pariter placare uirorum,' *deinde u.* 33 *et* 93, *in P nunc abscissi, ex Sirmondi solum apographo noti sunt.* 3 Et prosam v. *Ritschl* placare *P* praeclare *Buecheler* spectate *Ziehen; de genetivo cf.* 485ᵃ, 161 'felix volucrum.' planare *Halm.* 4 et membra, e. h. *Quicherat* 5 coma *P* 6 inmeṭum, *corr., P* 7 Membrea sunt *P* circuitu *P* 8 uul hac *P* 9 his *P* 10 ados *P corr. Schneidewin* ora *P* orsa *Ahrens* orta *Sauppe*

Digitized by

Membris, ut praedicta, venit tetracolon adusque.
Nam si plura itidem iungas, oratio fiet.

Ἀνάκλασις

Est reflexio, cum contra reflectimu' dicta.
"'Non expecto tuam mortem, pater', inquit. at ille
'Immo', ait, 'expectes oro neve interimas me.'"

Ἀντιμεταβολή

Permutatio fit, vice cum convertimu' verba.
'Sumere iam cretos, non sumptos cernere amicos.'
'Quom queo, tempus abest; [quom tempus adest] 'nequeo' inquit.

Ἀλλοίωσις

Differitas fit, differre hoc ubi dicimus illi.
'Excitat hunc cantus galli, te bucina torva.
Te ciet armatus victus, huic otia cordi.'

Ἀντίθετον

Oppositum dico, contra cum opponimu' quaedam.
'Doctor tute, ego discipulus.' 'Tu scriba, ego censor.'
'Histrio tu, spectator ego; adque ego sibilo, tu exis.'

Αἰτιολογία

Redditio causae porro est, cum, cur ita, dico.
'Audi, etsi durum est; nam verum quod grave primo
Consilium acciderit, fit iucundum utilitate.'

Ἀνθυποφορά

At si adversa mihi referam, relatio fiet.

11 tretacolon *P* 13 refletio *P* reflectimus *et sic* s *ubique P* 14 pariter inquid *P* 15 ait expectis *P* 17 supto *P* 18 Quod q. t. abest n. inquid *P, corr. et supplevit Haupt Herm. VI* 263 *Αμοισις P, corr. Sauppe* 19 sit differe *P* dicimu illo *P, corr. Sauppe* 20 buccina torba *P* 21 cordis *P* 22 Appositum *P* 25 *Αετιολογια P* 26 Aud. *P* uero *P, corr. Sauppe* 27 iogundum *P* 28 *Ανειποφορα P* rellatio *Schneidewin recte?*

Digitized by Google

"Sed moveas te, lucifugus, sis in medio audax!"
†'Landes inductus cui pes malus optige ambos."†

Ἀπόκρισις

Fit responsio ad haec, quae contra fingimu' dici.
'Irascetur: sperne. dabit damnum: reparabis.
Caedet: ne toleres. at sum minor: emorere, inquam.'

Ἐπαναφορά

Est repetitio, cum verbo saepe incipio [uno].
'Ipse epulans, ipse exposcens laeta omnia nuptae,
Ipse patrem prolemque canens, idem ipse peremit.'

Ἐπιφορά

Desitio contra, cum verbo desino in uno.
'Vt possem, fecit fatum; dedit haec mihi fatum:
Si perdam, abstulerit fatum: regit omnia fatum.'

Κοινότης

Haec duo coniunctim faciunt, communio uti sit.
'Vis callere aliquid: discas. vis nobilitari
Ingenio: discas. vis famam temnere: discas.'

Ἀναδίπλωσις

Fit replicatio, si gemines iteramine quaedam.
'Ibo in eum, sit vel pollens ut fulmine dextra,
Pollens fulmine dextra, fero bis praedita ferro.'

Βραχυλογία

Est brevitas, raptim paucis cum dicimu' multa.

30 Clandestina decet . . umbra *Haupt* Ludo est, indoctus c. p., m. optigit umbo? *Ahrens* 33 Cedet me tolere ne si minor emorere *Sirmondi apogr.* (*solum* inquam *P*), *corr. Sauppe* Caedet me: tolera. nex imminet *Ritschl* neci mittor: morere *Baehrens* nec si minor? *Ziehen* 34—42 *post* 63 *transpos. Dzialas* Ἀπαναφορα *P* 34 uno *add. Quicherat* 35 exposcens *Baehrens* exponens *P* 37 Desisto *P*, *em. Sauppe* 40 ut sit *P* 42 dicas. vis *P* 43 *Ανδιπλωσις P* 44 ut *i. e. licet* 45 vis *Ahrens* 46 partim *P*, *corr. Sauppe*

'Mentem contempla; nam consilio valuit: fors
Decepit.' 'Si peccat, homo est. concede; fatetur.'

Διαφορά

Si verbum diverse iteres, distinctio fiet.
'Cuivis hoc homini dones: homo si modo, nolit.'
'O mulier, vere mulier! scelera omnia in hoc sunt.'

Πολυσύνδετον

Multiiugum dico, articulis quod pluribu' iungo.
'Ille hunc fallit, at hic gaudet, nos vero timemus
Praesertim in peregri ne fas abrumpere tentet.'

Διαλελυμένον

Abiunctum contra est, si nullis singula necto.
'Cognoscas, qui sis, cures te, vir sapiens sis,
†Et prius verbis time illum quaelibet unum.'†

Διηρημένον

†Disparsum reddo, quod passum non ordine reddo†
'Ambo Iovis merito proles, verum ille equitando
Insignis Castor, catus hic pugilamine Pollux.'

Διέξοδος

Fit percursio, percurro cum singula raptim.
'Vim maiorem haud inveniet, parilem similemve
Vincemus, non audebit certare minore.'

47 uoluit *P* 48 si peccat *Froehlich* sepe ad *P* *Duo exempla secrevit Riese* 49 *Διαφωρ. P* diuersae *P* 50 homodo si modo *P* 51 O muli *P*, *em. Sauppe* 52 *Πωλυνδετων P* Multičongum *P* 53 at] et *Sauppe* 54 praesentim *P* tentet *Quicherat*] t et iret *P* 55 *Διαληλυμενων P* nullis *sc. nexibus* 57 *sic P.* Et peius serpente time illum qualibet unum *Ahrens: quod non est* '*abiunctum.*' Est drilus, verpus, timet illum quaelibet una *Haupt!* 58 *Διερειμμένον P, em. Quich. Διερριμμένον Schneidewin* quod *del. Riese* q. sparsum *Sauppe* non] uno *Quicherat* 60 castus hic pugill. pullux *P* *Διεξοδως P* 61 percussio *P* 62 Maiorem vim non *P* Vim maiorem *Christ* haud *Ahrens* simili in re *P, corr. Haupt* 63 certeare minorem *P, em. Ahrens*

'Επιπλοκή

Fit conexio, posterius si necto priori.
'Cum sensi, dixi; cum dixissem, inde suasi;
Cum suasissem, abii; simul atque abii, indupetravi.'

'Επανάληψις

Illa resumptio fit, quaedam cum dicta resumo.
'Cognitus est nobis, iam cognitus, ac bene novi.'
'Tu vero sapiens †cunctis, immo ipsa Minerva.'

'Επιτροπή

Fit concessio, cum quidvis concedimus optet.
'Nescivit vel non potuit vel noluit: ut vis,
Pone, tibi permitto; tamen non debuit uti.'

'Επιφωνούμενον

Intersertio, cum inseritur sententia quaedam.
'Pollet enim forma, quod regnum aetatis habendum est,
Fortuna, quae sola potest quemcunque beare.'

'Επίζευξις

Fit geminatio, cum sensus geminamus eosdem.
'Thebae autem, Thebae, vicina urbs inclytaque olim.'
'Mi nate, o mi nate, meae spes sola senectae.'

'Επεκφώνησις

Exclamatio ea est, quam ut motus reddo repente.
'A, postquam victum video me, tu improba et amens,
Fortuna, es, quos sublimas mox ipsa premendo.'

64 connexio *P* 65 dixisse *P, em. Riese* dixi *Baehrens* dixem *Sauppe* deinde *P, corr. Riese* 66 Cum suasi ipse *Baehrens* indupretraui *P* 67 *Επαναλημφις P Tres versus et 'Επανόρθωσις titulum deesse putat Rich. Schmidt (a. 1874)* 68 ac *Schneidewin* at *P* est *Sauppe* 69 cunctis *P*]; sapiens? *Haupt* imo *P* *'Επιτροπν P* 70 apte *Baehrens et Ziehen* opte *P* 71 Hisce uti *Froehlich* 72 Ponet ibi *P* *Επιφωνουμενων P* 78 meae] meme ae *P* 79 ea] mea *P* 80 At *P* Ah *Halm* per quam *Baehrens* amans *P* 81 prẹmendo *P*

Digitized by Google

Ἰσόχωλον

Fit parimembre, ubi membra †aequa et circuitus sunt.
'Cui nec finis adest cupiendi nec modus extat
Vtendi, citus in dando est, celer in repetendo.'

Μερισμός

Cum privis propria attribuas, fit distribuela.
'Huic furta in manibus, fuga plantis, ventre sagina.'
'Tu sumptu pauper, dando dis, ingenio rex.'

Μετάβασις

At remeatio fit, cum rursus me redigo ad rem.
'Verum longius excessi nec tempore in ipso
Fortasse indulgens animis: ergo redeo illuc.'

Μετάφρασις

Fit variatio, cum simili re nomina muto.
'Regnavit Libyco generi, regnavit et Argis
Inachiis, dominatus item est apud Oebaliam arcem.'

Μετάκλισις

Declinatio, cum verbo declino parumper.
'A primo puerum rectum est condiscere recte.'
'Dignos digna manent, plerumque bonis bene vortit.'

Ὁρισμός

Definitio fit, cum rem definio pro me.
'Diligere, hoc prorsum est velle id, [quod] prosiet illi:
Nam qui ad se revocat quod vult, mihi sese amat ipse.'

Ισοκολων P 82 paremembre *P* aequa et *P* aequalia *Sauppe* aequali circuitu *Baehrens recte?* 84 citius *P* inr.] ir. *P* 85 priuiis *ex* primis *P m. pr.* privis *Quicherat* destribuela *P* 86 faga *P* 88 rematio *P* 89 tempore iusto *Riese* 91 in re *Sauppe* 92 lybyco gene *P* 93 am arcem *P, cetera in Sirmondi apographo* εκκαλισις *P, em. Sauppe* 94 uerbum *Ahrens* ωρισμός *P* 96 *cf. Mus. rhen.* 46, 243. 51, 327 98 Dilige *P* velle id quod *Sauppe* Juert id *P* prosit et *P, em. Emperius* 99 vult mihi, sese *Sauppe* mihi] hic *Riese olim* magi' *Buecheler*

Ὁμοιοτέλευτον

Confine est, simili fini cum claudimu' quaedam.
'Quom minus indignatur, ibi magis insidiatur,
Vt metuas noxam, si non ostenderit iram.'

Ὁμοιόπτωτον

Aequeclinatum est, quod casu promimus uno.
'Auxilium, non consilium, rata, non cata verba,
Rem, non spem, factum, non dictum quaerit amicus.'

Πολύπτωτον

Multiclinatum contra, variantibu' quod fit.
'Tu solus sapiens, tibi cuncti cedere debent,
A te consilium petere et tua dicta probare.'

Παρονομασία

Supparile est, alia aequisono si nomine dicas.
'Mobilitas, non nobilitas.' 'bona gens, mala mens est.'
'Dividiae, non divitiae.' 'tibi villa favilla est.'

Προσαπόδοσις

Est subnexio, propositis subnectere quaeque.
'At nos non ut tu: nos simplicitate, tu arte.'
'Hoc das, hoc adimis nobis: das spes, adimis res.'

Παραδιαστολή

Subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re.
'Dum fortem, quia sit vaecors, comemque vocat se,
Quod sit prodigus, et clarum, qui infamis habetur.'

ομοιοπτελευτον P 100 Confinies simili *P* 101 Quom *Halm* Com *P* Quo . . eo *Schneidewin* 102 Vt noxam metuas *P* non] n. *P* *ομοιπτοτον* 103 Aequaeclinatum *P* Aequicl. *Ahrens.* pr. i /// uno *P* *πολιπτοτον P* 106 contraria uariantius (*em. Halm*) quod sit *P* 107 dere *om. P* *παρανομασια P* 109 alia *Sauppe* tale *P* alid *Ahrens* 110 monilitas non uilitas *P* 112 subnectio *P* 113 tuare *P*, *em. Sauppe* 114 adimes *bis P* *πραδιαστολε P* 116 forte *P* quia *P* qui *Schneidewin* uaecor *P* 117 Quod *P* Qui *Baehrens* si *P* sit *Quicherat*

Digitized by Google

Παρένθεσις

Interiectio, cum quaedam medio ordine famur.
'Huc ut venimus, interea — nam tempus erat ver,
Et sacrum Florae et Cereri nemus — imus ad aras.'

Παρομολογία

Est suffessio, cum sensim pro parte fatemur.
'Verum Academicus est.' 'Esto: tamen omnia nulli
In dubium revocant.' 'At quaedam; at pleraque, si vis.'

Πρόληψις

Anticipatio fit, contraria cum occupo verba.
'Credo, ille et flebit multum et iurabit, amicos
Producet testes: sed vos rem quaerere par est.'

Παρόμοιον

†Adsimula, momento cum simile hoc facio illi.
'Nam plebeius homo, ut ferme fit libera in urbe,
Reg[nat] ibi, et puncto regnat suffragioloque.'

Παρρησία

Inreticentia, cum verum reticere negamus.
'Dicere, quod res est, cogor; vos ista, Quirites,
Vos facitis, dum non dignis donatis honores.'

Πρότασις

Propositum, cum proponas, quod deinde repellas.
'Est ornanda domus spoliis: hic ornat amicam
Exuviis. leges discendum est: discit amores.'

Παρεντεσις P 118 Interfectio *P* 120 Cereris *Sauppe* 121 suffasio *P* sensi *P, corr. Baehrens* 122 Academicus *Haupt* academia *P* 123 Ad *P* at *Baehrens* et *P* sibi *P, corr. Quich.* quivis *Baehrens* *Προλησις P* 125 illae fleuit mṽltũ et iurauit amico *P, em. Quich. et Sauppe* 126 Producit *P* pars est *P* 127 Atsimula momento cum s. *P* Adsimile a m. *Quicherat* Adsimulatio, cum nomen *Buecheler* Adsimile est, cum agnomento *Froehlich* Adsimilamen erit tum, cum *Ziehen* 128 Nan *P* 129 Reg *P* Legibus et *Buecheler* que| qui *P* 131 ista *Quicherat* ita *P* 133 Propositio *P* -itum *Quich.*

Digitized by Google

Πάντα πρὸς πάντα

Cuncta ad cuncta, ut: 'Gens Graia, Afra, Hispanica servit;
Nam partim meritost ultus, partim insidiantes
Praevenit, partim victor virtute subegit.'

Συναθροισμός

Est conductio conquegregatio, cum adcumulo res.
'Multa hortantur me: res, aetas, tempus, amici,
Concilium tantae plebis, praenuntia vatum.'

Συνοικείωσις

Conciliatio, diversum si conciliamus.
'Prodigus [est] et parcus idem: [nam] nescit uterque
Vti opibus, peccant ambo; res deterit ambos.

Τρίκωλον

Teriuga sunt, quae respondent secum ordine trino.
'Si neque divitiis polles neque corpore praestas
Nec corde exuperas, cur te dicam esse beatum?'

Χαρακτηρισμός

Fit depictio, cum verbis ut imagine pingo.
'Pocula, serta tenens flexa cervice iacebat,
Limodes, gravis optutu, madido ore renidens.'

Ἐπιτίμησις

Est correctio, cum in quodam me corrigo dictu.
'Nam tarde tandem — tarde dico? immo hodie, inquam.'
Vel sic: 'non amor est, verum ardor vel furor iste.'

136—138 *damnat H. Kropp* 137 meritostultos *P, em. Sauppe* 138 p̃ueni *P* invictos *Ahrens* uirtutem̃ *P* *Συναεροισμος P* 141 Concilia *P* denuntia *P* praenuntia *Halm* natum *P* *Συνοικιωσις P* 143 Prodigiis *P* est *et* nam *add. Quicherat* 144 deterit *G. Loewe* dederet *P* dedecet *Quicherat* *Τρικωλων P* 145 trina *Sauppe, sed cf. v.* 2 *Χαρακοηρισμος P* 148 depinctio *P* uerb. *P* 149 ferta *Quicherat* 150 Limonides *P, em. Haase* *Επιτειμησις P* 153 uerbum *P*

Digitized by Google

Προυπάντησις

Fit praeoccursio, si reddas priu' posteriori.
Vt: 'pluvias cernas nolle istos ac cupere illos:
Lirantes cupiunt imbrem noluntque viantes.'

Ἀναστροφή

Esse reversio et in prosa solet, ut fit in istis:
'Pauxillam ob culpam.' 'male quod vult.' 'praecipiti in re.'
Troianos facit ire ut divus Homerus 'aves ut.'

Ὑπερβατόν

Transcensus porro est, cum intersita pendula claudo.
'Atque ego, quod negat hic vivis, ius eripit omne,
Fas abolet, laedit leges, haec omnia mitto.'

Ἀντεναντίωσις

Exadversio fit, minimis si maxima monstres.
'Non parva est res, qua de agitur' pro 'maxima res est,'
Vt dictust Aiax 'non infortissimu' Graium.'

Ζεῦγμα

Nexum est, si varias res uno nectimu' verbo.
'Oebalon ense ferit, Lycon hasta, Pedason arcu.'
Nam mediost 'ferit' et fini pote principioque.

154 redas prius *P* 155 ac cupere *Sauppe* (at c. *Baehrens*) accipere *P* 156 Lirantes *G. Loewe* Arantes *P* Artrantes *Froehlich* 158 Pausillam occultam *P, em. Ahrens* praecipit *P, em. Schneidewin* 159 ut duuius *P* Troianos facit ire viros *H. Riese* 'aves ut' *separat Baehrens. Il. II* 459 *spectat ad Danaos* 160 interposita *P* 161 uiuis *P* quidvis *Sauppe* necat hic civis *Baehrens recte?* 162 laedet *P* 164 pro maxima *Ahrens* sed proxima *P* 167 *cf. c.* 392, 3; 2 Lycon ferit *Christ, recte?* asta pidason arci *P* 168 Nam *Baehrens* Nunc *P* mediost *scripsi* medius *P* medium(st) *alii* fuerit *P, em. Schneidewin* sini *P*

Μεταβολή

Si verbum varie mutes, variatio fiet.
'Quis nos propter te dilexit? quando aliquem tu
Iuvisti? quas res gessisti? cur ita abundas?'

Ἀλλοίωσις aut *Ὑπαλλαγή*

Fit mutatio multimodis. 'Bello Africa flagrat,'
Afros cum dicas bellare. et tempora quando
Et casus numerosque figurando variamus.

Ἔλλειψις

Fit defectio, cum verbum, quod subtraho grate,
Defit. 'Curat enim nemo nec corrigit hanc rem,
Sed culpat.' quippe hic 'quisquam' subtraximu' grate.

Πλεονασμός

Exuperatio fit, cum causa appono decoris,
Quod vacat, ut: 'quarta vix demum exponimur hora;'
'Saucius ille leo' — quia 'vix' pote tollere et 'ille'.

Περίφρασις

Est autem circum illa locutio: 'bucera saecla'

. . . . . .

'Fac discas' pro 'disce', et pro 'dic' 'dice loquendo.'

Προσδιασάφησις

Si plenum cumules, adsignificatio fiet.
Vt: 'mihi non placet hoc animo.' quippe ['hoc] animo' aufer,
Et nihilo minus est plenum; verum auxerit illud.

169 uariae *P* 170 nos *Quicherat* non *P* 171 Iuvisti *Sauppe* Iussisti *P* *Τναλλαγη P* 172 multis modis *P* *Ελλνπσις P* 177 subtrax, *P, corr. Quicherat* 178 cum *Christ:* quod *P* 179 quod *Christ:* cum *P*. *Horat. serm. I* 5, 23. 180 uim *P* *Προσδιαγραφεσις P, em. Sauppe* 184 comules atsignificatio *P* 185 hoc *addit G. Loewe,* hinc *Halm* tu quippe *Sauppe* 186 Enihilo *P* illum *P, corr. Quich.* Expł *subscr. P*

485ª (*olim* 731)

LACTANTII

B. M. —
B. III 253.

De ave phoenice

Est locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet aeterni maxima porta poli,
Nec tamen aestivos hiemisve propinquus ad ortus,
Sed qua sol verno fundit ab axe diem.
Illic planities tractus diffundit apertos,
Nec tumulus crescit nec cava vallis hiat;
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
Per bis sex ulnas imminet ille locus.
Hic Solis nemus est et consitus arbore multa
Lucus, perpetuae frondis honore virens.
Cum Phaethonteis flagrasset ab ignibus axis,
Ille locus flammis inviolatus erat,
Et cum diluvium mersisset fluctibus orbem,
Deucalioneas exsuperavit aquas.

485ª. *Cf. quae disputavi in Claudiano Ieepii II* 190 *sqq.* *P = Parisinus* 13048 *saec. VIII fol.* 47 (*v.* 1—110). *contulit M. Bonnet.* *V = Veronensis* 163 *saec. IX init., fol.* 14 *r.* *L = Leidensis Vossianus, Q.* 33 *saec. X.* Īt Lactatii de eadem ave (*post Phoenicem Claudiani*) *V.* Versus Lactantii de ave phoenice *L.* *Inscr. om. P.* — *Apud gramm. de dubiis nominibus ut Lactantii laudantur v.* 7 (sed trimontes), 16 (adhesit), 23 (tendet), 24 (Necauit), 50, 96, 127, 137 (oculos). — *Librorum longe optimus est P, in quo, si ab orthographicis discesseris, perpauca vitia insunt taliaque quae a scriptura archetypi paene evanida originem trahunt; contra in V et magis in L emendandi conatus non pauci sed plerique infelices deprehenduntur.* *L non nisi a v.* 110 *plene exhibebo.* — *v.* 1—16 *in Einsidlensi* 266 *s. X sunt.* *Recentiores* ς *sunt multi* (*Cantabrig. G g* 5, 35 *s. XI; Parisin.* 8091 *s. XII; Toletanus* 13, 6 *s. XII—XIII; Bodleianus F* 2, 14 *s. XII; alii*) 1 *sqq. cf. Lactantius Instit. divin. II* 12, 15. *Epitome* 23. 2 patit *P* poli] *PV* caeli *L* 3 hiemesue *V* hortus *P* 4 uerbo *P* 5 defundit *V* 6 Nęc *P* 8 imminet *PV*, *constructum ut* despicit *v.* 40 eminet *L* illę *P* 9 solus nemos *P* 11 faetontaeis *P* phaetonteis *V* 14 Deo- *P* Dio- *V* -llio- *V* exup. *P*

Non huc exsangues morbi, non aegra senectus,
Nec mors crudelis nec metus asper adest;
Nec scelus infandum nec opum vesana cupido
Cernitur aut ardens caedis amore furor;
Luctus acerbus abest et egestas obsita pannis
Et curae insomnes et violenta fames.
Non ibi tempestas nec vis furit horrida venti
Nec gelido terram rore pruina tegit,
Nulla super campos tendit sua vellera nubes,
Nec cadit ex alto turbidus umor aquae.
Sed fons in medio [est], quem 'vivum' nomine dicunt,
Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis,
Qui semel erumpens per singula tempora mensum
Duodecies undis inrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero stipite surgens
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phoenix:
Vnica sed vivit morte refecta sua.
Paret et obsequitur Phoebo memoranda satelles:
Hoc Natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
Cum primum rosea sidera luce fugat,
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas,
Ter quater e vivo gurgite libat aquam.
Tollitur ac summo considit in arboris altae

15 *sq. cf. Verg. Aen. VI* 275 *sqq.* exsanguis *PL* morbus *L* 16 adest *PV* adit *L* 17 uaesana *PV* 18 Aut mętus *P* Aut metus *VL* Cernitur *scripsi dubitanter* Aut vis *de Winterfeld* Aut Pavor *Goetz* cedis *P* cedit *V* 19 aceruus *PV* aegestas *PV* 20 insomnis nec *P* 21 tempes *P* 22 gelida *P* proina *V* 23 uellere *P* 24 umur V^1 humor *PL* 25 est ς, *om. VPL alii. Colorem observa christianum, cf. Apocalypsis Joh.* 22, 1—2 27 s. t. m. *VL*] singulis nubes *P* 29 arborem *P* de (*m.* 2) stipite *V* 31 locus V^1 fenix *PL* foenix *V* 32 sed] quae *Francius* 33 Parit *PL* foebo *PL* satellis V^1 36 s//dera *V* (i *m.* 2) 37 pia *P* 38 surgite V^1 39 considit ς consedit *PVL* arborę *P*

Digitized by Google

Vertice, quae totum despicit una nemus,
Et conversa novos Phoebi nascentis ad ortus
Expectat radios et iubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae
Et primi emicuit luminis aura levis,
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus
Et mira lucem voce ciere novam,
Quam nec aēdoniae voces nec tibia possit
Musica Cirrhaeis adsimulare modis,
Sed neque olor moriens imitari posse putatur
Nec Cylleneae fila canora lyrae.
Postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi
Atque orbem totum protulit usque means,
Illa ter alarum repetito verbere plaudit
Igniferumque caput ter venerata silet.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas
Innarrabilibus nocte dieque sonis,
Antistes luci nemorumque verenda sacerdos
Et sola arcanis conscia, Phoebe, tuis.
Quae postquam vitae iam mille peregerit annos
Ac si reddiderint tempora longa gravem,
Vt reparet lapsum spatiis vergentibus aevum,
Adsuetum nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit,

40 dispicit *P* 42 Ex pectus *P* 43 At quae *P* ibi, *sed corr.*, *L* pepullit *P* 44 laeuis *P* 45 sagri *V* modolamina *PV* 46 ciere *P* uerere *V* referre *L* luce .. noua *L* 47 Aed-] ęd- *P* idu- *V* aid- *L* -eae *libri* nocis *P* 48 cirrheis *V* cirreis *L* cerreis *P* adsimolarę *P* assimilare *VL* 49 holor *P* imitare ' se *P* putatur *V* putetur *PL* 50 cıllineae *P* cilleneae *V* luere *P* 51 phoeuus *P* foebus *L* eff. *P* diffudit *V* diffundit *L* 52 usquę *P* medos *V* osque micans *Goetz* 54 Igneferumque *V* 55 celeris *P* 56 Inennarr. *V* 57 antistis *P* que *om.* ς uerenda *P* ueneranda *VL* 58 foebe *L* 59 mile *P* pergerit *V* 60 si *P, scripsi* (*temporale est, ut Lactant. opif. dei* 9, 3) se *VL alii.* reddiderent *P* -runt *V* -rit *L* 61 repararet *V* fatis *L* 62 cubicule *L* 63 sca *libri* reliquid *PV* relinquit *L*

Digitized by Google

Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longaeva volatus,
Phoenices nomen cui dedit ipsa vetus,
Secretosque petit deserta per avia lucos,
Sicubi per saltus silva remota latet.
Tum legit aërio sublimem vertice palmam,
Quae Graium phoenix ex ave nomen habet,
In quam nulla nocens animans prorepere possit,
Lubricus aut serpens aut avis ulla rapax.
Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris,
Ne violent flabris aëra purpureum
Neu concreta noto nubes per inania caeli
Submoveat radios solis et obsit avi.
Construit inde sibi seu nidum sive sepulchrum;
Nam perit, ut vivat: se tamen ipsa creat.
Colligit hinc sucos et odores divite silva,
Quos legit Assyrius, quos opulentus Araps,
Quos aut Pygmaeae gentes aut India carpit
Aut molli generat terra Sabaea sinu.
Cinnamon hic auramque procul spirantis amomi
Congerit et mixto balsama cum folio:
Non casiae mites nec olentis vimen acanthi

64 tum *L* mox *libri:* mors ς *edd.* 66 'Fortunati' *apud Miconem v.* 164 Phoenicis *P* foenice *V* fenicis *Mico, L* uaetus *P* uetustas *VL* 67 lucus *V* 68 sastus *sed corr. V*¹ 69 Cum *P* aereo *V* uerticẽ *V* 70 graium *P, Heinsius* gratum *VL* foenix *V* fenix *L* habuit *P* 71 Id *P* It *V* qua *V* Et qua ς, *Goetz* prorepere *P* proripere *V* prorumpere *L* 73 uentus *P* claudent *V* pandentib; *V* eulos *P* 74 fabris *V* pũporeum *P* purpereum *V* 75 congreta *V* noto *P* not(h)us *VL* 76 redios *P* radius *L* obsit ς bosit *P* ussit *VL* 77 sepulchum *P* 78 sed tamen *VL* 79 odoris *P* 80 opolentus *V* Arabs *edd.* 81 pigmeę *P* pigmaee *V* pigniae *L* 82 mollit *P* s ab ea *P* 83 *sic P* Cinnamomũ *V* Cynnamoum *L* hinc ς spumantis *L* 85 caseae *P* mites *P* -tis *VL* achā *V* achanti *L*

Nec turis lacrimae guttaque pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas
Et sociat myrrae vim, panacea, tuam.
Protinus instructo corpus mutabile nido
Vitalique toro membra vieta locat.
Ore dehinc sucos membris circumque supraque
Inicit, exequiis inmoritura suis.
. . . . . .
. . . . . .
Tunc inter varios animam commendat odores,
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Aestuat, et flammam parturit ipse calor,
Aetherioque procul de lumine concipit ignem:
Flagrat, et ambustum solvitur in cineres.
Quos velut in massam, generans in morte, coactos
Conflat, et effectum seminis instar habet.
Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
Sed fertur vermi lacteus esse color.

86 lagrimae *V* 88 sociat *P* socia *L* sociam *V* panacheę *P* -chea *VL* tuę *P* turis *V* ture *L* 89 instructos *P, corr. Heinsius* instractis *L* His protinus structis *V* mobile *L* 90 Nidaliq; *L* quieta *L, corr. Heinsius* quiete *PV* 91 sucus *P* que] quae *P bis* circũ quaq; supra *L* *Post* 92 *lacunam constituit Birt; cf. ex Gregorio Turonensi de phoenice haec:* „ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit (*v.* 91). Tunc diversis modulis incipit cantus effundere suaves ac de nido exsiliens aquarum se undis inmergit. quod cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum adtrahitque denuo super se odoramenta quae detulit. Emicante autem sole primum ei iubar inferit igneum (*v.* 97) *sqq.*“ *Haec Lactantium ait referre. vide infra.* 93 inter *VL*] in *P* animam commendat *est ex ev. Lucae* 23, 46. odoris *PV* 94 depositam *PL* tibet *P* 95 Interimit *P* 97 concepit *P* 98 soluitus *P* cinerem *libri, corr. Ritschl* 99 generans *Ziehen*] cineres *PL* -ris *V* in morte *codd. recc.* in more *PVL* natura umore *Ritschl* cineres natura *Buecheler. alia alii* coactus *PL* 100 affectu *P* 102 uerni *P* uermi *V* -mis *L* lactibus *P*

Digitized by Google

Crescit, et emenso sopitur tempore certo,
Seque ovi teretis colligit in speciem.
Ac velut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
Mutari tineae papilione solent,
Inde reformatur qualis fuit ante figura,
Et Phoenix ruptis pullulat exuviis.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe,
Nec cuiquam inplumem pascere cura subest.
Ambrosios libat caelesti nectare rores,
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primaeva coepit florere iuventa,
Evolat, ad patrias iam reditura domus.
Ante tamen, proprio quidquid de corpore restat,
Ossaque vel cineres exuviasque suas
Vnguine balsameo myrraque et ture Sabaeo
Condit et in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus gestans contendit Solis ad ortus
Inque ara residens ponit in aede sacra.
Mirandam sese praestat praebetque verendam:
Tantus avi decor est, tantus abundat honor.

103 Creuerit *PVL* Crescit in ς et *scripsi* emenso *Brandt:* inmensum *libri* sopitur *Klapp:* subitus *P* -to *L* -tur *V* 104 o ui *P* collegit *V* 107. 8. 5. 6: *sic transposuit Leyserus*, 107 *sq. post* 102 *Baehrens* 108 Mutare *P* -ri *V* Motare *L* tineae *Didacus Covaruvias apud Thomasium* pinnae *PV* pennae *L* papiliones *PV* -nis *L* 106 f(o)enix *VL* pululat *V* exubiis *PL* exuuis *V* 109 est *om. L* 110 cuique *V* subest: *hic desinit P* 111 ambrosius V^1 113 in dolorib; *V* 115 Ast] Has *L* coeperit *L* iuuentus *L* 116 domos *L* 117 quicquid *L* 118 Ossa quae *L* 119 myrr. *V* murr. *L* sabeo *V m.* 2] soluto *L* solo V^1 121 genstans *L* ortus] urbem (*Heliopolim*) *Gryphiander recte?* hortos *Ziehen* 122 arma *L* promit *VL, corr. ed. Veneta* 1509 sagra *V* 123 Mirandum *L* uerendam *Baehrens* uehentes *V* uehementes *L* videnti *edd.* videndam ς 124 aui *Heinsius* ubi *V* ibi *L* habundat *VL*

Primo qui color est malis sub sidere Cancri,
    Cortice quae croceo Punica grana tegunt;
Qualis inest foliis, quae fert agreste papaver,
    Cum pandit vestes Flora rubente solo:
Hoc humeri pectusque decens velamine fulget;
    Hoc caput, hoc cervix summaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fulvo distincta metallo,
    In cuius maculis purpura mixta rubet.
Alarum pennas insignit desuper iris,
    Pingere ceu nubem desuper aura solet.
Albicat insignis mixto viridante zmaragdo
    Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculi: credas geminos hyacinthos,
    Quorum de medio lucida flamma micat.
Arquatur cuncto capiti radiata corona,
    Phoebei referens verticis alta decus.
Crura tegunt squamae fulvo distincta metallo;
    Ast ungues roseo tinguit honore color.
Effigies inter pavonis mixta figuram
    Cernitur et pictam Phasidis inter avem.
Magnitiem terris Arabum quae gignitur ales

125 Primo qui *scripsi:* Principio *libri* malis *scripsi:* qualis *libri* caeli *VL:* Cancri *Klapp* (1875) (*cf Verg. ecl.* 10, 68) 126 Cortice *scripsi* Mitia quę *V* Mittia qui *L* cruceo V^1 corio *Goetz* pumica *L* legunt *VL, corr. Heinsius* 128 flore *VL* Flora *Heinsius* caelo *VL* polo V^2 solo *Heinsius* ruente solo *Knappitsch* 131 porregitur *V* distenta *VL, corr.* ς 132 Alarum *Ritschl* Harum pinnas (pennas *L*) insigne desuperiris (superaris *L*) *VL* alis *add. V* insignit *Schoell* 134 Pinguere *V* aura *VL* (*i. e. splendor ut v.* 44), *quod retinui* (acta *Heinsius*) alta ς 135 insigne *V* mixtis *L* smaragdo *V* 137 oculos ς iyachintos *V* hiacinctbos *L* 138 lucidã *L* migat *V* 139 Arquatur *Klapp* Aequataque noto (notho *L*) capiti *VL* Aptatur *Oudendorp* cuncto *scripsi* 140 Foebei *V* Foebo̊. ę *L* 141 Grura *V* flauo *V* distinctã *L* f. d. m. *delet Ritschl* 142 roseus *V* 143 pauones *V* mixtaque *V* figura *VL* 144 fasidis *VL* 145 Magnitidc̃ *Bodleianus F* 2, 14 *s. XII* Magna itidem *Baehrens* alis *V*

Digitized by Google

Vix aequare potest, seu fera seu sit avis.
Non tamen est tarda ut volucres, quae corpore magno
Incessus pigros per grave pondus habent,
Sed levis ac velox, regali plena decore:
Talis in aspectu se tenet usque hominum.
Huc venit Aegyptus tanti ad miracula visus
Et raram volucrem turba salutat ovans.
Protinus exculpunt sacrato in marmore formam
Et titulo signant remque diemque novo.
Contrahit in coetum sese genus omne volantum,
Nec praedae memor est ulla nec ulla metus.
Alituum stipata choro volat illa per altum
Turbaque prosequitur munere laeta pio.
Sed postquam puri pervenit ad aetheris auras,
Mox redit: illa suis conditur inde locis.
O fortunatae sortis felixque volucrum,
Cui de se nasci praestitit ipse deus!
Femina seu [sexu seu] masculus est seu neutrum:
Felix, quae Veneris foedera nulla colit!
Mors illi Venus est, sola est in morte voluptas:
Vt possit nasci, appetit ante mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater et suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.

146 potes *L* auis sit *V* 147 parua *VL* tarda ς uolocres *V* 148 decora *L* 150 aspectus *L* 151 Hic *VL* 152 uolocrem V^1 resultat *L* 153 sculpunt sagrato V^1 *post* in *erasum* cori *L* 155 coetus *L* omnẽ *L*, *cf. Claudian. Laud. Stilich. II* 414 *sqq.* 156 nec ullus *L* 157 Alitũ *L* 158 murmure *Heins* 160 *ante* illa *interpunxi* unde *V* 161 Ad *V* At *L* O *Gallaeus* -tę *V* filisque uolucrum *VL* filique *Heinsius* felixque ς 163 Femina seu masculus est seu neutrum (felix *add.* *V*) *VL* F. seu sexu seu *Brandt* mas *Heinsius*. *Versus est spondiacus qualis Prudentii apoth.* 266 (. . egerit aut quo pacto). F. seu, felix, seu masculus est seü n. *Winterfeld Herm.* 33, 163! 'Ipsa (*phoenix*) est sibi uterque sexus, . . ipsa genus' *Zeno Veronensis* († 380) *I* 16, 9 166 'mors natalicius dies' *id.* 167 prolis *L*

Digitized by Google

Ipsa quidem, sed non [eadem est], eademque nec ipsa est,
Aeternam vitam mortis adepta bono.

B. M. —
B. III 169.

485ᵇ

Iustius invidia nihil est, quae protinus ipsum
Auctorem rodit excruciatque animum.

169 eadem est *add. Baehrens, om. VL* eaedãque *V* 'Phoenix non alia, sed quamvis melior alia, tamen prior ipsa' *Zeno l. c.* 170 adᵐepta *L.* — *Ad hoc carmen illustrandum pertinent quae Gregorius Turonensis* De cursu stellarum c. 12 *refert haec:* 'Tertium est quod de phoenice Lactantius refert. magna est, ait, corpore et decora plumis unguibusque et oculis. quae alterius avis non est iuncta consortio nec iuncta coniugio. nam et nescire homines manifestum est cuius sit generis, masculus an femina sive neutrum (*u.* 163). haec postquam mille transierit annos, petit locum omnibus locis mundanis praeminentem (8), in quo habetur lucus viridi coma verno hibernoque perdurans, in cuius medio fons est magnus et ubertate profluus et lenitate praeclarus (25). huius in litore [est] arbor nobilis reliquas luci arbores proceritate praecellens. in huius arboris vertice haec avis de diversis pigmentorum generibus construit sibi seu nidum sive sepulchrum (77) insedensque in medio eius ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit. tunc diversis modulis incipit cantus effundere suaves ac de nido exiliens aquarum se undis inmergit. quod cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum adtrahitque denuo super se odoramenta, quae detulit. emicante autem sole primum ei iubar inferit igneum, adprehensoque nido tota integre concrematur. tunc pulvis exustus ad se colligitur et in unam massam quasi in ovi speciem conglobatur ac exinde iterum surgens resumpta vita nutritur, nec cuiquam homini, dum implumis est, pascere cura est (110), tantum caelesti rore nutrita ad pristinam speciem revocatur, et ipsius figurae eisdem plumis eodemque colore reparata progreditur ut prius fuerat ante mortem. quod miraculum resurrectionem humanam valde figurat et ostendit, qualiter homo luteus redactus in pulverem sit iterum de ipsis favillis tuba canente resuscitandus.'

485ᵇ. *Vaticanus* 3321 *saec. VIII fol.* 207 *Isidori differentiarum* (2 rodet excruci; adq:), *qui hausit ex Hieronymo VII* 586 *ed. Vall.:* Pulchre quidam de neotericis, Graeco-

Digitized by Google

485ᵉ

Epitafium Lucani poetae B. M. B. —

Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi.

486

REMI FAVINI

De ponderibus B. M. — B. V 71.

Pondera Paeoniis veterum memorata libellis

rum versum transferens . . Iustius *sqq.* *Einsidlensis* 326 *saec. X fol.* 90: 2 Corrodit auctorem e. animam — *Cf. Damasus ed. Ihm p.* 7; *XXII. Anthol. Palatina XI* 193:

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ.
Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

485ᵉ. *Sic Bernensis* 363 *s. VIII. cf. c.* 668. 1 Cordaba *b* B

486. *Codicum familiae: I. A* (*Vindobonensis* 16 *olim Bobiensis saec. VIII—IX fol.* 48 *v.* 1—155; *fol.* 70 *manu tertia v.* 156—208. *Contul. Endlicher a.* 1828 *et Baehrensio Huemer*). *II. B* = *Parisinus* 7496 *s. IX, Parisinus* 7498 *s. IX, Guelferbytanis Gud.* 132 *s. X et Gud.* 64 *s. X, libri A manus* 2 *et* 3, *Vossian. oct.* 12 *s. IX—X, Cantabrig. Trinity B* 15, 14 *s. X in., Bernensis* 357 *s. X, Vossianus q.* 33 *s. X, Monacensis* 18375 *s. X, Paris* 8069 *s. XI, Regin.* 1709, *Sangall.* 817 *et Laurent. S. Marci* 554 *et Urbinas* 290 *et Paris.* 12117 *et Puyensis* (*Mus. Rhen.* 47 *suppl.* 112 *in quo* 'Remus Faunus' *poeta audit*): *omnes s. XI; alii.* I. A^1 (*m. pr.*) *tantopere genuinitate praestat, ut huius lectiones m. pr. plene adnotare sufficiat, ita ut ex silentio quoque meo eas certo agnoscas. Ubi e re videbitur, A m.* 2 *et* 3, *graviora ex B, Vossiani* 33 *m. alteram* (*u*) *cum* A^1 *conspirantem afferam. Accuratiora sed inutilia pleraque vide in ed. mea priore et in Baehrensiana.* De ponderibus *A. Inscriptione carent Par.* 7496 *Gud.* 132 *alii.* Remi Fauini epistola de ponderibus ex sensu eiusdem clari oratoris (*Rufini qui praecedit*) ad Symmachum metrico iure missa incipit *Par.* 7498 *et fere Voss. oct.* 15. Remi Fauini de ponderibus et mensuris *Gud.* 64, *Monac., alii.* Itē Prisciani lib̄ de ponderibus et m̄suris ex opere Rufini uł Fauiani: I. de ponderibus et mensuris *Voss. q.* 33 *et fere Regin.* 1709. Versus Prisciani grammatici de figuris numerorum et ponderum *Sangall.* 817. Incipiunt uersus Prisciani de ponderibus *Par.* 8069. 1 peonis *A*

Digitized by Google

Nosse iuvat. pondus rebus natura locavit
Corporeis: elementa suum regit omnia pondus.
Pondere terra manet: vacuus quoque ponderis aether
Indefessa rapit volventis sidera mundi.
Ordiar a minimis, post haec maiora sequentur.
Nam maius nihil est aliud quam multa minora.
Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo
Gramma vocant, scriplum nostri dixere priores.
Semina sex alii siliquis latitantia curvis
Attribuunt scriplo, lentis vel grana bis octo,
Aut totidem speltas numerant tristesve lupinos
Bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,
Servarent eadem diversae pondera gentes.
Nunc variant: etenim cuncta haec non foedere certo
Naturae, sed lege valent hominumque repertis.
Scripla tria dragmam vocitant, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis;
Olceque a dragma non re sed nomine differt.
Dragmam si gemines, erit is quem dicier audis
Sicilicum: dragmae scriplum si adiecero, fiet
Sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.
Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.
Vncia fit dragmis bis quattuor; unde putandum
Grammata dicta, quod haec viginti et quattuor in se
Vncia habet: tot enim formis vox nostra notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.
Vnciaque in libra pars est quae mensis in anno.
Haec magno Latio libra est gentique togatae:

2 rerum natura *A* rebus A^2B locabit *A* 4 uacus A^1 7 $\frac{1}{n}$ A^1 minuta *B* 9 Dragma *A*, *corr. m.* 3 scripulum *ubique B* 11 Attribuo *A*, *corr. m.* 2 15 etenim *A m.* 2 *B* et cum *A m. pr.* 17 tria: t *m.* 3 *A* drachmam *vulgo, et sic infra* 18 facile *A* 19 que] quae *AB* ab, *sed corr., A* erit is *A*] aderit *B* 21 Silicum *A, teste Buehrensio* 24 bis IIII *A* 25 Dragmata, *corr., A* et *om. B* 27. 26 *A m. pr.* 27 In se horis quod m. peraget A^1

Digitized by Google

Attica nam minor est: ter quinque hanc denique dragmis
Et ter vicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, parvo quam nomine Grai
Mnam vocitant nostrique minam dixere priores.
Centum hae sunt dragmae; quod si decerpseris illis
Quattuor, efficies hanc nostram denique libram;
Attica quae fiet, si quartam dempseris unam.
Cecropium superest post haec vocitare talentum
Sexaginta minas, seu vis, sex milia dragmas,
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;
Nam nihil his obolove minus maiusve talento.
Nunc dicam, solidae quae sit divisio librae
Sive assis (nam sic legum dixere periti),
Ex quo quod soli capimus perhibemur habere,
Dicimur aut partis domini pro partibus huius.
Vncia si librae desit, dixere deuncem,
Ac si sextantem retrahas, erit ille decuncis.
Sed nullum reliquo nomen semuncia certum
Dempta dabit, neque [quae] est huius sescuncia triplex.
Dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto;
Cumque triens desit, bessem dixere priores.
Idem septuncem dempto quincunce vocarunt.
Post haec semissis solidi pars maxima fertur;
Nam quae dimidium superat, pars esse negatur,
Vt docuit tenui scribens in pulvere Musa.

30 quinques ad $\overset{t}{A}$ quinis A^2 hanc *vel* haec *B*, *om. A* 32 patrio *Vinetus* 33 Nam A^1B mnam A^2B nostrique minam *et* priores *om.* A^1, *qui* quã dixere duellã *ex v.* 23. *Recte* A^2B 34 quae si *A* 36 emnam *libri* unam *Vinetus.* 37 docuisse *libri, nisi quod* uocare A^1, dixisse A^3, uocitare *u* memorare *Hultschius* novisse *Theureuk* 38 minis A^1 mnas *Vinetus* bis *libri* dragmis A^1, dragmas A^2 42 Seu *AB* 43 cepimus peribemur *A* 46 Ac xi *A* detrahas A^1u deuncis A^1 47 relinquo A^1 48 quae *add. Wernsdorf* huius *om. A* sescuncia A^2 sexuncia A^1 50 uesen A^1 besen A^2B 51 septunciem A^1 $\overset{i}{q}\overline{\text{cmq}}$. A^1 53 que dimedium *A* 54 tenuis A^1

Digitized by Google

Cetera dicta prius, quibus est semuncia maior.
Haec de ponderibus: superest pars altera nobis
Vmida metiri, seu frugum semina malis.
Cuius principio nobis pandetur origo.
Pes longo in spatio latoque altoque notetur,
Angulus ut par sit quem claudit linea triplex,
Quattuor et medium quadris cingatur inane:
Amphora fit cybus hic, quam ne violare liceret,
Sacravere Iovi Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidium fert urna, ut [et] ipsa medimni
Amphora, terque capit modium; sextarius istum
Sedecies haurit, quot solvitur in digitos pes.
At cotylas, quas si placeat dixisse licebit
Eminas, recipit geminas sextarius unus,
Quis quater adsumptis fit Graio nomine choenix.
Adde duos, chus fit, vulgo qui est congius idem,
E quo sextari nomen fecisse priores
Crediderim, quod eos recipit sex congius unus.
At cotyle cyathos bis ternos una receptat.
Sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.
Bis quinae hunc faciunt dragmae, si adpendere malis:
Oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.
At mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri
Quam vocitant chemen, capit haec coclearia bina.

55 ęsset uncia (t *ex corr.*, *suprascr.* ẽ sem) *A* 57 mauis *B* 59 long(o *ex corr.*) in spati/// *A* 60 Angelus A^1 62 Anphora *A* 64 dimedium *A* fertur nam ipsã A^1. urna A^2 fertur nam ut ipsa *B* edemni A^1 66 aurit A^1 quod s. indirit ospes A^1 67 Ad *A* colittas A^1 (cotilas A^2B) *V.* 68 *cum nota* 'Flavianus', 73 *cum nota* 'Favinius' *laudantur a Micone in Poetis aevi Caroling.* III 285 *et* 282 *v.* 141 *et* 58. 68 Emina *A* 69 Qui *AB*, *em. Endlicher* graia *A* cenis *A* cenix A^2 70 chus A^2B] huius A^1 71 Aequo *A* sextarii *A* 73 cotilem *A* cyatos *A* uix A^1, *corr.* A^2 74 chyato *A* 76 Hoscibafon A^1 oxybafon *A*, *ex corr.* 77 *om.* A^1, *add.* A^3 *in mg.* Ad *B* ciati A^3B sed A^3 at *B* 78 ////emen *A*, ch *in ras.* gam *u* coclaria *A*

Digitized by Google

Quod si mensurae pondus conponere fas est,
Sextari cyathus pars est quae est uncia librae;
Nec non oxybaphi similis sescuncia fiet,
Sicilicumque tibi mystro simulare licebit.
Coclear extremum est scripulique imitabitur instar.
Attica praeterea discenda est amphora nobis
Seu cadus: hanc facies, nostrae si adieceris urnam.
Est et bis decies quem conficit amphora nostra
Culleus: hac maior nulla est mensura liquoris.
Est etiam terris quas aduena Nilus inundat
Artaba, cui superest modii pars tertia post tres,
Namque decem modiis explebitur artaba triplex.
Illud praeterea veteres perhibere memento,
Finitum pondus varios servare liquores.
Nam librae, ut memorant, bessem sextarius addit,
Seu puros pendas latices seu dona Lyaei.
Addunt semissem librae labentis olivae
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
Haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:
Namque nec errantes undis labentibus amnes
Nec mersi puteis latices aut fonte perenni
Manantes par pondus habent, non denique vina
Quae campi et colles nuperve aut ante tulere.
Quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.
Ducitur argento tenuive ex aere cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit harundo,
Cui cono interius modico pars ima gravatur,

80 Si sextarios *A*, *em. Hultsch.* chyatus *A* est *om. libri praeter u* 81 hoxsebaphi *A* oxybaphi *A ex corr.* uncia *A*, sexcuncia *A ex corr.* 82 mistro *A* 83 clocleare *A* 84 anphora *A* 85 facies *B*, *in ras. add.* A^2 87 hac A^2B: hanc *A* maioris *A* 89 Arta ua *A*, *em.* A^2 90 modiis *B u* modios *in ras.* A^2 explebit *A*, *em.* A^2 91 ueteris *A*, *om. B* 93 besēn *A* 94 plendas *A*, *corr.* A^3 95 oliui A^2B 98 errantis *A*, *recte?* 99 forte *A* 100 Manantes A^2B Manentes *A* 101 et *sic A* 102 mecanica *A*, *em.* A^2 103 Dicitur A^1B Ducitur A^2B tenuesue *A* cilindrus *A ubique*

Ne totus sedeat totusve supernatet undis.
Lineaque a summo tenuis descendit ad imam
Ducta superficiem, totidemque in frusta secatur,
Quot scriplis gravis est argenti aerisve cylindrus.
Hoc cuiusque potes pondus spectare liquoris.
Nam si tenuis erit, maior pars mergitur unda;
Sin gravior, plures modulos superesse notabis.
Quod si tantundem laticis sumatur utrimque,
Pondere praestabit gravior; si pondera secum
Convenient, tum maior erit quae tenuior unda est;
Ac si ter septem numeros texisse cylindri
Hos videas latices, illos cepisse ter octo,
His dragma gravius fatearis pondus inesse.
Sed refert aequi tantum conferre liquoris,
Vt gravior superet dragma, quantum expulit undae
Illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
Haec de mensuris. quarum si signa requires,
Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.
Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fulvo si quis permisceat auro,
Quantum id sit quove hoc possis deprendere pacto,
Prima Syracosii mens prodidit alta magistri.
Regem namque ferunt Siculum quam voverat olim
Caelicolum regi ex auro statuisse coronam,
Conpertoque dehinc furto — nam parte retenta
Argenti tantundem opifex inmiscuit auro —
Orasse ingenium civis, qui mente sagaci,
Quis modus argenti fulvo latitaret in auro,
Repperit inlaeso quod dis erat ante dicatum.

106 Ne *u B* Neȩ *A* Nec *B* 107 descendat *A* descendit *B* ima *B* 109 Quod *A* 111 si *om. A* pergitur *A* 112 Si grauio plures modulatus suo peresse *A*, *em.* A^2 114 Pondera *A u* -re *B* 116 septies *A* 120 *dedi ex B.* Vt dragma superet sua q. *A* dragma superet grauior A^2 undas A^2 126 reprendere *sed corr. A* 127 syracusi *A* -cusii *u B* alta prodidit A^1 130 forto *A* retentã *A* 131 *sic vulgo.* Tantundem argenti *libri* 133 modus A^2 minor A^1 134 Reperit inlaesco (co *in ras.*) *A*

Digitized by Google

Quod te, quale siet, paucis (adverte) docebo.
Lancibus aequatis quibus haec perpendere mos est
Argenti atque auri quod edax purgaverit ignis
Impones libras, neutra ut praeponderet, hasque
Summittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,
Protinus inclinat pars haec, quae sustinet aurum;
Densius hoc namque est, simul aëre crassior unda.
At tu siste iugum mediique a cardine centri
Intervalla nota, quantum discesserit illinc
Quotque notis distet suspenso pondere filum.
Fac dragmis distare tribus. cognoscimus ergo
Argenti atque auri discrimina; denique libram
Libra tribus dragmis superat, cum mergitur unda.
Sume dehinc aurum cui pars argentea mixta est
Argentique meri par pondus, itemque sub unda
Lancibus impositum specta: propensior auri
Materies sub aquis fiet furtumque docebit.
Nam si ter senis superabitur altera dragmis,
Sex solas auri libras dicemus inesse,
Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis cum mergitur undis.
Haec eadem puro deprendere possumus auro,
Si par corrupti pondus pars altera gestet.
Nam quotiens ternis pars inlibata gravarit
Corruptam dragmis sub aqua, tot inesse notabis
Argenti libras, quas fraus permiscuit auro.
Pars etiam quaevis librae, si forte supersit,
Haec quoque dragmarum simili tibi parte notetur.
Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum

136 haec] et *A u* 138 neultra A^1 140 pars A^2B, *om.* A^1 141 grassior A^1 144 Quodque *A* Quotue *Christ* filo *A* 148 mixtast *A* 149 pars *A* idemq. *A* 150 impositum *B* imposuit ispetua *A* expecta *B* 151 docebis *A* 152 superabit ut *A* 154 imp. *A* 156 *sqq: cf. p.* 29 157 pars *om. et in mg. add. A* 158 inlibato *A* 163 *sequentia quoque ab Archimede inventa esse dicit K B Hofmann, progr. Vindob.* 1885. aquis] *hic desinit familia B*

Ars docuit, quam tu mecum experiare licebit.
Ex auro finges librili pondere formam,
Parque ex argento moles siet; ergo duobus
Dispar erit pondus paribus, quod densius aurum est.
Post haec ad lancem rediges pondusque requires
Argenti, nam iam notum est quod diximus auri,
Idque fac argento gravius sextante repertum.
Tunc auro, cuius vitium furtumque requiris,
Finge parem argenti formam pondusque notato:
Altera quo praestat leviorque est altera moles,
Sit semissis onus: potes ex hoc dicere, quantum
Argenti fulvo mixtum celetur in auro.
Nam quia semissem triplum sextantis habemus,
Tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,
Quantumcumque siet, fraus id permiscuit auro.
Causa[que] cur ita sit, prompta est, si discere verum
Non pigeat veterumque animos intendere chartis.
Nam si disparibus numeris accesserit idem,
Servat inaequales itidem, tantumque manebit
Discrimen quantum fuerat prius, idque notabis,
Sive in temporibus quaeras, seu pondera rerum
Seu moles spectare velis spatiumque locorum.
Quare diversis argenti aurique metallis,
Quis forma ac moles eadem est, par addito pondus:
Argento solum id crescit, nihil additur auro.
Sextantes igitur quot tum superesse videbis,
In totidem dices aurum consistere libris,
Parsque itidem librae sextantis parte notetur.
Quod si forte parem corrupto fingere formam
Argento nequeas, at mollem sumito ceram.
Atque brevis facilisque tibi formetur imago

164 q tum *A* 165 fingis *A* 167 densior auro *A*, *em. Christ* 169 auro *A* 170 Facq; id *A*, *corr. Baehrens* 171 requires, *sed corr.*, *A* 174 honus *A* 177 quoque *A* 179 que *Hultsch*, *om. A* 189 quos *A*, *em. Denisius* tu *A*, *em. Buecheler* 194 Aeque *A*, *corr. Endlicher*

Digitized by Google

Sive cybi seu semiglobi teretisve cylindri,
Parque ex argento simuletur forma nitenti,
Quarum pondus item nosces. fac denique dragmas
Bis sex argenti, cerae tres esse repertas:
Ergo in ponderibus cerae argentique liquebit,
Si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.
Tum par effigies cera simuletur eadem
Corruptae, cuius fraudem cognoscere curas.
Sic iustum pondus, quod lance inveneris aequa,
In quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,
Si foret argenti moles quae cerea nunc sit.
Cetera iam puto nota tibi — nam diximus ante —
Quo pacto furtum sine aquis deprendere possis.
Haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

487

HILARII ARELATENSIS

B. M. — B. fragm. p. L. 420.

Si vere exurunt ignes, cur vivitis, undae?
Si vere extinguunt undae, cur vivitis, ignes?
Lympharum in gremiis inimicos condidit ignes:
Communes ortus imperat alta manus.
. . . . . .

195 cubi *Endlicher*. *Finem deesse puto.*

487. *A* = *Vindobonensis* 16 *saec. VIII—IX, fol.* 56. 2 extingunt *A* 3 Limph. *A* *Cf. Gregorius Turonensis De cursu stellarum* 14: 'Quintum (*miraculum*) est de fontibus Gratianopolitanis, de quibus simul et latex manat et ignis . . Hinc Hilarius quidam ait: Si . . manus, et reliqua.' *Hilarius Arelatensis scripsit* 'Versus fontis ardentis' *Honoratus Massiliensis Vita Hil.* 11

Digitized by

487ª (*olim* 683)

B. IV 20. M. 1173.
B. III 245.

Epitaphium Vitalis mimi

Quid tibi, Mors, faciam, quae nulli parcere nosti?
Nescis laetitiam, nescĭs amare iocos.
Ilis ego praevalui toto notissimus orbi,
Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper. quid enim, si gaudia desint,
Hic vagus ac fallax utile mundus habet?
Me viso rabidi subito cecidere furores;
Ridebat summus, me veniente, dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis
Nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praesentia nostra timores
Et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis, tragica quoque voce placebam
Exhilarans variis tristia corda modis.
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Vt plures uno crederĕs ore loqui.

487ª. *C* = *Corbeiensis nunc Petropolitanus F* 14, 1 *saec. VIII—IX apud de Rossi, Inscrr. christ. Vrbis Romae II* 1, 283; *cf. Studia Vindob.* 8, 166. *T* = *Turicensis* 78 *s. IX fol.* 95. *Hos adnotabo; rarius hosce: B* = *Reginensis* 2078 *s. IX—X fol.* 121; *Sangall.* 877 *s. X; Parisin.* 2772 *s. X—XI (P) fol.* 96; *Parisin.* 8319 *s. XI (Q); Reginenses* 1414 *s. XI (D) et* 1578 *s. XI. Inscr. deest C T.* Epitaphium Vitalis mimi *Q.* Epitafium filii Cat(h)onis *B P alii* (*in nonnullis est prope Catonis disticha*). Epitaphiũ Vitalis mimi filii Catonis (!) *D.* Epitaphium ioculatoris *Paris.* 3761 *s. XIII.* 1 *cf. Poet. Carol. III* 201. nosti] nescis *C.* V. 1—2 *est* 'In epitaphio filii Catonis Censorini' *Ermenricus* († 874) *in ep. ad Grimoldum* 2 amarae *C* -re *ceteri* amara *Burmann* iocum *Erm.* 3 urbi *C B P* not, *supra scr.* nitid, *T* 4 c(a)esus *B P* 6 uagis *B P* 7 rapidi *C* 8 Ridebam *C* 10 nobilitate *Q*; *B*? t.] tibi *C* 12 ora *T B P* 13 tragia *C* uoce *C*, *Pithoeus* uerba *ceteri* veste *Buecheler* 14 Exilarans *T Q B* 15 Angebam *P D* habitu *C* loquentum *Q ex corr.* -tis *C* -t̃ *T* -tur *ceteri* 16 crederes *T ex corr. m. pr.* crederis (*T*) *ceteri*

Digitized by Google

Ipse etiam, quem nostra oculis geminabat imago,
Horruit in vultus se †magis isse meos.
O quotiens imitata meo se femina gestu
Vidit et erubuit totaque mata fuit!
Ergo quot in nostro vidĕbantur corpore formae,
Tot mecum raptas abstulit atra dies.
Quo vos iam tristi turbatus deprecor ore,
Qui titulum legitis cum pietate meum:
'O quam laetus eras, Vitalis' dicite maesti,
'Sint tibi, Vitalis, sint tibi laeta modo.'

487ᵇ (*olim* 659)

Romae in imagine Constantini B. M. B. —

Credite victuras anima remeante favillas
Rursus ad amissum posse redire diem.
Nam vaga bis quinos iam luna resumpserat orbes,
Nutabat dubia cum mihi morte salus.
Irrita letiferos auxit medicina dolores,
Crevit et humana morbus ab arte meus.
O quantum Petro donavit Christus honorem:
Ille dedit vitam, reddidit iste mihi.

17 I. e. q.] Speciem que *C* imagos *C* 18 magice *Ziehen* ///isse *ex* ///nse *T* ense *BPD* esse *C* //esse *Q* 19 quotiens *CQ* -ies *cett.* meos es semina *BPD* femine *T.* R/ (*i. e.* require) *in mg. T* 20 mata *i. e. stupefacta, cf. Petronius* 41, 12. que(m) mata *PD* que compta *CT* que/// mata *Q* quem nata *B* 21 Ego *B* nostra *C* quot *ex* qui *T* quod *B* nideantur *Q* vivebant *Goetz* ridebant *Hauthal* corpora, *sed corr., T* 22 raptus *C* rapitor *Q* raptor *ceteri; em. Pithoeus* adra *B* 23 Quod *PD* 24 tumulum *libri* titulum *Burmann* mę^{c}ũ *T, B* 25 uitales *C* 26 uitales *C* -lis *ceteri,* -les *ex* -lis *T*

487ᵇ. *C = Corbeiensis, vide ad* 487ª; *cf. de Rossi, Inscrr. christ. II* 79 *et* 144. *Plene adnotabo. V = Valentianus* 393 *saec. IX fol.* 88. *Inscr. V; om. C.* In fronte super portico ipsius sancti Petri *Palat.* 591 *s. XV.* 2 Cursus *C* Rursũ *V* 3 orbis *V* 4 dubior *V* 7 Pro *C* largus $\overline{\text{XPC}}$—onorem *C* 8 reddedit *C*

Digitized by Google

B. II 220.
M. 845
B. V 385.

487ᶜ (*olim* 734)

Epitafium Terentii

Natus in excelsis tectis Karthaginis altae
Romanis ducibus bellica praeda fui.
Descripsi mores hominum, iuvenumque senumque.
⟨Qualiter et servi decipiant dominos,
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus⟩
Haec quicunque leget, hic puto cautus erit.

B. III 144.
M. 275. B. —

487ᵈ (*olim* 769)

Versus in mensa sancti Augustini

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hac mensa indignam noverit esse suam.

487ᶜ. *B* = *Bernensis* 363 *s. VIII—IX fol.* 27ᵛ. *E* = *Einsidlensis* 362 *s. IX.* *P* = *Paris.* 7895 *Terentii s. X. Hos adnotabo. Est et in Lipsiensi I* 4, 37 *s. X, Harleiano* 2750 *s. X—XI, Escorialensi S III* 23 *s. XI, Paris.* 3761 *s. XIII. C. Sulpicii Apollinaris esse Opitz censuit Stud. Lips.* 6, 200. *Inscripsi ut B; om. E P.* Versus Terencii *Esc.* 1 excelsis *P* -sae *B E* Kartag. *B P* altis *Lips.* 4—5 *om. P: et melius aberunt.* meritrix *B* meretris *E* confrungat *B* confingat *Harl., om. E* 6 H. q. legat *B, om. E* leget *Escor.* Que quisquis tentat *P* hic *scripsi* sic *libri* puta *P*

487ᵈ. 'Contra pestilentiam humanae consuetudinis in ea [mensa] scriptum habebat „Quisquis .. sibi"; et .. illius scripturae oblitos .. aspere aliquando reprehendit, commotus ut diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut se de media refectione ad suum cubiculum recessurum' *Possidius vita Augustini* (*Migne* 47, 23 *et* 32, 1 *sq.*) *c.* 22. *B* = *Phillippicus nunc Berolinensis* 128 *saec. VIII—IX fol.* 143 *al. manu.* *R* = *Regin.* 421 *s. XI. Beda* (*Migne* 91, 1010). *Inscripsi ut B* beati *R* 1 Hanc mensam *B R Poss.* Hac mensa ς suam *B R* (*sc. vitam*) sui *Remensis* 1043 *s. XIII.* vetitam n. e. sibi *Possidius*

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM SAECVLI NONI

Digitized by Google

488

B. V 88.
M. 1054.
B. V 353.

Nomina feriarum

Prima dies Phoebi sacrato nomine fulget.
Vindicat et lucens feriam sibi Luna secundam.
Inde dies rutilat iam tertia Martis honore.
Mercurius quartam splendentem possidet altus.
Iuppiter ecce sequens quintam sibi iure dicavit.
Concordat Veneris magnae cum nomine sexta.
Emicat alma dies Saturno septima summo.

489

AVGVSTINI

De anima

B. M. B. —

Omnia sunt bona: sunt, quia tu, bonus, omnia condis.
Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus, amantes

488. *R* = *Reginensis* 215 *s. IX. Contulit Riese.* *P* = *Phillippicus Berol.* 128 *cf. ad* 487[d]. *Contulit Magnus. Est etiam in Sangall.* 251 *s. IX,* 450 *s. IX,* 397 *s. IX,* 459 *s. X, Vaticano* 644 *et Urbinate* 290 *et Ambrosiano D* 48 *inf. s. X, Cheltenham.* 8462 *s. X, Sangall.* 184 *s. X—XI, Oxoniensi coll. S. Johannis* 18 *s. XI, Parisino* 4883 *A s. XI (in quo c.* 488—490[a] *ex R sunt descripta), Einsidl.* 319 *s. XI, Sangall.* 878 *s. XI—XII, Regin.* 123 *et* 421 *s. XI aliis. Notabo RP. Inscripsi ut R.* Versus septem dierum *P* 1 sacratus *P* 4 splendens percurrit ouantem *R* altum *P, recte Oxon.* 5 Iupiter *R* q. sibi uindicat alte *R* 7 almus *P* summo *P*] compta *R* Quos tenet antiquus gentili pectore ritus *add. Einsidl.* 319.

489. *Primus edidi in ed. pr. ex Parisino* 4883 *A, cf. ad* 488. — *Augustinus de civitate dei XV* 22: 'Ita se habet

Digitized by Google

Ordine neglecto pro te, quod conditur abs te.
Omnia nam, quae sunt, a te sunt, te sine nil [est].
His sine tu, simul es pro cunctis his et in illis.
His sine [tu], quod es, es; non hi sunt te sine, quod sunt.
Ac nec id hi quod tu, nec tu quod hi, sed in illis
Totus ades: in te totus, totus et in ipsis.
Hi nam nec sibi nec tibi toti, sed sibi sunt hoc
Quod sunt, in quantum sunt, in tantum sibi toti.

Vt natura docet ratio perceptaque monstrat,
Totus homo est anima (siquidem hic sibi totus habetur).
Quicquid abest, extra se nec in se sibi sentit.
Deficit in toto, cum totus †se sibi constat.
Dum stat corporeus, homo semper et hic et ubique
Non habet in sese aeternos et tempus et actum;
Sic habet hoc nec habet, est et non est etiamque
Tempus habet; vivit, cum corporealis et ipse est;
Tunc habet, est cum tempore et hoc ipso sine non est.
Cum non corporealis erit, ipsum neque tempus
Tunc habet et non est nec esse habet hoc, quod amisit:
En homo finit et est non iam homo; sic quoque tempus.
Non ita, vis animae ut careat semper, sed ubique
Cum nova nempe novo descendit corpore tota.
Semper habet et ubique, neque est et habet ubicumque.

omnis creatura. Cum enim bona sit, et bene amari potest et male . . Quod in laude quadam cerei breviter versibus dixi: Haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti. Nil . . . abs te (*v.* 2. 3)'. *Attamen medio aevo factos dixit Baehrens PLM III* 263. — *Augustinus ib. XVIII* 23 *ut* versus latinos de Graeco utcunque translatos *adfert hos* 27 *versus:* Iudicii signum: tellus sudore madescet *sqq.* — *Est in R* (*cf. ad* 488) *et in Sangallensi* 64 *s. IX fol.* 268. Versus. Š. Agustini de anima *R, quem adnotabo. v.* 1 *affertur a Beda art. metr. = Gramm. lat. Keilii VII* 245. Haec tua . . ista creasti *Aug. l. c.* 4 nichil *R* est *addidi* 6 His sine es qđ es non *R*; *correxi* 9 toti tibi *R, transposui* 11 percautaque *R, correxi* 14 se: *fortasse* re 15 stat *i. e.* extat; *cf.* stare *Italicae linguae* 16 aeterno sed *R, correxi* 17 nec *ego* et non *R* 19 hoc ipsum *R, correxi* 20 corporeus erit ac ipsum *R, correxi*

Digitized by Google

Ex quo constat ut est, naturam sumsit ut esset.
Semper habet, quoniam esse quod est non desinet esse.
Sunt eique modi, qui cuncta secuntur, adhaesi:
Sensus et ingenium, ratio, mens, perspicua quae
Et diffusa manet, cum sit in corpore toto;
Emigrat, ubicumque aciem porrexerit extra
Subtilique oculo, quoquo se verterit, adstat
Intuitu mentisque doletque cupit metuitque,
Gaudet, et ista gerit gestu sine corporis ullo,
Vt deus inmortalis et intrectabile lumen.
Permanet ipsa, deus minime, similis sed in istis,
Nonque dei pars sed similis per talia vivit.
Hoc vero esse quod est numquam desistit adesse.
Illius igneus est vigor, ex quo corporealem
Inspirando calet massam diffusa per artus.
Corporeis licet officia gestis varientur,
Auditu visu olfactu tactu quoque motu,
Illa tamen spirando calet animatque replendo
Omnia nec †quidam †habet aut nec sumit ab ipsa.
Namque loco non corporeo concluditur ullo:
Est incorporea informis substantia quaedam.
At deus 'esse' habet, et fuit, et est semper in illo,
Dispar in hoc, quod cuncta tenet perlustrat et implet,
Totus ubique manetque patetque et regnat ubique.
Haec aut lapsa chaos aut ad [caelum] alta volabit;
Haec loca sorte capit, sed dispar vivit in illis:
Si felix fuerit, hic tunc felicior extat,
Si infelix, etiam multo infelicior illic.

28 *fol.* 128 *r. R* eique *cf. L. Mueller. de re metr. p.* 272. 29 que *R* 33 *fort.* cupit metuitque doletque? 39 *sic R* 44 nec quidquam valet aut desumit *puto* 48 cunta *R* 49 manet et ubique patet et regnat ubique *R*, *em. Buecheler.* 50 caelum *add. idem* 52 fueris *R, correxi*

Digitized by Google

490

B. M. — B. III 267.

TIBERIANI

Versus Platonis de Graeco in Latinum translati

Omnipotens, annosa poli quem suspicit aetas,
Quem sub millenis semper virtutibus unum
Nec numero quisquam poterit pensare nec aevo,
Nunc esto affatus, si quo te nomine dignum est,
Quo sacer ignoto gaudes, quo maxima tellus
Intremit et sistunt rapidos vaga sidera cursus.
Tu solus, tu multus item, tu primus et idem
Postremus mediusque simul mundique superstes.
Nam sine fine tui labentia tempora †finis.
Altus ab aeterno spectas fera turbine certo
Rerum fata rapi vitasque involvier aevo
Atque iterum reduces supera in convexa referri,
Scilicet ut mundo redeat, quod partubus †austrum
Perdiderit refluumque iterum per tempora fiat.
Tu, siquidem fas est in temet tendere sensum
Et speciem temptare sacram, qua sidera cingis
Inmensus longamque simul complecteris aethram,
Fulmineis forsan rapida sub imagine membris,

490. *Est in R, in Parisino (P)* 2772 *s. X—XI, quem contuli, Paris.* 4883 *A ex R descripto* (*cf. ad* 488), *Paris.* 17160 *s. XII, Vindobonensi* 143 *s. XIII, ex quo primus ed. M. Haupt* 1838. *Adnotabo R et P.* Versus Platonis de dō *R, Par.* 4883 *A.* Versus Platonis a quodam Tiberiano de greco in latinum translati *P*; *similiter Vind.* 1 suscipit *P* 2 mellenis *P* semper *om. R* 4 effectu *R* 5 quod maxima *libri, em. Quicherat.* 6 Intremuit *R* 8 superestas *P* 10 spectans *libri.* 11 facta *R* 12 referre, *sed corr.*, *R* 13 partibus *libri* ///austrum *R* abstrum *P* partubus aethra *G. Hermann* aevum *i. e. aeternitas, conieci* 14 tempora *R* corpora *P* 15 Te *R* 16 saram *P* 17 a&ram *P*; *interpunxit Ziehen* 18 fulmencis *P* fulmineus *R* imaginē *P* fulgentis .. Phoebi *Baehrens*

Digitized by Google

Flammifluum quoddam iubar es, quo cuncta coruscans
Ipse vides nostrumque premis solemque diemque.
Tu genus omne deum, tu rerum causa vigorque,
Tu natura omnis, deus innumerabilis unus,
Tu sexu plenus toto, tibi nascitur olim
Hic deus, hic mundus, domus haec hominumque deumque,
Lucens, augusto stellatus flore iuventae.
Quem (precor, aspires), qua sit ratione creatus,
Quo genitus factusve modo, da nosse volenti.
Da, pater, augustas ut possim noscere causas,
Mundanas olim moles quo foedere rerum
Sustuleris animamque levi quo maximus olim
Texueris numero, quo congrege dissimilique,
Quidque id sit vegetum, quod per cita corpora vivit.

490ª (*olim* 763)

Officia duodecim mensium

B. M. — B. V 354.

Artatur niveus bruma Ianuarius †arva.
Piscibus exultare solet Februarius altis.
Martius in vites curas extendit amicas.
Dat sucum pecori gratanter Aprilis et escam.
Maius hinc gliscens herbis generat †nigra bella.
Iunius auratis foliis iam pascua miscet.

19 coruscas *P* coruscant *R* 20 *cf. Ilias* 3, 277 *Ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς sqq.* aperis *G. Hermann* 21 dei *R* 24 Hic cunctus mundus *Baehrens* haec *scripsi*] hic *P R* ominumq; *R* 25 angusto *R P* stellatur *P* -tus *R* iubente *Par.* 17160 iuventae *Quicherat* iuuentus *R P* 26: *fol.* 129 *R.* 26 aspirass *P* si *R* 27 modo] mo *R* 28 angustas *R u.* 30 *om. R* maximi *P* 31 qua *R* 32 Quidquid id est *libri, em. Baehrens* quod *om. P* p concita *P. Finem deesse olim statui; nunc prooemium maioris carminis esse puto.*

490ª. *R* (*cf. ad* 488), *H(arleianus* 3091 *s. X Baehrensii). Hos notabo. Carmen nescio an in Gallia Germaniave ortum sit.* 1 atra *conieci* 2 febroarius *H* 4 aprelis *R* 5 vela (*i. e. arborum umbras*) *Buecheler* 6 pascua *H* pocula *R*

Digitized by Google

Iulius educit falces per grata virecta.
Augustus Cererem pronus secat agmine longo.
Maturas munit September ab hostibus uvas.
Elicit October pedibus dulcissima vina.
Baccha November ovans condit sub clave fideli.
More sues proprio mactat December adultas.

491

B. M. B. — Sedulius ed. Huemer p. 307.

TVRCII RVFI ASTERII

Sume, sacer meritis, veracis dicta poetae,
Quae sine figmenti condita sunt vitio.
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,
Per quam iustus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse iubeto,
Cuius ope et cura edita sunt populis.
Quem quamvis summi celebrent per saecula fastus,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

7 fauces *H* prata *RH* 8 primus *vulgo* 9 minuit *H* 9—12 . . imber *RH* (11 *solus R*) 11 Bacha *R* 12 adultus *H*

491—493 *accurate et copiose ed. Huemer in Sedulio C S E Lat. X* 307 *sq. apud quem videsis plura. Equidem sequar et adnotabo G = Parisinum* 14143 *s. IX et (in solo c.* 492) *Gothanum I* 75 *s. VIII* (Γ). *Hic illic afferam Parisinum* 8094 *s. XI* (*P*), *olim a me collatum; Reginensem* 333 *s. X ut coniecturis temptatum* (*cf.* 493, 5) *et reliquos multos Sedulii codd. omittam (est et in Phillippico Berol.* 171 *s. IX; Antverpiensi* 126 *s. X*). — **491.** *Taurinensis Univ. E* 4, 42 *Sedulii saec. VII—VIII fol.* 27: 'Incipet atrum (*l.* alterum) opus id est ex vester (*l.* vetere) testamenti liber primus et ex novo quattuor qu// Sedulius inter cartolas suas sparsas reliquid, et recolliti adunatique sunt a Tuscio Rufo Asterio. v̄c ex console (494) ordꝭ patricio, suprascriptorum editore librorum.' *Haec paulum immutata posteriores libri praemittunt carmini* 491, *ut P.* Versus eiusdem (*sc. Asterii*) *G* Asterii versus *Par.* 8319 *s. XI.* 1 veracia *Sirmond* 5 iubetor *Ziehen* 6 tradita *Huemer* 7 fasti *Cellarius*

492

Versus BELLESARII scolastici

B. M. B. — Huemer p. 308

Sedulius Christi miracula versibus edenS
Emicat, invitans parvae ad solemnia mensaE
Dignum convivam: non hunc, †qui carperet illuD,
Vix quod nobilium triplici fert aula paratV,
Laetum quod ponit sub aurea tecta tribunaL,
In quo gemmiferi (totque aurea vasa) canistrI
Vivida pro modico portant sibi prandia victV,
Sed quod holus vile producit pauperis hortuS.
At post delicias properant qui sumere magnA,
Nituntur parvum miserorum spernere germeN,
Tutum quod nihil est, dum nil cum ventre tumesciT
Insidias membrisque movens animaeque lŭdentI:
Si tamen his dapibus vesci dignatur egeniS,
Temnat divitias animus paucisque quiescaT,
Exemplo adsumptus Domini, qui milia quinquE
Semotis cunctis modicis saturavit ab esciS.

493

Versus LIBERATI scolastici

B. M. B. — Huemer p. 309.

Sedulius Domini per culta novalia pergenS
En loca prospexit multo radiantia florE:

492. *Sic inscr. Γ P, Cheltenham.* 21162 *s. X, alii; inscr. erasa in G, om. Reg.* 333 *alii* (Bellaesarii *Glasgow. I* 2, 15 *s. XI ex. Imitatur Sedulii I* 1—16) 3 *sic Γ.* carpiset *G m.* 1 carpescat *P* carpserit *Arevalus* carpeat *Sittl* cui cura(e) erit *propono* 4 Vix ad *G* profert triplici *Γ* 5 ponet *G* 6 que *om. Γ* 8 ortus *Γ*, *G m.* 1 9 dilitias *Γ* (*G m.* 2) 11 *sic Γ.* dum cum nil *G P* tutum nil *Huemer* 12 *prius* que *om. libri* movent *Huemer.* — animae laudenti *Γ* a. que luenti *G sequor P.* 13 dignantur *Γ* dignatur *G P* -atus ς aegenis *Γ* 15 ass. *G* quo *G*

493. *G P. Sic inscr. Regius mus. Brit.* 15 *B* 19 *s. IX; Edinburgensis* 18, 7, 7 *s. X in.* Versus anacrostici de Sedulio Liberti scolastici *Antverp.* 126. *Inscr. om. G P, plerique.* 2 perspexit *Reg.* 333 radientia *G P*

Digitized by Google

Discurrit per prata libens, quo gramine DaviD
Vidit divino modulantem carmina cantV.
Laudăbili psallente viro refluunt citharae meL.
Ille ubi grandisoni captus dulcedine plectrI
Vritur et celeri graditur per lilia passV
Sacratosque iterum late conspexit amoenoS,
Aeterna Christi fluvius quos abluit undA,
Nec passus torpere diu doctoris acumeN
Tunc sua Daviticus delectus plectra poposciT.
Irrita polluti contemnens numina mundI
Signa crucis fronti ponit, breviterque triumphoS
Tangit, Christe, tuos numerosaque praemia libaT.
Ergo dum vario decorat sua rura colorE,
Stabunt hi gărrula dicti testudine versuS.

B. M. B. —

493ª

Haec Augustini ex sacris epigrammata dictis
Dulcisono rhetor componens carmine Prosper
Versibus hexametris depinxit pentametrisque,
Floribus ex variis ceu fulget nexa corona.
Vnde ego te, lector, relegis qui haec sedulus, oro,
Intentas adhibere sonis caelestibus aures.
Istic nam invenies, animum si cura subintrat,

3 quod *G P* 5 *sic G P, alii.* Laudis ceu p. viri *Reg.* 333 *prosodiae emendandae causa* (Laudis et *Regius*). Laudato *Fabricius* refluit *Reg.* 333 cytherae *an* cithara *incertum P* cytharę *G* 6 plecthri *P* 8 prospexit *Reg* 333 9 fluuio *G* -ius *P* -ios *alii* habuit *G* 10 Nam *G m.* 1, *P* Nec *pauci* 12 contempsit *Reg.* 333 13 triumphus *G m.* 1 15 uera *G P* sura *Reg.* 333 16 Stabant *G P* -bunt *Reg.* 333, *alii* garrula *noli mutare.* — *Similis argumenti carmina hic subiungam.*

493ª. *Est in Antverpiensi* 126 *s. X, A = Ambrosiano M* 32 *sup. s. X, Reginensi* 230 *s. X, Harleiano* 110 *s. IX—X, Casinensi* 226 *s. XI, Paris.* 8094 *s. XI, Angelicano V* 3, 22 *s. XI, recentioribus.* — *A (cf. Nuntii acad. Vindob.* 67, 546): 2 rethor conpones 3 exametris 5 horo 6 adibere

Digitized by Google

Maximĕ quid doceant sacrae modulamina legis
Observare homines, vel quid sibi maximĕ vitent,
Sidereum caeli cupiunt qui scandere regnum.

493ᵇ

B. M. B. —

Augustine, tonans divino fulmine linguae
Impia daemonicae refutas ludibria sectae
Atque loquellosi confundens dogmata ritus
Pandis iter verum, quo cives tendere monstras
Urbis inocciduae, qua vita perennis habetur.

494

B. M. — B. V 363.

Discipulis cunctis domini praelatus amore,
Dignus apostolico primus honore coli,
Sancte, tuis, Petre, meritis haec munera supplex
Chintila rex offert. Pande salutis opem!

494ª (*olim* 880)

B. M. B. — Claudianus ed. Birt p. 399.

In Sirenas

Dulce malum pelago Siren volucresque puellae
Scyllaeos inter fremitus avidamque Charybdin

9 uetent 10 capiunt

493ᵇ. *est in Regio Mus. Brit.* 15 *B* 19 *s. IX—X, cf. Mus. rh.* 31, 94, *his verbis additis:* In fine XI libri Augustini de civitate dei isti versus habentur scripti. 1 tonas *cod.*

494. *Carmen Chintilae, Visigothorum a.* 636—640 *regis. V = Vossianus q.* 69 *saec. IX, quem afferam. — Est in Valentiano* 387 *s. IX, Montecassinensi* 320 *s. X—XI, al. — Cf. de Rossi, Inscrr. christ. II* 1, 254. — *Alia regum Germanorum carmina vide c.* 483; (*Chilperici*) *Mus. rhen.* 44, 547.
4 chintilla *V*

494ª ᵇ. *V = Veronensis* 163 *saec. IX, cf. ad c.* 485ª. — 494ª. Eiusdem (*i. e. Claudiani*) in Sirenas *V*. 1 sirenae *V* siren *cod. Cuiacii v.* 1 *delet Ieep* uolocres *V*

Digitized by Google

Musica saxa fretis habitabant, dulcia monstra,
Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis
Implessentque sinus venti de puppe ferentes,
Figebat vox una ratem. nec tendere certum
Delectabat iter reditus, otiumque iuvabat,
Nec dolor ullus erat; mortem dabat ipsa voluptas.

494ᵇ (*olim* 881)

B. M. B. — Birt p. 399.

Laus Herculis

Pieridum columen, cuius Parnasia magno
Numine templa sonant, Phoebe, precor, huc age, laeto,
Tecum †cuncta choro; penetralia sancta sororum
Et nova Castalios latices per rura petentem
Hippocrenaeon victorem sistere fontum
Me fac. namque tuam non nunc novus advena turbam
Ingredior, laurusque gerens et florea sertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum,
Testor adhuc veteres quamvis desuetus honores.
Alcides mihi carmen erit, non vana Tonantis
Progenies, dignus credi post viscera numen,
Cuique per inmensos invicti roboris aestus
Nec nasci potuisse vacat. nam lucis in ipsis,
Inclite, primitiis tardo vix editus ortu
Fecisti de patre fidem. sed cur mihi lentis
Ludis adhuc, Cirrhaee, modis tenerumque resultans

6 furentes *cod. Cuiacii* faventes *Ieep* 8 odium *Claverius* 9 color *V, corr. Camers.*

494ᵇ. Eiusdem (*i. e. Claudiani*) Laus Herculis *V* 2 Nomine *V* laeto p. h. a. phoebe *Camers* 3 iunge ch. *Claverius* penetralibus *V* 5 Hippocreneon *V* sistere] *i. e. exsistere* fontem *V, corr. Buecheler* siste refotum me famaeque *Birt* 6 Me fameque tuam *V, corr. Claverius* 7 lauros *vulgo* 8 *post* vatum *punctum delevi ed. pr.* 10 non vana *Scaliger* romana *V* 11 nomen *V* 12 Cuique per *Birt* super *Livineius* Cui semper *V* 14 Inclyte *V* principiis *Camers* 15 fecesti *V* 16 chirrhaee *V*

Digitized by Google

Luxuriante leves impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo molle canis, et frondis amatae
Linque nemus, mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare sub umbra.
Iam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus. sed regia Iuno
Impedit et partus prohibet nascique vetabat,
Vt metus ipse deum monstret. nec vivida caeli
Semina mortales norunt sentire latebras,
Nec possunt sufferre moras. datur inde novercae
Materies, gravibusque odiis augmenta ministrat,
Quod vinci coepisse pudet. — Mox inproba binos
In tua membra iubet, dum nasceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, squamosaque iussus
Armat colla furor, nec, quamvis maxima tractu,
Tardata spiris sequitur pars cetera pectus.
Tristis Tartarea vibratur sibilus aura.
Morte rubent oculi trifidisque horrentia linguis
Ora sonant nigrumque fremens levat ira venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis,
Caelicolum regina, iuvat? cur obicis angues?
Cur parvo geminos? anne unum posse necari
Iam strato Pythone times? licet omnia mundi
Monstra voces ipsamque armes serpentibus hydram,
Defendet natura deum patremque probabit
(Quod non vis constare) Iovem. — Iamque inrita taetri
Iussa parant implere angues, miseroque furore
In sua fata tument. cernit tua membra petentes
Horrescitque parens numenque ignara creasse
Mortali pietate timet. nil, sancta, superbae
Paelicis insidias, caelo modo freta, tremescas,

19 solitaque *Heinsius* 21 ferrent *Heinsius* 28 coepisse *V*] se posse *Heinsius* 32 Tardata *Riese*, Tardatam *V* Tardantur *Camers* Tardatum *Ziehen* Tarda tamen *Birt* 35 levat] fluit *Birt* 41 Defendit *V* 43 miserorumq; forore *V* 44 In tua *Scaliger* 45 nomenque *V* quae *Koch* creasset *V* 46 nihil *V* 47 tremiscas *Claverius*

Digitized by Google

Neve haec monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem!
Sic mater potes esse dei. iam tolle serenum
Laeta animum tantoque libens haec aspice vultu,
Vt deceat genuisse Iovem. depone pavorem
Indignum partu, natumque exemplar habeto.
Cui metuis, nihil ipse timet. nam numine recto
Ridebas tu, dive, truces, animosque superbos
De genitore tenes, votisque aptissimus orbis
Gaudebas tantum iam tum meruisse novercam.
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,
Et manibus teneris cogens in brachia pondus
Constringis pressos, relevans tellure, dracones.
Efferat aetherium, quantum volet, orbis in axem
Latoidas verosque probet sua fabula divos,
Quod Delo iam stare licet: non aequa laborum
Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt:
Illi unum ferro, geminos et inermis et unus!
His coeptis non ulla parat cunabula partus,
Dive, tibi; sed cum totis iam bruma rigeret
Imbribus et solidis haererent flumina lymphis,
Nudum praegelidis durando firmat in undis.
Vtque rudes primo temptasti robore gressus,
Frondosae deserta vagus penetralia silvae
Secura iam matre petis telisque tremendis
Ludis et aërias adducto deicis arcu

50 tutoque *Riese olim.* vultu *i. e. despectu Birt* 51 Iovi *Heinsius* tenuisse *Cuiacius* 52 habeto *Claverius* habebat *V* quae e. habebas *Camers* 53 nomine *V* lumine *Livineius* 55 tenes *V* tenens *Heinsius* 56 tantum *V* tantam *Camers* 57 gutura *V* 58 Et] Ex *V* manibus *Riese* teneris *Camers* quamvis teneri *V* 59 *sic Riese* (*cf. v.* 136) Corripis (*ex* 57) impressos liuens t. d. *V* illidens prensos *Camers* licuens *Aldina* relevans *Birt* liquas *Ziehen* (*coll.* fluens 12, 16) 60 uolit *V* 61 Laetoidas *V* fauola *V* 62 quo *V* 63 parilis s. sortete *V* 64 g. inhermis *V* (et *add. Aldina*) 66 Diva *Camers* bruna *V* 67 lyphis *V* 70 vagus deserta *V* 71 tremendas *V* -ndis *Camers* 72 Laus *V*

Digitized by Google

Aut funda violentus aves noctemque sub astris
Exigis et puram fractis bibis amnibus undam.
Immanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaeraea cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota iuvencis
Augebatque fero vires rabiemque iuvabat,
Naturam minus esse putans. [Heu] quanta virorum
Funera! quam multos stravit cum gentibus agros!
Non illum magnae viduatis moenibus urbes
Armorum fregere minis, Martique domando
Adsuetas morsu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Eurystheus — nam te, quo cuncta levares,
Imperium duri voluit sufferre tyranni
Sic mundo Fortuna favens — hunc sternere leto
Imperat. at nullum virtus reticenda per aevum
Dignaque sidereos post membra intrare recessus
Posse mori quam vile putat! namque impiger ultro
Vadis [et] inmensae scrutatus devia silvae
In nova sanguineos armantem vulnera rictus
. . . . . .
Admonita feritate †iubas visuque cruentus
Excussis movet arma toris dubiumque residens
Infremit. invadis trepidum solisque lacertis
Grandia corripiens eluso guttura morsu
Inbellem fractis prosternis faucibus hostem.

73 uiolentus *V* -nter *vulgo* *Ante* 75: II *V* 75 Nemeae — Chymeraea *Camers, om. V* 77 tua *ex* sua *V* 79 Natura *V* heu *add. Camers* quantaque *V* 80 dentibus apros *V, corr. Riese; i. e. gentibus stratis agros vacuefecit. cf. v.* 99. *Vocula* 'cum' *aliam non admittit lectionem* constrarunt messibus agros *Heinsius* F. constrarunt candentibus (*debuit* albentibus) ossibus agros *Haupt* 81 urbis *V* 85 tyrranni *V* 87 at *Camers*] tum *V* 89 *sic Ctaverius* putas *V* 90 et *Camers, om. V* invia *V* devia *Camers* 91 armante *V* -ntem *Camers. Post* 91 *versum deesse puto, fortasse ab* Invenis *incipientem. Parenthesin* admonita . . infremit *statuit Buecheler* 92 iuba *Camers* 94 Infremuit *V* solidisque *Heinsius* 95 mursu *V* 96 prosterni *V*

Digitized by Google

Quin et flavicomis radiantia tergora villis
Ceu spolium fuso victor rapis. emicat omnis
In laudes mox turba tuas longoque relicta
Currit in arva metu. iuvat ire et libera rura
Defensosque videre locos silvamque iuvencis
Iam facilem et nullis resonantes fletibus agros.
Maenalium petis inde nemus fletamque colonis
Arcadiam et raro steriles iam robore silvas.
Namque hic inmensa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper soloque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos
Sternebatque suis lugentia rura colonis.
Horrebant rigidis nigrantia corpora saetis
Duratosque armos scopulis totosque per artus
Difficilis potuisse mori. non spicula in illum
Nodosumve rapis gravato pondere robur:
Armati viduatur honos; nec vulnera virtus
Exemplo tibi facta timet. iamque arripis ultro
Spumantem, cogisque diem sufferre tuendo,
Atque supinando mirantem lumina vinci
Argolici victor portas sub tecta tyranni.
Fama celer toto victorem sparserat orbe,
Auxiliumque dei poscebat Creta cruento
Victa malo. Taurus medio nam sidere lunae
Progenitus Dictaea Iovis possederat arva.
Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet
Spiritus; et terram non caeli flamma perurit,
Sed flatus monstri. dextro iam Siria cessent

101 desertosque *Baehrens* iouencis *V* 102 nulli *V* nullis *Camers* *Ante* 103: III *V* 104 sterelis *V* 106 solidoque *Heinsius* 107 dentibur *V* 108 ingentia *olim Riese* 110 scapulis *Heinsius* 112 gravato *V* (*cf. Aen.* 8, 220) clavato *Livineius* 114 Exemplo *V* Extemplo *Camers* 116 supinato *Claverius* inopinato *Baehrens* limina *V* lumina *Camers* vinctum *Birt recte?* 117 tyrranni *V* 118 urbe *V* *Ante* 119: IIII *V* 119 creata crudeli *V* cruento *vulgo* 124 dextro *V*, *i. e. favente* retro *Riese olim* dempto *Birt* tecto *Ieep*

Digitized by Google

Sidere, solque licet, glaciali frigore victus,
Abstrusum mundo claudat iubar, aurea condens
Lumina, et ignifluo stupefactus in orbe tepescat:
Aestus habet Cretam, pereunt silvaeque lacusque
Graminaque et fontes sacri, montesque perurit
Flamma ferox; Idam superis spectantibus ignis
Dissipat et magno cunabula grata Tonanti
Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.
Tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
Duxerat Alciden, cum taurum dira minantem
Accipit et saevum cornu flammasque vomentem
Corripit atque artus constringens fortibus ulnis
Ignifluos flatus animamque in pectore clausit.
. . . . . .

494c (*olim* 766)

ANDREAE oratoris

B. M. B. —

Virgo parens hac luce deumque virumque creavit
Gnara puerperii, nescia coniugii.
Obtulit haec iussis uterum docuitque futuros,
Sola capax Christi quod queat esse fides.
Credidit et tumuit: verbum pro semine sumsit.
Clauserunt magnum parvula membra deum.

125 Sidere *V* -ra *Scaliger* uictor *V* victus *Camers* 126 iuba *V* 127 Limina *V* ignifluus *V* tepescet *V* tremescat *Baehrens* 128 siluaque *V* 129 sagri *V* 135 Excipit *Scaliger*. — *Desunt multa.*

494c. *P* = *Palatinus* 838 *s. IX in. inter inscriptiones Romanas Italicasque* (*cont. De Rossi, Inscr. christ. urbis Romae II* 1, 109) *A* = *Antverpiensis Sedulii* 126 *olim* 105 *s. X* (*cf. mus. rhen.* 56, 265). *b* = *Barthius advers.* 56, 16 *ex codice ignoto, cum A faciens. PA notabo.* Andreas orator *A, Aldhelmus p.* 232 (*v.* 10); *om. P.* Andreae oratoris de Maria virgine ad Rusticianam carmen *b* (*Romae vixit a.* 523—536. *cf. De Rossi p. XLI*) 6 Saepserunt *P* Clauserunt *A b*

Digitized by Google

Conditor extat opus, servi rex induit artus
Mortalemque domum vivificator habet.
Ipse sator semenque sui matrisque creator,
Filius ipse hominis, qui deus est hominum.
Adfulsit partus, lucem lux nostra petivit,
Hospitii linquens ostia clausa sui.
Virginis et matris servatur gloria consors:
Mater das hominem noscere, virgo deum.
Vnius colitur duplex substantia nati:
Vir, deus, haec duo sunt; unus utrumque tamen.
Spiritus huic genitorque suus sine fine cohaerent,
Triplicitas simplex simplicitasque triplex.
Bis genitus, sine matre opifex, sine patre redemptor,
Celsus utroque modo, celsior unde minor.
Sic voluit nasci, domuit qui crimina mundi,
Et mortem iussit mortuus ipse mori.
Nostras ille suo tueatur numine vitas;
Protegat ille tuum, Rusticiana, genus.

7 Fit fabricator opus *P* 8 domus *A* 9 Pie sator *A* 10 qui pater *P* est hominis *A* *Aldhelmus b* 11 Aff. *P* 12 hostia, *sed corr.*, *P* 13 seruator, *corr.*, *A* 14 dans *P* 20 Amplus utrisque modis, amplior *P* 21 qui *ex* que *A* 23 nomine *P* 22—23 *sunt in Palat.* 487 *fol.* 36^{v} (*s. IX*) *sic:* Vit̃ (*i. e. Vitalis*) Nostras . . Rusticiana genus *m.* 2 (*sed antiqua*) *ante c.* 555 *inserta.* — rusticana *A* -iana *m. rec. in A, b, Pal.* 487 Gregori presulẽ *P* (Versus beati pape Gregorii *Cantabrig. Tr. O.* 2. 24 *s. XII*).

Digitized by Google

495—638
Carmina duodecim sapientum

I Monosticha de ratione tabulae senis verbis et litteris

495
PALLADII

B. III 75.
B. 445—456.
B. IV 119.

Sperne lucrum: versat mentes insana cupido.

495—638. *Similia sunt Ausonianis. Librorum familiae:* ***I.*** *C = Parisinus* 8069 *olim Thuani (cf. praef. I p. XLI) saec. X—XI fol.* 121 *sqq. qui omnia haec carmina et iusto ordine et poetarum nominibus paene ubique additis optime transcripta continet. Parisinum* 8093 *saec. X init. (c.* 495 *—561. 615—627. 630—632) et Petavianum Heinsii non attuli. C plene adnotavi praeter orthographica medii aevi. —* ***IIa.*** *T = Turicensis* 78 *olim* 451 *saec. IX fol.* 148 *qui c.* 495—590 *habet. Raro attuli G = Sangallensen* 273 *saec. IX (c.* 495—550), *nunquam Vindobonensem* 113 *s. X (c.* 507 *—518). —* ***IIb.*** *V = Vossianus q.* 86 *saec. IX fol.* 108 *sq.* 111 *sqq. (c.* 495—627. 630—631. 633—634. 637—638). *Raro attuli Valentianum* 389 *(X) saec. IX ex. (qui dimidiam fere partem continet); saepius adnotavi B = Bruxellensem* 5657 *saec. X—XI, cum T sed propius cum V coniunctum, a Baehrensio nimis magni aestimatum, perpauca bona de suo afferentem. —* ***IIc.*** *P = Palatinus* 487 *saec. IX, inter T et V medius, sed coniecturis modo emendatus* (505) *modo depravatus* (567, 4). *Hunc ubique adnotavi. Habet c.* 495 *—590; 615—619. — Non adnotavi Paris.* 13026 *s. IX (similem V, in quo c.* 507—518; 555—557); *Bern* 184 *s. IX—X; Regium mus. Brit.* 15 *B* 19 *s. IX—X* (605—608; 617); *Paris.* 2772 *s. X—XI; Mettensem s. XI in.* (567—578; 591 *—602, contulit Loewe*); *Mellicensem s. XI (cf. Studia Vindob. I* 65); *Bodleianum s. XII; recentiores. — C T P contuli ipse, G Schenkl, V Holder contulit; inspexi et Baehrensiana. Orthographica praeter C pauca afferam. —* Monostica que scripta sunt a duodecis sapientib'. id est Palladii Asclepiadii Fustenii Pompelianii Maximini Vitalis Basilii Asmenii Vomanii Euforbii Iuliani Hylasii de diuersis rebus *C.* Incipiunt uersus sapientium (-tum *X B*) hoc est

Digitized by Google

496

ASCLEPIADII

Fraude carete graves, ignari cedite doctis.

497

EVSTHENII

Lusuri nummos animos quoque ponere debent.

498

POMPILIANI

Irasci victos minime placet, optime frater.

499

MAXIMINI

Ludite securi, quibus aesest semper inarca!

500

VITALIS

Siquis habens nummos venies, exibis inanis.

(id est *X*) Basili Asmeni Vomani Euforbi Iuliani Hilasi (Ilasi *G*) Palladi Asclepiadi Eust(h)eni (Euthemi *X*) Pompeliani (Pompeani *V m.* 1 Pompeiani *X*) Maximini (Maximi *V m.* 1 *B*) Vitalis *TGVBX* (*et fere Vaticanus* 1575 *s. XI, in quo sunt c.* 495—518). Basilius Asmenius Vomanius Euforbius Iulianŝ Hylasius Palladius Asclepiades Eustedius Pompeianus Maximinus Vitalis *P.* Virgilio *tribuunt recentes.* 'De diuersis causis' *post* sapientum *B*, *post* Vitalis *TG.* I: *CTGVBP.* I Inprimis singuli versus senis verbis et litteris (*sic*) De ratione tabulae *CTGB* (-la *C*). *Inscr. om. VP. Nomina om. C*

495. *est in Vatic.* 4493 *s. X* cupido: *rubro colore* E : PIDO : *supra scr. C*

497. nummus, *corr., T*

498. irosci *C*

499. inarca (*non tamen* aesest) *B cf. c.* 82, 10

500. Siquis *T* habet *P* exibit, *corr. m.* 2, *P*

Digitized by Google

501

BASILII

Lusori cupido semper gravis exitus instat.

502

ASMENII

Sancta probis paxest: irasci desine victus.

503

VOMANII

Nullus ubique potest felici ludere dextra.

504

EVPHORBII

Inicio Furias: egosum tribus addita quarta.

505

IVLIANI

Flecte truces animos, utvere ludere possis.

506

HILASII

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

502. ꝑb *V* **pax est** (*et sic* 499, 504 *sq.*) *libri*
504. Inito *V* Initio *B* Incio *P*
505. Flecte *solus P:* Plecte *TVB* Plecto *C*

II Epitaphia P. Vergilii Maronis disticha

Mantua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. Cecini pascua, rura, duces.

B. II 198.
M. 433—444.
B. IV 120.

507
ASCLEPIADII

Tityron ac segetes cecini Maro et 'arma virumque.'
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

508
EVSTHENII

Vergilius iacet hic, qui pascua versibus edit
Et ruris cultus et Phrygis arma viri.

509
POMPILIANI

Qui pecudes, qui rura canit, qui proelia vates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

510
MAXIMINI

Carminibus pecudes et rus et bella canendo
Nomen inextinctum Vergilius merui.

II *Eidem et X* (*etiam Vindobonensis* 113 *s. X*). Distica *C. Inscr. om. TP* Item idem ipse (*sc. Vergilius*) de titulo eiusdem hoc ÷ epitaphio binis uersibus *V* Distichium Epitaphia Virgilii *B* *Notissimum illud* Mantua me genuit ... duces *praescriptum in VP solis.* Carmina Vergilii sunt bucolica, arva ducesque, Mantua cui mater, Parthinope requies: *haec add. P*

507. 1 Titiron hac *C* a *V* segites *V m.* 1 2 genuit *CB* generat *TVXP* parthinope *P ubique*

508 *sqq.* Vergilius *ubique VGP*, Virgilius *CTXB*. (*Sic et c.* 555 *sqq.*) edidit *V* 2 Vt *C* ruri *CTG* Phr. *C* fr. *ceteri* (frugis *V*)

509. 2 hic *T* requieuit *V*

510. 2 inextinctus *C*

Digitized by

511

VITALIS

Mantua mi patria est, nomen Maro, carmina silvae
Ruraque cum bellis, Parthenope tumulus.

512

BASILII

Qui silvas et agros et proelia versibus ornat,
Mole sub hac situs est: ecce poeta Maro.

513

ASMENII

Pastorum vates ego sum, cui rura ducesque
Carmina sunt. hic me pressit acerba quies.

514

VOMANII

A silvis ad agros, ab agris ad proelia venit
Musa Maroneo nobilis ingenio.

515

EVPHORBII

Bucolica expressi et ruris praecepta colendi,
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

516

IVLIANI

Hic data Vergilio requies, qui carmine dulci
Et Pana et segetes et fera bella canit.

511. 1 est *om. P*
512. 1 praelia *CB sacpius* 2 ac *V*
513. 2 acerua *Tm. pr. VP*$_2$.
514. 1 ueni *C*
515. B$\tilde{v}$colica *P* Bucolicã *B* expressit et *T*
516. 1 uergł *V* carmina *T*

517
HILASII

Pastores cecini; docui, qui cultus in agris;
Proelia descripsi. contegor hoc tumulo.

518
PALLADII

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica Musa
Per silvas, per rus venit ad 'arma virum.'

III Disticha de unda et speculo

B. V 101—112.
M. 517—528.
B. IV 122.

519
EVSTHENII

Redditur effigies liquida visentis in unda,
Qualis in adverso speculorum cernitur orbe.

520
POMPILIANI

Formas pura refert oculis spectantibus unda,
Quales obiecto speculi fulgore videntur.

521
MAXIMINI

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia verum,
Qualia leve refert speculi, cum cernimus, aequor.

517. 2 hoc *VB*] hic *T* en *C*
518. 1 musi(a *m.* 2) *V*
III *Eidem.* Item distica de *etc. C; om. TP* De duobus heroicis uersib; *V*
519. Eusthenii *om. V* Eustedius *P* 1 uisentis *VP* currentis *CTB* cernentis ς
520. Pemī *V* 2 obiectu *CTB* -cti *V* -cto *vulgo* Qualis in obiectu *P* sp.] laterum *C* obiectu . . fulgere *Baehrens*
521. 1 Fontes, *corr.*, *T* 2 lęue *B* leui *P*

Digitized by

522

VITALIS

Exprimit oppositas immobilis unda figuras,
Levati quales speculi nitor ipse remittit.

523

BASILII

Apparet mendax inlimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

524

ASMENII

Vnda quieta refert alto de gurgite formas
Ac veluti speculum nitido splendore coruscat.

525

VOMANII

Spectantis faciem nitidissimus adsimulat fons,
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.

526

EVPHORBII

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Qualis purifico speculorum ex orbe relucet.

522. 1 obp. *V* oppostas *P* inm. *BP* 2 Leciati *V* Leuiati *C*

523. inlimi in *VP* fronte *P* 2 reiectati *P*

524. Aſ *V* 2 uelutas *V* spec.]nitidum *C* coruscans *libri*

525. 1 Spectaris *V m. pr.* assimilat *C* 2 oposito *V* solet] debet *C*

526. 1 repercussu . . fertur *scripsi* 2 lucet *V m. pr.*

Digitized by Google

527

IVLIANI

Fontibus in liquidis simplex geminatur imago,
Vt solet a speculo facies splendente referri.

528

HILASII

Effigies liquido resplendet ab aequore fontis,
Qualis et a speculo simulatrix umbra resultat.

529

PALLADII

Effingit species purissimus umor aquarum,
Plana velut speculi vivas imitantia formas.

530

ASCLEPIADII

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu levi in speculo solet apparere figura.

IV Disticha de glaciali aqua

B. V 89—100.
M. 505—516.
B. IV 124.

531

POMPILIANI

Qua ratis egit iter, iuncto bove plaustra trahuntur,
Postquam tristis hiems frigore iunxit aquas.

527. 'Tvllii' *Sangall.* 397 *s. IX p.* 121 2 facie *G* referre *P*

528. 1 Pal̃ *hic et ad* 529 *V.* Effugies *T* respondit *P* respondet *ceteri* resplendet *Scriverius* 2 Cualis *C* umbra *VP* unda *CTB*

529. 1 humor *T m. pr., C* 2 Plana *VP* Plena *CTB* uelud *V* imitancia uerum *C* (*ex* 521, 1)

530. 2 Cu *V*

IV *Eidem.* Itē distica de *sqq. C* De glacie pentametris uersib; *V.* *Inscr. om. TBP.* *Cf. Vergilius Georg. III*

Digitized by Google

532

MAXIMINI

Sustinet unda rotam patulae modo pervia puppi
Et concreta gelu marmoris instar habet.

533

VITALIS

Quas modo plaustra premunt undas, ratis ante secabat,
Postquam brumali deriguere gelu.

534

BASILII

Vnda rotam patitur celerem nunc passa carinam,
In glaciem solidam versus ut amnis abit.

535

ASMENII

Quae solita est ferre unda rates, fit pervia plaustris,
Vt stetit in glaciem marmore versa novo.

536

VOMANII

Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.

362: Puppibus illa prius, patulis nunc pervia plaustris (*quod hic adfert P, qui* hospita plaustris), *et Ouidius Trist. III* 10, 31: Quaque rates ierant, pedibus nunc itur et undas Frigore concretas ungula pulsat equi.'

531. 1 Quadratis *C* cogit *C* 2 hiemps *CVB* iungit *C* uinxit *TVB* fixit *P* 532, 1; 533, 2; 1; 532, 2 *C*

532. 1 patulando pervia pupim *C* patuli *P* 2 Et *C* Ut *TVBP*

533. 1 unda *C* 2 diriguere *libri*, *sed* deriguere *P*

534. 1 nunc] ñ (*i. e.* non) *V* passam *C*

535. 1 fit *om. B* per (*om.* via) *P* 2 Et *C*

536. 1 quia pupis *C* 2 *om. C*

Digitized by Google

537

EVPHORBII

Orbita signat iter, modo qua cavus alveus ibat,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems.

538

IVLIANI

Qua puppes ibant, hac ducunt plaustra iuvenci,
Pigrior ut cano constitit unda gelu.

539

HILASII

Amnis iter plaustro qui dat, dedit ante carinis.
Duruit ut ventis unda, fit apta rotis.

540

PALLADII

Plaustra boves ducunt, qua remis acta carina est,
Postquam deriguit crassus in amne liquor.

541

ASCLEPIADII

Vnda capax ratium plaustris iter algida praebet,
Frigoribus saevis ut stetit amnis iners.

537. Eũs *V* 1 caus aluas *V* 2 Stringit *C* hiemps *libri, ut alibi saepius*

538. *om. C; post* 542 *ponitur vulgo.* 1 ac *V* 2 constetit *T, V m.* 1 Prigrior ut canu *P*

539. Iũl *C* 1 dat *om. V* carinis *C*, -n(a)e *ceteri* 539, 2 *et* 540, 1 *om. P* 2 Diruit ut uentus *C*

540. *nomen om. V* Hil̃ *C* 1 carinę (*om.* est) *V* 2 deriguit *P* ς dir. *ceteri*

541. Pal̃ *C* 1 it. allida *P m.* 1 2 inhers *V*

Digitized by Google

542

EVSTHENII

Plaustra viam carpunt, qua puppes ire solebant,
Cum rigidus Boreas obstupefecit aquas.

V Tristicha de arcu caeli

543

B. V 17—28.
M. 469—480.
B. IV 126.

MAXIMINI

Thaumantis proles varianti veste refulgens
Multicolor picto per nubila devolat arcu
Iris et insigni decorat curvamine caelum.

544

VITALIS

Cum sol ardentis radios in nubila iecit
Cumque colorifico nimbos fulgore replevit,
Apparet variis distincta coloribus Iris.

545

BASILII

Clara sub aetheriis fulget Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluvium sol attigit imbrem,
Et picturato caelum velamine cingit.

542. Eũf *C* 1 pupes *C* solebat *P* 2 rigidus *VP* frigus *CTB*

V *CTVBP.* Tristica de arcu celi *C, om. BP* De arcu *T* De arcu caelestiae triplicis uersiculis *V* *Cf. Aldhelmi Tetrasticha* 5, 1. *Ov. met.* 6, 63.

543. 2 -tolor *B* pictu *BV* 3 aruamine *V*

544. Iũt *V* 1 ſoliș *P* fecit *libri* 3 uariis *VP* radiis *ceteri* distancta, *corr.*, *V*

545. 1 ãmantia *V* 3 pictorato *P*

Digitized by Google

546

ASMENII

Discolor aetheriis apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis,
Et caelum variis miranda coloribus ornat.

547

VOMANII

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit sol,
Luce sub adversa varios iacit unda colores.
Dicitur haec Iris, picto spectabilis arcu.

548

EVPHORBII

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
Phoebus et adverso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.

549

IVLIANI

Mirifico nubes ambit Thaumante creata,
Quas cum ex adverso tetigit rota fulgida solis,
Tum iacit insignis per nubila densa colores.

546. Aŝt *V* 1 aethereis *CB*, *V m.* 2 atris *sed corr. C* 2 Postque *C* radiarunt *Riese* 3 uariis *VP* radiis *ceteri*

547. 1 Imoriferas *V* 2 iacet *PX* 3 Dicitur *BP* Ducitur *CT* Dr̃ *V* spectabilis *P* spectaculis *ceteri*

548. 3 *et* 549, 3 *in libris commutati sunt; transposuit Scaliger.* 548, 2 Phebus *C* Foebus *ceteri, ut plerumque, quod non afferam* 3 n.] cingula *C*

549. 1 Mirifice *libri* '*quos contulit Is. Vossius*' taumante *C* nte *m.* 2 *in ras. V* thãmante *P* 2 ex *om. CP* solis *om. C* rota fulgida solis *c.* 642, 15. 3 Tunc iacet *C*

Digitized by

550

HILASII

Nuntia Iunonis vario decorata colore
Aethera nubiferum conplectitur orbe decoro,
Cum Phoebus radios in nubem iecit aquosam.

551

PALLADII

Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro,
Tum fit ut umor aquae subfulgeat atque colores
Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.

552

ASCLEPIADII

Cum radiis imbres et aquarum pendulus umor
Tangitur, existit, quam Graecia nominat, Iris,
Multorum insignis vario splendore colorum.

553

EVSTHENII

Iris habet varios subiecta luce colores,
Quam sol imbrifera fulgens de nube creavit,
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

550. 1 uaria *C* 2 Aetherea *C* Eethera *T* ore *C*. *Desinit G.* 3 phebus *C* aqu///sam *V*

551. 1 Pheb; *C* perfundit *P* l.] nubila *V* 2 Tunc *T m.* 1, *C* humor *CVP* suff. *P* 3 iaciat *CPB* iaceat *TV*

552. 1 radius *P* humor *CP* 2 q *C* gretia *T*

553. 2 sub nube *P* 3 lumina *C* charis *V*

Digitized by Google

554

POMPILIANI

Luce repentina cum sol implevit aquosas
Adversus nubes, effulget protinus Iris,
Picta veste decens et multicoloribus alis.

VI Tetrasticha de Vergilio

B. II 197.
M. 421—432.
B. IV 128.

555

VITALIS

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra.
Ad mea navus humum iussa colonus arat.
Proeliaque expertos ceciui Troiana Latinos,
Fertque meos cineres inclita Parthenope.

556

BASILII

Hoc iacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio carmine primus oves,
Ad cultos hinc transit agros, Aeneidis autem
Non emendatum morte reliquit opus.

554. Vom̃ *TVP* 1 implerat *X* aquosus *V* 3 *om.* *P m.* 1 uestae *T* d.] lucens *C* *Post* 554: *c.* 494°, 23—24 (-rusticiana genus) *P m.* 2, *quasi* Vit̃ (*Vitalis*).

VI *Eidem.* Tetrastica de uirgilio *C* Item epitaphium uerg̃ quattuor uersibus *V* *Inscr. om. TBP.*

555. 1 tytyrus *B* tityris *V* 2 gnauus *BX* nauis *C* nauus *TV*, *P m.* 2 (*ex* niuus) 3 que] qui *C* 4 Ferque *CT* Fertque . . inclyta *BVP*

556. 1 honeri *C* 2 primum *P* 3 hic *CTV* Aeneidos *edd.* auctor *X* 4 reliquid *CVP*

Digitized by Google

557

ASMENII

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
Mox praecepta dedi versibus agricolae,
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi:
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

558

VOMANII

Tityre, te Latio cecinit mea fistula versu
Praeceptisque meis rusticus arva colit.
At ne Musa carens vitiis Aeneidos esset,
Invida me celeri fata tulere nece.

559

EVPHORBII

Romuleum Sicula qui fingit carmen avena
Ruricolasque docet, qua ratione serant,
Quique Latinorum memorat fera bella Phrygumque,
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

560

IVLIANI

Qui pastorali peragravit Maenala Musa
Ruraque et Aeneae concinit arma Maro,

557. 1 Bo- *C* -cul- *T* -cã *B* (*recte VP*) ausonia *C* fecit *T* feci// *B* 2 agricule *P* 3 phri. *C*] fri. *ceteri*
558. 1 Tytire *T* 3 Ac ne *libri, em. Burmann* anaeidis *V* 4 Inuida *P* (*ni fallor*), *recentes* Infida *ceteri* neci *CTB* -ce *VP*
559. 2 Ruriculasq; *P* sant *V m.* 1, serent *P* secant *ceteri* 3 Quiue *libri* memorauerat bella *P* frigum *P*] phriga *C* friga *TV* frigũ *ex* frigat *B* 4 *christianum esse Manitius putat*
560. 1 musam *C* 2 c̃cinnit *V*

Digitized by Google

Ille decem lustris geminos postquam addidit annos,
Concessit fatis et situs hoc tumulo est.

561
HILASII

Haec tibi, Vergili, domus est aeterna sepulto,
Qui mortis tenebras effugis ingenio,
Maenalium carmen qui profers ore Latino
Et cultus segetum bellaque saeva ducum.

562
PALLADII

Primus ego Ausonio pastorum carmina versu
Conposui et quo sint rura colenda modo;
Post, quibus Aeneas Rutulos superaverit armis:
Vatis relliquias hic pia terra fovet.

563
ASCLEPIADII

Sicanius vates silvis, Ascraeus in arvis,
Maeonius bellis ipse poeta fui.
Mantua se vita praeclari iactat alumni,
Parthenope famam morte Maronis habet.

564
EVSTHENII

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, hospes.
Hac ego Vergilius sum tumulatus humo,

3 postque *C* addit *T m. pr.* *Hic desinit P m.* 1; *pergit m.* 2, *quam rarius notabo*
561. 1 uergilii *P* uirgili *B* uirgili *C T* uergili *V* Virgilio *Francius, recte?*
562. 2 quę sint *C* m.] humo *C* 4 *om. P* reliquias *T V* hic *C* haec *ceteri*
563. 1 arcreus *V* 4 Partenope *V*
564. 1 ospes *C*

Digitized by Google

Qui pecudum pastus, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiadae bella ducis cecini.

565

POMPILIANI

Vergilius mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. hic cineres vatis et ossa iacent.
Cuius in aeternum pastoria fistula vivet,
Rustica mox, eadem Martia Calliope.

566

MAXIMINI

Carmine bucolico nitui, cultoribus agri
Iura dedi, cecini bella Latina simul.
Iamque ad lustra decem Titan accesserat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

VII Tetrasticha de quattuor temporibus anni

'Ovidius: B. V 52—63. M. 493—504. B. IV 131.

Verque novum stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Aestas et spicea serta gerebat,

3 pecodum *T m. pr.* partus *V* cultus *vulgo* 4 caecini *V* cecini/// *B*

565. *Nomen om. P* 1 Virgilis *C* -ius *TB* Vergilio *VP, vulgo* 2 hinc *T* 3 uiuit *sed corr. V* manet *C*

566. 1 Carmina buc(boc *C*)olica *CT P* (*qui* Carminą). C-ne b-co *B* C-na b-co *V* 3 decim *C*

VII *Eidem.* Tetrastica *C* de quattuor temporibus *CV* anni *add. V, Mettensis Inscr. om. TBP* Ovid̃ *P* O$^{u}_{i}$idii *V* Bās *C* Eũs *T, om. B. Sunt versus Ovidii Metam. II* 27 *sqq.* 1 circum *C* cintum florentẽ co$^{or}_{o}$ponã (or. *m.* 2) *V* 2 aestas *om. T*

Digitized by Google

Stabat et Autumnus, calcatis sordidus uvis,
Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos.'

567

BASILII

Vere sinum tellus aperit floresque ministrat.
Tempore solis ager messes fert pinguis opimas.
Fecundos, autumne, lacus de vitibus imples.
Vis hiemis glacie currentes alligat undas.

568

ASMENII

Frigoribus pulsis nitidum ver aethera mulcet.
Scindit agros aestas Phoebeis ignibus ardens.
Autumno dat hiems mixtum vicina teporem.
Labentes haec durat aquas et flumina nectit.

569

VOMANII

Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea vestit agros culmis Cerealibus aestas.
Vitibus autumnus turgentes detrahit uvas.
Frigidus hiberno est gravibus nive nubibus aether.

3 aupt. *C* (*ut saepius*) auct. *T* (*ut plerumque*) calcat' *V* sordibus *C T P* 4 glat. *B* hiemps *libri fere ubique* capillis *V*

567. Basilii] Asm̃ *C*, *qui ad* 568 Vom̃, *et sic deinceps solito ordine; ad* 578 *iterum* Bas̃ *C*. 2 messis *C T* 3 Fecundis *P* -dos *B*, *V m.* 2 -dus *C T V* cutibus *V* 4 gemis *V* glacies *V P* algidat *P*

568. 1 nitidus *C* 2 aestas es phoebos̃ *V* 3 mixtus *C* tepore *T*

569. 1 pinget, *corr.*, *C* calore *V* 3 -ntis *T* 4 Frigib; *T* hiberno (*pro* hieme) *libri* (hib non *C* hibernos *P*) hiberna *vulgo* nive *ex* igneve *B*

Digitized by Google

570

EVPHORBII

Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis.
Flava Ceres aestatis habet sua tempore regna.
Uvifero autumno summa est tibi, Bacche, potestas;
Imperium saevis hiberno frigore ventis.

571

IVLIANI

Vere gravis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas arvis fert aestas torrida messes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructus.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

572

HILASII

Vere novis laeto decorantur floribus arva,
Et riget aestivis hirsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia fervent,
Et ponunt frondes hiemali frigore silvae.

573

PALLADII

Ver placidum vario nectit de flore coronas.
Spicea serta ligat calidissima solibus aestas,
Temporaque autumnus cingit tua, Bacche, racemis.
Tristis hiems montes niveo velamine vestit.

570. 1 s.] terris *V, recte?* 2 Flaba *VP* cerer *V* tempora *P* 3 *et* 573, 3 bacce *C* bache *V* 4 hibęro *C*
571. 3 Pomiferas *C* fructus *C* frutũ *V* fructum *TB*
572. 1 nouus *C* nob *V* lecto *C* laeta *T* laeto iacto *V* 2 friget *B* campis *V* 3 spumantis *V*
573. 1 placidus *C* comas *V* 3 Temporeq; *C* autumno *codd., corr. Lindenbrog* cincgit *V* -no cingis *Baehrens* 4 montis *CTV* -es *B* moueo *V m.* 1 uertit *C*

Digitized by Google

574

ASCLEPIADII

Ver agros nitidum gemmis stellantibus ornat
Et fervens aestas pinguissima frugibus arva.
Mox autumnali redolet vindemia fetu.
Fronde nemus male nudat hiems amnesque rigescunt.

575

EVSTHENII

Purpureos flores humus effert vere comanti,
Et Cereris donis horrescunt arva per aestum.
Bacche, tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veste nivali.

576

POMPILIANI

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres aestivis ignibus amnes.
Temperies, autumne, fluit tua nectare dulci,
Perque hiemem lentus caelo nivis advolat imber.

577

MAXIMINI

Veris honos tepidi flores, vere omnia rident.
Arva sub aestivis undant horrentia flabris.

574. 1 geminis *CB* stilllantibus *libri* 2 frigib; *V* 3 uindimia *T m.* 1 foetu *CPT m.* 2 foeta *T m.* 1 4 hieps *V*

575. Eũf *T* 1 Purpureas *C* Purporeos *V* affert (adf.) *libri, corr. edd. vett.* comante *B* 2 ceteris *CTV* 3 bache *C* autumnoq; *C* -nali *V*

576. 1 tenet *P* zephyrus *T* 2 cereres *C* 4 advolet *B*

577. 1 honus *V* trepidi *VBP* flores *Tollius* florent *libri* 2 flagris *T* fabris *V*

Digitized by Google

Vite coronatas autumnus degravat ulmos.
Decutit ipse rigor silvis hiemalis honorem.

578
VITALIS

Flore solum vario depingit odoriferum ver,
Falciferamque deam messes remorantur in aestu.
Dat musto gravidas autumnus pomifer uvas.
Sithonia glacialis hiems nive cana senescit.

VIII [Tetrasticha] de aurora et sole

579
ASMENII

B. V 2—13.
M. 457—468.
B. IV 134.

Aurora oceanum croceo velamine fulgens
Liquerat et biiugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis
Et clarum emicuit sole oriente iubar.

580
VOMANII

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum inficiens luce rubente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit, ab aequoreis Tethyos ortus aquis.

3 Vitae *VP* coronatus *P* autumnos *P* ulm' os *V* 4 honores *C*

578. Vit̃ *om. V* 1 solus *C* -ferus *C* 2 menses *P* 3 auct. *V* umbras *VP* 4 Sithonias *C* Scithonia *P* caua *C* senescat *V m. pr.*

VIII *CTVBP.* — De a. et s. *C* De ortu solis IIII heroicis uersibus *V. Inscr. om. TBP.*

579. *Nomen om. V* 1 oceanus *C* crocea, *corr., T* 2 rubbebat *V* rudebat *P* 3 polus *C* populum nitido fundit *P* perfundit *C* 4 clarus . . sol *C* micuit *P*

580. Vit̃ *P* 1 pallantius *libri* 2 Astrigerus *C* 4 thetio fortis *C* thetyos artus *T* thitios *B* thethios *P*

Digitized by Google

581

EVPHORBII

Extulit oceano caput aureus igniferum Sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebrae, rebusque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

582

IVLIANI

Tithoni coniunx roseo sublime rubore
Infecit caelum lutea sidereum,
Cum Sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit et claris astra fugavit equis.

583

HILASII

Nox abit astrifero velamine cincta micanti
Et redigit stellas, exoriturque dies.
Emicat oceano Phoebi rota clara relicto
Inlustratque nitens lumine cuncta suo.

584

PALLADII

Lutea fulgebat roseis Aurora capillis
Et matutino rore madebat humus.

581. Eūs *TVB* 1 aureos *V m.* 1 2 protenus *B* 3 deo *om. V* dō *P* 4 Lux̄ (*i. e. Luxit*) *V*

582. 1 iubare *CB* rubare, *corr.*, *T* 3 Tum *Riese* Quum *B* et g. magna *P* 4 aequis *CT*

583. 1 Mox *TP* abit *ex* habet *corr. B* habet *ceteri* hastr. *V* cuncta *C* 2 reddidit *T* 3 phoebus *V* claro *T* 4 Inlustatq; nitentis *V*

584. *om. P.* 1 *cf. Verg. Aen.* 7, 26. roreis *V* 2 hiemps *C*

Digitized by Google

Tethyos undivagae tum prosilit aequore Titan,
Flammiferos vultus ore micante gerens.

585

ASCLEPIADII

Exoritur Phoebus perfundens luce nitente
Et maria et terras stelliferumque polum;
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis
Et nox sidereas occulit atra faces.

586

EVSTHENII

Sol oriens currusque suos e gurgite tollens
Oceani claro reddidit orbe diem
Flammiferumque iubar terraeque poloque reduxit
Et pepulit radiis astra repente suis.

587

POMPILIANI

Memnonis ut genetrix infecerat humida caelum
Et roseis manibus sidera dispulerat,
Phoebus Atlanteis e fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum, luxque diesque redit.

3 Tethios *C* (Theth. *T* Thyt. *B*) undiuagos *C* -ga *TB* undifuga *V* 4 gerens *V* ferens *CTB*

585. 1 pheb' *C* foebus *ceteri* nitenti *P* 2 mari aeternas *P* 4 syd- *TB* -ias *V*

586. (*cod. Bern.* 184 *s. IX—X*) Eũf *T* 2 Oceano *libri, corr. Tollius* clarum *P*

587. 1 ut *om. P* genitrix *C* umida *BP* 3 et athl. *C* e *edd.*] et *codd.*

Digitized by Google

588

MAXIMINI

Praevia flammiferi currus Aurora rubebat
Extuleratque alto gurgite Phoebus equos
Noctivagosque simul radiis flagrantibus ignes
Depulerat caelo reddideratque diem.

589

VITALIS

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru
Summaque canebat roribus herba novis:
Prosilit e mediis candens rota Tethyos undis
Et vaga cesserunt sidera Solis equis.

590

BASILII

Surgit ab oceano Tithoni fulgida coniunx
Et veste ab rosea subrubet ipse polus,
Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras noxque peracta fugit.

588. 1 Praemia *CP* rudebat *VP*; *cf. Aen.* 12, 77. 2 Extolerat *V m. pr.* foeb/// *V* equis *P* 3 Noctiua-gasq; *P* -vagoxq; *B*

589. 1 Aurora uix *C* suo *VB* sub *CT* athera *V* 2 canebant *C* 3 rotha *V* thetio *C* thethyos *T* tythius *B* tethios *P* thor *V* fundis *C*

590. 1 titonis *C* ti(y)thonis *ceteri* (thit. *T*) coniuncx *C* -iux *T m.* 1, *V* 2 subrubet *P*, *Scaliger* subruit *ceteri* 3 foeb; *VT* rutulum *P* orbem: *hic desinit T* 4 fuit *VB*

Digitized by Google

IX Pentasticha de duodecim libris Aeneidos

591

B. II 195.
M. 403—420.
B. IV 186.

VOMANII *Liber I*

Aeolus inmittit ventum Iunone precante
Troianis, Libycasque vagos expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aenean recipit pulchra Carthagine Dido,
Cui Venus Ascanii sub imagine mittit Amorem.

592

EVPHORBII *Lib. II*

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus
Graiorumque dolos et equum fraudemque Sinonis
Excisamque urbem Priamique miserrima fata,
Vtque patrem impositum forti cervice per ignes
Extulerit caramque amiserit ipse Creusam.

593

IVLIANI *Lib. III*

Post casum Troiae fabricata classe superstes
Vela dat Aeneas urbemque in litore Thraces,
Mox aliam pulsus Cretaeis condidit oris.
Cedit et hinc Helenumque videt praeceptaque sumit
Et caecum Cyclopa fugit sepelitque parentem.

IX *CVB; om. TP.* Pentastica de XII libris aeneid *C* De XII lib uergilii *V* *om. B*

591. uentos *V* 2 Troiani *V* -nos *CB, corr. Buecheler* 3 uentrem *C* 4 Aenean *VB* -am *C* cart. *C* charth. *V*

592. Eũs *V* 1 aneas *V* causas *C* 2 iunonis *ex* sinonis *V* syn. *B* 3 facta *B* 5 claram *B* clarũ *V*

593. 1 fabrica *V m. pr.* 2 tracis *C* 3 cretis *V* 4 Credit *V* elenum *C V m. pr.* 5 caeclum *V* Aetnaeum *edd. vet.* fuit *C* potentem *C*

594

HILASII

Lib. IV

Ardet amore gravi Dido. soror Anna suadet
Nubere. iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Navigat Aeneas iussu Iovis; illa dolore
Inpatiens et amore necem sibi protinus infert.

595

PALLADII

Lib. V

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aenean, tumuloque patris persolvit honorem.
Tum cogit naves incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. somnus Palinurum mergit in undas.

596

ASCLEPIADII

Lib. VI

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius vatisque petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit. post haec adit infera regna
Congressusque patri discit genus omne suorum,
Quoque modo casus valeat superare futuros.

597

EVSTHENII

Lib. VII

Tandem deveniunt Laurentia Troes in arva
Et pace accepta laeti nova moenia condunt.

594. 1 Annaque *vulgo* 2 antro *B* atro *V* astra *C* 3 Instigat *coniecerim* contentus *CV* -mptus *B* hiarbas *C* 5 amorē *V* protenus *B*

595. 2 aenean *VB* -am *C* 3 Tunc *C* 4 sibi *C* 5 sumtus *B*

596. 2 frigius *VB* uates *B* quąe *V* sybillę *C* 4 Congressu *Baehrens* patris *libri* 5 Quoue *libri* caseus *C*

597. 1 arma *V*, *B m. pr.*

Digitized by Google

Nocte satam Iuno Furiam evocat: illa Latinos
Inter et Aeneadas bellum serit et ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit Itala Turnum.

598

POMPILIANI *Lib. VIII*

Vidit ut Aeneas summa vi bella parari,
Arcadas Euandrumque senem sibi foedere iungit
Dardanioque duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber, in clipeoque
Res fingit Latias et fortia facta nepotum.

599

MAXIMINI *Lib. IX*

Ad Turnum propere Iunoni mittitur Iris
Instigatque animos. aciem movet ille Phrygasque
Obsidet. in nymphas versa est Aeneia classis.
Euryalus Nisusque luunt nece proelia noctis.
Vi Turnus potitur castris, vi pellitur inde.

600

VITALIS *Lib. X*

Placat et uxoris dictis et iurgia natae
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Advenit. occurrunt Rutuli atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas victorque superbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

3 satum *V*

598. Poñ *V, om. C* 2 archades *C* que *om. B* 4 mulcifer *CVB* clipioq; *V* in de pioq; *M* 5 pingit *libri, em. Heinsius*

599. 1 Iunonis *M(ettensis)* Iunonia *edd.* 2 Instatque *C* acies *edd.* monetur *M* frig. *VB* phrig. *C* 3 conuersa *M* eneida *C* aenea *V* 5 c. impellitur *C*

600. 1 d. et] dictantis *M* et i.] saturnia *C* 3 rutili *sic ubique M* litora *M* 4 superbos *V* 5 mezentis *C*

Digitized by

601

Lib. XI BASILII

Occisis proprium pars utraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, et obvia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

602

Lib. XII ASMENII

Troianis Rutulisque placet coniungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur
Dictamno Rutulique luunt periuria victi.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

X [Hexasticha] de titulo Ciceronis

603

B. II 158—169.
M. 397—408.
B. IV 139.

EVPHORBII

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici,
Qui fuit orator summus et eximius,

601. Bãs *V*, *om. C* 5 Excepit *V* extinctam . . camillam *libri*

602. Alm̃ *V* 3 Dictamni *B* 4 aenea *C* ꝑlis *V* 5 cingulo *V*

X *CVB*. — Hexasticha *addidi*. De Cicero post mortem millius *C* De titulo Ciceronis senis versib; *V*; *om. B* *Argumentum fortasse ex Velleio II* 66: Nihil tamen egisti, M. Antoni . . Omnis posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum execrabitur. *Cf. Cornelius Severus apud Senecam Suasor*. 6, 26. *Beda Element. philos. I p.* 1090 *sic*: 'Epitaphium M. T. Ciceronis quod statua eius perplexum est in templo magni Iovis apud Tullorum monumentum.' *cum c.* 603, 604, 613.

603. 1 amicis *V* 2 et *om. B* eximis *C*

Digitized by

Quem nece crudeli mactavit civis et hostis.
Nil agis, Antoni: scripta diserta manent.
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis, at te
Tullius aeternis vulneribus lacerat.

604

IVLIANI

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio,
Quique malis gravis hostis erat tutorque bonorum,
Quo paene indigne consule Roma perit.
Sed vigili cura deiectis hostibus urbe
Supplicioque datis, praestitit incolumem.

605

HILASII

Vnicus orator, lumenque decusque senatus,
Servator patriae, conditor eloquii,
Cuius ab ingenio laude inlustrata perenni
Lumine praeclaro lingua latina viget,
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tullius ac tumulo subditus exiguo est.

3 cives VB^1 hortis V *m.* 1 4 s ripta C deserta VB^1 5 comfocis V (cumf. *v*) a te C 6 Tullis C aeternus, *corr.*, B

604. 2 clarus *Klotz* 5 deiectis C detectis VB deuictis ς urbem VX urbe CB 6 incolomem VB

605—608 *et* **617** *sunt in cod. musei Brit. Regio* 15 *B* 19 *s. IX—X.*

605. Hŷl C 2 aeloquii V 3 laude *Jacobs*: tandem *libri* perenne *Buecheler* 4 uocetur V nitet *Jacobs* 5 inique C

606

PALLADII

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras,
Aspice, quo iaceat conditus ille loco.
Ille vel orator vel civis maximus; idem
Clarus erat factis, clarior eloquio;
Ac, ne quid Fortuna viro nocuisse putetur,
Vivus in aeternum docta per ora volat.

607

ASCLEPIADII

Marcus eram Cicero toto notissimus orbe,
Cuius relliquias occulit urna brevis.
Dextera me patriae nuper civilis ademit,
Eripui patriam qui prius exitio.
Si quis in hoc saxo Tulli legis, advena, nomen,
Non dedigneris dicere: Marce, vale!

608

EVSTHENII

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,
Sed virtute sua consul in urbe fuit.
Quem Catilina malus coniuratique nocentes
Senserunt vigilem civibus esse suis.
Hunc tamen (o pietas!) tres occidere tyranni;
At Lamia ille pio subposuit tumulo.

606. 2 qđ *V* 3 ciues *VB, ut saepius in inscriptionibus et c.* 611 *et* 614. 4 eloquiis *C*

607. Aſ̃ *C* 1 erat *lĩbri, em. Fabricius* 2 reliquias *V* 3 ademitur *V* 4 exitia *V*

608. 1 natnr *V* 3 catillina *V* 6 Ad *V*

Digitized by Google

609

POMPILIANI

Qui tenet eloquii fastigia summa Latini,
Qui consul patriam caedibus eripuit,
Quique trium saevo vitam dedit ense virorum,
Tullius en hac est ipse sepultus humo.
Sed vitae brevitas pensatur laude perenni;
Quod mors eripuit, gloria restituit.

610

MAXIMINI

Tullius hic situs est, venerabile nomen in aevum,
Clarus honore simul, clarus et ingenio,
Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt,
Quod patriae vindex ille fidelis erat.
Sed nihil infanda profecit caede tyrannus:
Ingenium vivit; corpus inane perit.

611

VITALIS

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
Maximus orator, civis et egregius,
Coniuratorum vindex hostisque malorum
Proscriptus periit a tribus ille viris.
Qui caesus graviter, qui detruncatus acerbe
Hoc Lamiae debet, quod iacet in tumulo.

609. 3 seuum *C* 4 en *C* in *B* n *V* hac em *V* homo, *corr.*, *V* 5 psatur *C* 6 Quo *CV* Quod *B* Quam *Oudendorp*

610. 1 $\overset{u}{\text{nn}}$ aeuum *V* 3 dedertus *V* 5 nil *V* infandus *B*, -dos *C*, -da *V* proficit *V* tyrannos *C*

611. 1 princebs *C* decis *V* 2 ciues *VB* 3 hostisque] hostipi *V* 4 p̃scriptus *V* 5 caessus *V* 6 timulo *m. pr V*

Digitized by Google

612

BASILII

Doctrinae antistes, rerum mirabilis auctor,
Tullius existens nobilis ex humili,
Cui dedit excellens ars oratoria nomen,
Virtute ingenii venit in astra sui.
Sed Fortuna nocens miserando funere raptum
Carpsit et hoc voluit membra iacere loco.

613

ASMENII

Eloquio princeps, magnis memorabilis actis,
Tullius indigna caede peremptus obit.
Sed terras omnes implevit nomine claro;
Ingenium caeso corpore morte caret.
Vivit et ingenti pollet cum laude per orbem,
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

614

VOMANII

Inclitus hic Cicero est Lamiae pietate sepultus,
Quem Fortuna neci tradidit immeritae.
Maximus eloquio, civis bonus, urbis amator,
Perniciesque malis perfugiumque bonis.
Qui sexaginta completis ac tribus annis
Servitio pressam destituit patriam.

612. Bũ *V* 1 antistes *ex* -tis *V* 2 Tũllius *V* 4 ingenui *V m. pr.* 5 funerė *V* 6 oc *V* solo *B*

613. Arm *V* 1 Eloquii *V* princebs *C* 2 indigne *B* peremp//tus (p *ex corr.*) *V* o//bis *C* obid *V* 3 terras omnes] terrã oñipotens *C* 4 mort// *C* 5 et *V*: en *CB* ingenii *C* ingentio *V* -nti *B*

614. Vôl *V* Basilii *Petavianus* 2 inm. *VB* 3 eloquio *VB* ingenio *C* ciues *VB*] cuius *C* 4 pfugiumq; (= profug.) *V* 6 oppressam *Heinsius* distituit *V*

Digitized by

XI [Hexasticha] de duodecim signis

615

B. V 29—39.
M. 481—492.
B. IV 143.

IVLIANI

Primus adest Aries Taurusque insignibus auro
Cornibus et fratres et Cancer, aquatile signum,
Tum Leo terribilis Nemeaeus et innuba Virgo,
Libra subit, caudaque animal quod dirigit ictum,
Armatusque arcu Chiron et corniger hircus,
Fusor aquae simul et fulgenti lumine Pisces.

616

HILASII

Proditor est Helles et proditor Europaeus
Et Gemini iuvenes et pressus ab Hercule Cancer,
Horrendusque Leo sequitur cum Virgine sancta
Libraque lance pari et violentus acumine caudae,
Inde sagittiferi facies senis et Capricornus,
Et qui portat aquam puer urniger, et duo Pisces.

617

PALLADII

Signorum princeps Aries et Taurus et una
Tyndaridae iuvenes et fervida brachia Cancri

XI *CVB. Vaticanus* 1448 *s. IX—X, Urbinas* 290 *s. XI.* — *c.* 615—619: *P.* De XII signis *CV* caeli heroicis versibus *add. V. Inscr. om. B.* Hexasticha *addidi*

615. *Est etiam in cod. Exeterano* 3507 *s. X—XI, et Matrit. A* 16 *s. XII in.* 1 que *om. C* 2 frs̃ *CV* et *om. B* 3 nemeus et *CVB* nemaeus et *P* Nemees atque *Aldina* 4 derigit *Baehrens* 5 chyron . . hyrcus *CV* (*sic plerumque*) 6 Furor *V*

616. 1 elles *C* thelles *B et* (h *supra* t) *V* eurupaeus *P* 3 sanctam̃ *V* 4 uiolento *C* -tis *V* -tus *P*, *Mellicensis* 5 sagi^{ti}feri *V* faties *C* 6 E q^{s} *C* portant *V*

617. 1 princebs *C*

Digitized by Google

Herculeusque Leo, Nemeae pavor, almaque Virgo,
Libra iugo aequali pendens et Scorpius acer
Centaurusque senex Chiron et cornua Capri
Et iuvenis gestator aquae Piscesque supremi.

618

ASCLEPIADII

Laniger astrorum ductor, Taurusque secundus,
Tum sidus geminum et Cancri fulgentis imago,
Truxque Leo et Virgo, quae spicea munera gestat,
Et Libram qui Caesar habet, chelaeque minaces
Atque arcu pollens et salsi gurgitis hircus
Vrnaque nimbiferi Piscesque, novissima forma.

619

EVSTHENII

Dux Aries et frons Tauri metuenda minacis
Et Ledae soboles et Cancri torridus ignis
Terribilisque Leo, species quoque Virginis almae,
Momentumque sequens, caudaque timendus obunca,
Hinc tendens arcum, liquidi Caper aequoris inde,
Troiadesque puer geminique sub aethere Pisces.

3 *om. B* 4 Libraque *C* scorpis *C* -pios *V* 5 Capri] cancri *P* 6 iuuenes *P* suppmi *P*

618. 1 Corniger *edd. vet.* 2 et *om. P* immago *C* 3 spiceam munere *V* gestant *C* 4 qui *ex* quae *P* quam *edd. vett.* C.] sacer *B* chalaeq; *P* 5 falsi *CP* 6 nimbriferi *C* et piscis *P*

619. Eusto *V* Vit̄ *C* 1 arieṇs *V* minacis: ci *ex* u *m. pr. V* 2 suboles *V m. pr. sed corr.* 3 leo: dō *V* 4 sequens: tenens *conieci* timendis *ex* -ntus *V* timenđ *C* abunca *CBP* abrunca *V* ob- *Heinsius* ad- *vulgo* 5 Hic *CVP* indę *V* 6 Tr. (*i. e. Ganymedes*) Troiadasq; *C. Desinit P.*

Digitized by Google

620
POMPILIANI

. . . . . .

621
MAXIMINI

Nubigenae iuvenis vector Taurique trucis frons
Et proles duplex Iovis et nepa torrida flammis,
Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens,
Quam sequitur Libra et violenta cuspide saevus,
Semifer Arcitenens subit et Capricornus aquosus
Et cui nomen aquae faciunt, Piscesque gemelli.

622
VITALIS

Corniger in primis Aries et corniger alter
Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisque ferae species et iusta puella,
Libra simul nigrumque gerens in acumine virus,
Centaurusque biformis adest pelagique capella
Atque amnem fundens et Pisces, sidus aquosum.

623
BASILII

Lanigeri ductor gregis, Europae quoque vector
Et duo Tyndaridae, tum Cancer sole perustus

ERSVS. POMPELIANI DESVNT *rubris litteris et ordine inverso C in mg. Nil notatum in ceteris.*

621. 1 iuuuenis *V* fons *CV*; frons *B ex corr.* 2 thorida *V* torridam *C* 4 uiolencia *C* cuspides ęuus *V* 5 Semifer *est Centaurus* Semivir *Burmann* arquitenens *C* aquosis *V* 6 fatiunt *C*

622. Vit̃ *iterum C* 1 ari es (ri *m. sec. in ras.*) *V* 3 speties *C* 4 gerens *VB* ferens *C* in *VB, om. C* uiris *V* 5 uelagi *V m. pr.* capella *VB* puella *C* 6 sidus] id̃ *C*

623. Cornigeri *edd.* 1 queq; *C* 2 phustus *C*

Digitized by Google

Herculeaque manu pressus Leo et optima Virgo,
Hinc trutinae species venit armatusque veneno
Scorpius atque sagittifer aequoreique Capri frons,
Quique urnam gerit et Pisces, duo signa sub uno.

624

ASMENII

Principium signis ovium pater, inde iuvencus,
Progenies duplex, et aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaque Virgo.
Libra subest, caudaque gerens letale venenum.
Tum geminus Chiron et corniger aequoris alti
Dilectusque Iovi puer et (duo sidera) Pisces.

625

VOMANII

Dux gregis et placidum pandens subit aethera Taurus
Germanique pares et Cancro iam comes aestas
Atque Leo, primus labor Herculis, et pia Virgo.
Libra comes sequitur minitans et Scorpius ictu
Et qui tela gerit Centaurus et aequoris hircus,
Deucalionis aquae et Pisces, postrema figura.

626

EVPHORBII

Velleris aurati fulget pecus aureaque Io,

3 Herculaeaq; *V* obtima *C* 4 sp&ies *C* 5 Scorpius *B* Scorpis *C* Scorpios *V* fros^{n} *V* frons *ex* fons *corr. C*

624. 1 pater *libri* sator *edd. vett.* 2 et *om. V* 3 fero *V m. pr.* 4 laetale *CB* 6 *cf.* 619, 6

625. 1 greg̃ *C. num* candens? *cf. Verg. Georg. I* 217 subit *V* sub *C* athera thaurus *V* 2 corona *V m. sec., olim* cancro *erat.* aestus *edd. vett.* 3 herculi *V* 4 scorpis *C* scorpiyictus *V* 6 priscis *C teste Baehrens, B*

626. 1 Valleris *V m. pr.* ion (n *eras.*) *V*

Digitized by

Zethus et Amphion Cancrique figura calentis.
Insequitur Leo saevus et almae Virginis astra,
Hinc aequale iugum caudaque venenifer unca,
Centaurusque minax arcu et Neptunia capra
Quique refundit aquas, et Pisces, ultimus ordo.

XII [Polysticha]

627

B. IV 146 sqq.
B. I 42.
M. 598.

HILASII

Dodecasticha de Hercule

Oppressit Nemeae primum virtute leonem.
Extincta est anguis, quae pullulat, Hydra secundo.
Tertius enectus sus est Erymanthius ingens.
Cornibus auratis cervum necat ordine quarto.
Deicit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolytae sexto sua cingula victae.
Septimus Augei stabulum labor egerit undis.
Octavo domuit magno luctamine taurum.
Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.

2 Zetus *CB* anphion *C* arion (orion *m. sec.*) *V* 3 seutis et *C* alma *V* astrum *vulgo* 5 Neptunia proles *edd. vet.* 6 refudit *CVB*

XII Polysticha *addidi. Sunt in C* (*praeter* 634), *V* (*praeter* 628—29—32—35—36), *B* (*praeter* 634), *aliis velut F* (*Monacensi* 6911, *saec. XIII—XIV, in quo praeter* 638). *CV plene, ex BF selecta afferam.*

627. Duodecastica. de Hercule. Hȳl *C* De XII labor Herculis Hȳl *V* Hilasii *B* 1 Compressit *edd. vet.* nimiae *B* pr. nem. *C* 2 populat ydra *C* 3 Teratius *V* erimantis *C* heri(y)mant(i)us *VB* 4 negat *C* 5 Deiecit *B* aerisonas *Heinsius* stimfall. *C* 6 cingula *Heinsius* uincula *libri* 7 *sic C.* augeis tab. *B* anguis tabolū *V* aegei stab. *F!* undas, *corr., C* 9 domidis *V* nonu, *corr., V* pempto *C* 10 Gereonem *C* -ionē *B* -iorem *V* decimum *V*

Digitized by Google

Vndecimo extractus vidit nova Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea mala.

628

B. I 136.
M. 263.

PALLADII

De Orpheo

Threicius quondam vates fide creditur canora
Movisse sensus acrium ferarum
Atque amnes tenuisse vagos, sed et alites volantes,
Et surda cantu concitasse saxa,
Suavisonaeque modos testudinis arbores secutae
Vmbram feruntur praebuisse vati.
Scilicet haud potuit, quae sunt sine, permovere, sensu
(Finxere doctam fabulam poetae),
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit
Doctaque vitam voce temperavit;
Iustitiam docuit, coetu quoque congregavit uno
Moresque agrestes expolivit Orpheus.

629

B. III 104.
M. 540.

ASCLEPIADII

De Fortuna

O Fortuna potens et nimium levis,
Tantum iuris atrox quae tibi vindicas,

11 abstractus *vulgo* 12 Post tremo *C*

628. *CBF*. De orpheo Pāl *C*, *in quo versus recte ordinati sunt*. Palladii *B* De orpheo *F*. 2 atrium *Petavianus* trium *ceteri* acrium *vulgo* 3 uago *CB* alite uolantis *B* 5 Suaue s. *B* 6 Ūmbra *C* -am *B* 8 doctam *C* docti *BF* 9 mitigant *C* 12 expoliauit *libri*

629. *CBF*. De fortuna Asci *C*, *om. F*. Descriptio fortune *B*. Celii Firminiani Simphosii. De fortuna *Vaticanus* 4493 *s. X p.* 42. *cf. B ph Woch* 1895, 510 1 ac *F* letus *C* 2 tibi *Vat.* 4493, *om. ceteri*

Digitized by Google

Evertisque bonos, erigis improbos,
Nec servare potes muneribus fidem! —
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie gravat,
Indignos eadem divitiis beat.
Haec aufert iuvenes ac retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora dividens.
Quod dignis adimit, transit ad impios.
Nec discrimen habet rectaque iudicat,
Inconstans fragilis perfida lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fovet,
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

630

EVSTHENII

B. I 98.
M. 1614.

De Achille

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
Cui virtus clarum nomen habere dedit,
Qui stravi totiens armis victricibus hostes
Inque fugam solus milia multa dedi.
Hectore sed magno summa est mihi gloria caeso,
Qui saepe Argolicas debilitavit opes.
Ille Menoetiadae solvit me vindice poenas;

3 erigis *Vat.* eligis *ceteri.* 7 illos *C* 11 tradit *scripsi* transdit *Cannegieter.* 11 *delet Buecheler, ut strophae sint binorum versuum* 12 recte *C* -que *libri,* -ve *edd.* rectane iudicet *Heinsius* 13 *punctum delet Baehrens.*

630. *CVB*(*F*ς). De achȳl *C* (*sed ad c.* 632, 10!) Eūs *C.* Eūs (*hoc om. V*) Epitaphium (-iom̊ *B*) achillis *VB* Super achillem *F* Pentadii *Scaliger* 1 tethidis nouissima *C* 3 statui *C* uictoribus *libri* hortes, *corr. m.* 2, *V* 5 Haectore *V* su.] magna *Bern.* 184 *s. IX—X* 6 deb. *ex* dev. *V* 7 Illae *V* menoeta//de, *sed corr., V recte B* manu eacidę *C*

Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus inmensis victor super astra ferebar,
Cum pressi hostilem fraude peremptus humum.

631

B. I 102.
M. 241.

POMPILIANI

De Hectore

Defensor patriae, iuvenum fortissimus, Hector,
Qui murus miseris civibus alter erat,
Occubuit telo violenti victus Achillis:
Occubuere simul spesque salusque Phrygum.
Hunc ferus Aeacides circum sua moenia traxit,
Quae iuvenis manibus texerat ante suis.
O quantos Priamo lux attulit ista dolores!
Quos fletus Hecubae, quos dedit Andromachae!
Sed raptum pater infelix auroque repensum
Condidit et maerens hac tumulavit humo.

632

B. V 140.
M. 1076.

MAXIMINI

De Y littera

Littera Pythagorae, discrimine secta bicorni,
Humanae vitae speciem praeferre videtur.

10 Conpressi *C* hostili *Bern.*

631. *CVB*(*F*ς). De nectore Pom̃ *C* Mãx (*hoc om. V*) Epitaphiũ (-iõm *B*) H(a)ectoris *VB* Pentadii *Scaliger*. Super Hectorem *F* 2 ater *C* 3 uiolent̃ hictus *V* uiolentis ictus *ceteri* uictus *Gothanus* 1047 *s. XV* fictus (!) *Baehrens* 4 phr. *C* fr. *ceteri* 5 caeides *C* iacides, *corr.*, *V* 6 traxerat *BF* 7 ista *C* illa *ceteri* 8 hecubę *C* haecube *V*; *om. B* -mache *codd.* 10 Condi///dit *V* ac *BF* cumulauit *B*

632. *CB*(*F*). *In Parisino* 2773 *saec. XI tredecim versibus insulse auctum legitur* (*cf. Mus. Rhen.* 31, 468). Max̃ (*titulo omisso*) *C*. *In B nomen evanuit, titulus deest.* De y y littera *F*. 'Vergilii' *edd. antiquissimae.*

Digitized by Google

Nam via virtutis dextrum petit ardua callem
Difficilemque aditum primo spectantibus offert,
Sed requiem praebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via laeva, sed ultima meta
Praecipitat captos volvitque per aspera saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget aevum.

633

VITALIS

B. III 85.
M. 535.

De libidine et vino

Nec Veneris nec tu vini tenearis amore;
Vno namque modo vina Venusque nocent.
Vt Venus enervat vires, sic copia Bacchi
Et temptat gressus debilitatque pedes.
Multos caecus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum saepe ciet ferus exitiale Cupido:
Saepe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
At Lapithas bello perdis, Iacche, gravi.

3 uia *B*] una *C* collem *Paris.* 4 quae *Ziehen* 6 uia lata *B* uiolata *CFMell.* laeva *scripsi* sed *om. C* 7 lapsos *Ziehen recte?* raptos *Baehrens* 10 *cf. ad c.* 630 *tit. C* 11 figit *C* laborem *C* 12 aevum *om. C*

633. *CVB, Mutinensis bibl. capit. o. I* 17 *saec. IX* (*in quo v.* 9—14; 1—4; 7—8) (*F*ς). Versus de libidine ac temulentia *Vatic.* 4493 *s. X* (*cf. ad* 629). Vī de librī dine et uino *C* Bās De libidine et uino *B* De aebrietate et libidin *V* Versus de cauenda uenere et uino *M*(*utin.*) 1 uini *CM* ba(c)chi *VBF* 2 Vno eodemque *M* 4 Att. *Baehrens* Attenuat *Loewe* 6 Archanum *libri* 7 Sepe ciet bellum *M* 8 tadem *C* v.] mouet *M* 9. 10 *om. V* 10 *Mico* (*in Poetis aevi Caroling.* 3, 279 *sqq.*) *v.* 227: 'Ovīd et Vir' laphi(*vel* y)t(*vel* d)as *libri* iache *C*

Digitized by Google

Denique cum mentes hominum furiavit uterque,
Et pudor et probitas et metus omnis abest.
Conpedibus Venerem, vinclis constringe Lyaeum,
Ne te muneribus laedat uterque suis.
Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Serviat: hos fines transiluisse nocet.

634

B. II 190.
M. 532.

BASILII

De XII libris Aeneidos

Primus habet, Libycam veniant ut Troes in urbem.
Edocet excidium Troiae clademque secundus.
Tertius a Troia vectos canit aequore Teucros.
Quartus item miserae duo vulnera narrat Elissae.
Manibus Anchisae quinto celebrantur honores.
Aenean memorat visentem Tartara sextus.
In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.
Dat simul Aeneae socios octavus et arma.
Daunius expugnat nono nova moenia Troiae.

11 furiarit *M* furauit *C V* 13 habest *V* 13 linenũ *V* 14 *om. V m. pr.* Nec te *C* 15. 16 *om. V* sędant *C* 16 Seruat *C* transsil. *C*

634. *V A* (*Bernensis* 167 *saec. IX—X*) *Be* (*Bern.* 172 *s. X*) *O* (*Bern.* 184 *s. IX—X*) *D* (*Bern.* 255 + 239 *s. IX*). — *Deest in C B, est in F, multis* ς. Prim' habet De XII libris aeneid. Baſ. libicam require in principio eneid *C*; *requisivi nec tamen inveni.* Versus Basilii *D* Versiculi Asmenii super XII l̄b eneidos inciṗ *O* (*et fere Paris.* 7927 *s. X*) De singulis libris uergilii aeneidos *V* Versus super XII libros *A* Incipiunt uersiculi Ouidii Nasonis super XII libros Aeneidorum *m.* 2 *saec. X Be. Saec. XI iam Ovidio Nasoni tribuitur.* 4 Elissae *D* helisę *V* elysę *A et fere Be O* 5 *sic V* Anchisae ad (at *D*) tumulum *Bernenses* quinte *V* 6 aeneam, *corr.*, *Be* 7 frigas *libri* i///taliam *A* italam *O* italia bellum *V* 8 heneae *V* 9 oppugnat *V* exp. *Bernenses*

Digitized by Google

Exponit decimus Tuscorum in litore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillae.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

635

ASMENII

B. III 51.
M. 533

De laude horti

Adeste Musae, maximi proles Iovis,
Laudes feracis praedicemus hortuli.
Hortus salubres corpori praebet cibos
Variosque fructus saepe cultori refert:
Holus suave, multiplex herbae genus,
Uvas nitentes atque fetus arborum.
Non defit hortis et voluptas maxima
Multisque mixta commodis iocunditas.
Aquae strepentis vitreus lambit liquor
Sulcoque ductus irrigat rivus sata.
Flores nitescunt discolore germine
Pinguntque terram gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratae levi,
Cum summa florum vel novos rores legunt.
Fecunda vitis coniuges ulmos gravat
Textasve inumbrat pampinis harundines.
Opaca praebent arbores umbracula
Prohibentque densis fervidum solem comis.
Aves canorae garrulos fundunt sonos
Et semper aures cantibus mulcent suis.

11 rutili *O* mortae *V* 12 necae (*om.* finem) *V*

635. *CB(F)*. De laude horti *Asm̃ C* Laus orti *BF* 2 Laudem *BF* 3 pr. corp. *C* corpore *B* 4 fructus *Heinsius* cultus *libri* saepe *i. e. variis anni temporibus* 5 Olus *C* 6 foetus *C* 7 desit *C* 8 cõmixta modis *C* 9 Atque *C* lambit *Aldina* ambi *codd.* 10 inr. *B*. 12 gemeis *C* 16 imumbra *B* pampinus *CB*, *recte?* -nis *Monac.* 18895 *s. XV* 19 canores *C* sonorae *B* canoros garrulae *Baehrens* 20 auras *C* aures *B*

Digitized by Google

Oblectat hortus, avocat pascit tenet
Animoque maesto demit angores graves.
Membris vigorem reddit et visus capit.
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.

636

B. III 92.
M. 534.

VOMANII

De interno livore

Livor, tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas
Et totum bibit artubus cruorem.
Quo quisquis furit invidetque sorti,
Vt debet, sibi poena semper ipse est.
Testatur gemitu graves dolores,
Suspirat fremit incutitque dentes;
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum,
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies renudat ossa.
Non lux, non cibus est suavis illi;
Non potus iuvat aut sapor Lyaei,
Nec si pocula Iuppiter propinet
Atque haec porrigat et ministret Hebe
Aut tradat Catamitus ipse nectar.

22 anguores *B* 23 visum *vulgo*. *Deleto v.* 23 *strophae binorum versuum restituentur ubique.*

636. *CB(F)*. De interno labore Vom̃ *C* Descriptio inuidiae *B*. De liuore *F M(onac.* 18895 *s. XV)* Euphorbii *Petavianus* Caelii Firminiani Symphosii *cod. apud Scaliger. ed. pr.* 1 malus *Heinsius* 2 Infectis *Oudendorp* 3 bibet *libri* -it *M* 4 Quod . . fuerit *libri* (furit *M*) forti *libri* sorti *Pithoeus* 5 ipsi *Francius* 7 gemit *C* 9 aratrum *C* 12 i. s. *B* 13 Nec *vulgo* sopor *C* 14 iupiter propinet *B* (-nat *F*) porrigat iuppiter *C* 15 Aut *vulgo* ministrat, e *supra* a, *C* 16 radat *C*

Digitized by Google

Non somnum capit aut quiescit umquam:
Torquet viscera carnifex cruentus.
Vesanos tacite movet furores
Intentans animo faces Erinys;
Est ales Tityi usque vultur intus,
Qui semper lacerat comestque mentem.
Vivit pectore sub dolente vulnus,
Quod Chironia nec manus levarit
Nec Phoebus sobolesve clara Phoebi.

637

EVPHORBII

B. I 169. M. 277. B. IV 154. Avienus ed. Holder p. 174.

De Sirenis

Sirenes varios cantus, Acheloia proles,
Et solitae miros ore ciere modos
(Illarum voces, illarum Musa movebat
Omnia quae thymele carmina dulcis habet:
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille sonat,
Quod leves calami, quod suavis cantat aëdon,
Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor)
Inlectos nautas dulci modulamine vocum

17 Nons *C* 19 futuros *C* 20 Intentas aĩo face ferinus *C et* (serinus) *B* erinis *M* 21 titiq; *C* titur quae *B* ticii *M* usque *scripsi* 22 *sic B* cumest mente *C* 23 uultinus *B* 24 Quo *libri* (Quod *M*) chiroma . . lanerit *C* 25 sob. *C* (sub. *B*)

637. *CVB; F, Mon.* 18895 5. — De sirenis Eũf *C* De sirenis *VF, om. B.* Iuliani *Petav.* Festi Avieni *Pithoeus.* Vergilii *Gothanus* 151 *s. XV ex.* 1 Syrenas *CBF* Sirenos ac *V; recte Goth.* aclel. *V* achil. *CBF* 2 miseros *CF* 3—8 *parenthesin puto An* 9—10 *ante* 3 *ponendi sunt?* 4 thimile *C* thymile *BF et* (-lę) *V* 5 queruntur *Pithoeus* fuerunt *libri* 7 Quodque *Mon.* leues et *C* (*Est lēvis caiamus*) a edon *B* et edon *C* edon *V* 8 olor *om. V* 9 Ill. *CF* modol. *V, B* (*sed corr.*), *Mellicensis* uocem *C* uocã *V, recte B*

Digitized by Google

Mergebant avidae fluctibus Ioniis.
Sanguine Sisyphio generatus venit Vlixes
Et tutos solita praestitit arte suos.
Inlevit cera sociorum callidus aures
Atque suas vinclis praebuit ipse manus.
Transiluit scopulos et inhospita litora classis:
Illae praecipites desiluere freto.
Sic blandas voces nocituraque carmina vicit,
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

638

B. V 132.
M. 531.

IVLIANI

De die natali

Clarus inoffenso procedat lumine Titan
Laetificusque dies eat omnibus aethere puro,
Vosque simul, iuvenes, animis ac voce faventes
Concelebrate diem votis felicibus almum,
Prosperus ut semper redeat vatique quotannis
Asmenidae referant alacres sua munera nati.

10 M////cebant *V* (Marc. *m.* 2) ionis *V* 11 sisifio *CVB* 13 Inleui cęra *C* 15 Transiit ut *Heinsius, sed cf. Hor. carm. I* 3, 24. scupulos, *corr., V* et *om. C* unospita littora *C* 16 Ille *CV* dissil. *C* 18 Sit *V m. pr.*

638. *CVB.* De sole. Iŭl *C* De ui diebus *V Inscr. om. B* De die natali Hilasii *Petav.* 3 animis *bis, corr. m.* 2, *V* facentes *C* 4 Concelebrare *V* -brata *B* 5 Expliciunt uersus. XII. sapienciŭ *(sequuntur* Versus sybillę) *C. Sequitur* De pedibus lib. IIII (*c.* 480) *nulla subscriptione interposita V.*

639

[AVSONII]

B. V 86 M. 1052. B. — Ausonius ed. Peiper p. 98 ed. Schenkl p. 10.

E fol. 3 *r.*

Monosticha de mensibus

Primus Romanas ordiris, Iane, kalendas.
Februa vicino mense Numa instituit.

639—657. *Ausoniana quaedam aliis intermixta ex* ***E*** *afferam sive Vossiano fol.* 111 *saec. IX, libro longe praestantissimo, qui Ausonium continet; quem unum plene adnotabo (cf. ad c.* 646*) — Ex ceterorum multitudine orthographica nulla, lectiones nullas nisi graviores addam. Universos compluresve significo* ς*, ex singulis sunt hi:* ***B*** *= Phillippicus Berolin.* 128 *olim* 1831 *saec. VIII—IX (c.* 639. 640*);* ***saeculi IX:*** ***P*** *= ibid.* 131 *olim* 1869 (639. 640), ***C*** *= Caroliruhensis Augia* 167 (639. 640. 644—646), *Parisinus* 5548 (639. 640), *Sangallenses* 251 (639. 640), 397 (639. 640. 644—646), *Vaticanus* 645 (639), ***V*** *= Vossianus q.* 86 (639. 641. 645), *Bernensis* 417 (640), ***D*** *= Durlacensis* 36 *F anni* 850 (639. 640. 645), *Coloniensis* 211 (640 *v.* 6), *Sangall.* 250 (640) *et* 450 (640), *Valentianus* 393 (645. 647); ***B*** *= Vaticanus* 3252 *sive Bembinus* (644—646); — ***saeculi IX—X:*** *Coloniensis* 186 (639), *Einsidlenses* 326 *et* 302 (641), *Parisinus* 7886 (639) *et* 8093 (644—646) *et* 13026 (641. 645), *Regius musei Brit.* 15 *B* 19 (639—641), *Sangallenses* 899 (641. 644—647), 251, 397, *Palat.* 1448 (639); ***saeculi X:*** *Bernensis* 250 (641), *Bodleianus Auct. F I* 16 (641), *Einsidl.* 319 (639—640), *Harleianus* 3091 (639), ***X*** *= Parisinus* 7927 (644—646), *Reginensis* 438 (640), *Sangallensis* 459 (639. 640), *Valentianus* 330 *bis* (639. 640), *Vaticanus* 644 (639. 640), *Vossianus q.* 33 (645); — ***saeculi X—XI:*** *Basilicanus H* 36 (645), *Parisini* 2772 (640) *et* 8069 = ***C*** (644—646), *Sangall.* 184 (640), *Urbinas* 290 (639. 640); — ***saeculi XI:*** ***A*** *= Trevericus* 998 (644—646), *Escorialensis & I* 3 (*anni* 1047) (640), *Matritenses E e* 40 (645) *et acad. real.* 17 (640), *Reginenses* 123 (639) *et* 1723 (640), *Vallicellanus B* 41 (647), *Meermannianus* (639); *Mellicensis* (641), *Oxoniensis* (639); — ***saeculi XII:*** *Ambrosianus M* 79 *s.* (639. 640), *Matrit. A* 16 (639. 640), *Parisinus* 4887 (641. 644. 645. 647), *Valentianus* 145 (647). — *Ex recentioribus affero Tillianum s. XV* (641) *et Monacensem* 18895 *s. XV* (647). — *Cf. adn.* 653 *et* 655.

639. *E; BCVP, permulti* ς. — *EB afferam, E sequar.* Monostica de mensibus *E inter Ausoniana;* Ausonii *hic et in seqq. nomen propterea addidi.* Versus de singulis mensibus *BR (om. CV)* Arati quę uidentur *Par.* 7886

Martius antiqui primordia protulit anni.
Fetiferum Aprilem vindicat alma Venus.
Maiorum dictus patrum de nomine Maius.
Iunius aetatis proximus est titulo.
Nomine Caesareo Quintilem Iulius auget.
Augustus nomen Caesareum sequitur.
Autumnum, Pomona, tuum September opimat.
Triticeo October fenore ditat agros.
Sidera praecipitas pelago, intempeste November.
Tu genialem hiemem, feste December, agis.

B. V 85. M. 1051.
B. — P. p. 102.
Sch. p. 13.

640

[AVSONII]

In quo mense quod signum sit ad cursum solis

E fol. 4 r.

Principium Iani sancit tropicus Capricornus.
Mense Numae ⟨in⟩ medio solidi stat sidus Aquari.
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.

3 antiqui /// *E* 4 Foet. *B* ferum *in ras E m. 2* 6 etatis *EB* (aestatis *P*) 7 Nomin^{e} *E* 9 *sic E* pomana *B* (nam poma *V*ς) tū *E*, *corr. m. 2* septembre *B* op.] uegitat *B*(*CV*) 10 octuber *E* octimber *B*, *similia rell.* 11 intempteste (*sed corr.*) *E* intempestæ *B* (-esta *CVP*) nobemuer (-ber *m. 2*) *E* 12 iemem *E m. pr.* *Pro v.* 12: Imbrifer (Ymbr. *B*) ast mensis tumque December adest *B*(*CV* ς)

640. *E*; *BPD* ς. — *EB afferam*, *E sequar*. In ... solis *E* Versus de duodecim mensibus signis (signis *dubium an eadem manu*) *B* *Alterutrum* (mens. *aut* sig.) *reliqui*; *om. D.* 'Quidam veterum' *Beda de temporum ratione c.* 16; *ex eo Hrabanus de computo c.* 39. *Hoc c. opere musivo descriptum est in crypta ecclesiae S. Savino Placentiae: E. ausm Weerth, Mosaikboden in S. Gereon zu Köln* (1873) *p.* 18. *V.* 1—3 *post* 12: *B*, *Beda*, *Bern.* 417 *s. IX*, *pauci* ς. 1 -cornius *B* 2 in *delet Buecheler* (sole distat *D* sol distat ς) 3 dupplices *E* tempora, *corr.*, *B*

Digitized by Google

Respicis Apriles, Aries Phrixee, kalendas.
Maius Agenorei miratur cornua Tauri.
Iunius aequatos caelo videt ire Laconas.
Solstitio ardentis Cancri fert Iulius astrum.
Augustum mensem Leo fervidus igne perurit.
Sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat.
Aequat et October sementis tempore Libram.
Scorpios hibernum praeceps iubet ire Novembrem.
Terminat Arquitenens medio sua signa Decembri.

641

[AVSONII]

B. I 43. M. 583.
B. — Peiper 106.
Schenkl 153.

E fol. 4 v. **Monosticha de aerumnis Herculis**

Prima Cleonaei tolerata aerumna leonis.
Proxima Lernaeam ferro et face contudit hydram.

4 prhixeae, *sed* rhi *m. 2 in ras.* *E* frixeae *B* 6 uide *B* Unde poeta: Iunius — laconas *Colon.* 211 *s. IX.* 7 Solistitio *E* austrum *B* 8 ꝑ(= per)urit *E* 9 Sidera *B* baccū *E* 10 octuber *E* octimber *B rell.* 11 *sic B(D)* nobēber *E* 12 arcitenens *B* decembre *B*

641. *E; V(oss. 86) ς.* Monostica de erumnis erculis *E inter Ausoniana, ς; om. V* Επνθαφνον ipsius (*Herculis*) *dicit cod. R. Cf. Anthologia Planudea IV* 92:

Ἄθηλον. Ἡρακλέους ἆθλοι.
Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν.
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
Χρυσοκέρων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον.
Πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυμφάλιδας ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον ἐκ Κρήτηθε πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
Εἴνατον ἐκ Θρήκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου δέκατον βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐρυθείης.
Κέρβερον ἐνδέκατον κύν' ἀνήγαγεν ἐξ Ἀίδαο.
Δωδέκατον ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.

1 erumna *ex* ęr. *E* 2 leraneam *E* lerneae *V* (h)ydra(m) ς idra *V* iram *E*

Digitized by

Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliavit Amazona balteo.
Septima in Augei stabulis inpensa laboris.
Octava expulso numeratur adoria tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Hiberia palmam.
Vndecimo mala Hesperidum destricta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

B. V. 41. M. 66.
B. fragm. p. L. 315.
P. p. 107.
Sch. p. 16.

642

QVINTI CICERONIS

Hi versus eo pertinent, ut, quod signum quo tempore illustre sit, noverimus; quod superius quoque nostris versibus expeditur.

E fol. 4 v.

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces
Curriculumque Aries aequat noctisque dieique,
Cornua quem condunt, florum praenuntia, Tauri.
Aridaque aestatis Gemini primordia pandunt
Longaque iam minuit praeclarus lumina Cancer
Languificosque Leo proflat ferus ore calores.
Post modium quatiens Virgo fugat orta vaporem.
Autumni reserat portas aequatque diurna
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.

3 erimanteũ *E* 4 Aerasp. *V* 5 Stimph. *E* 6 Thereiciã *E* Treiciam *V* expol. *V* 7 augeis *E V* (-gei *Regius*) stabula *E m. pr. teste Peipero* 8 Octa^{ba} *E* adorea *pauci* ς 9 diomediis *V* non^{a} *E* 10 Gerione *E* 11 esperidum *E* spidũ *V* trihumfo *E* 12 extractus *Huemer* subp̃ma *E*. —

642. *E. Ausonius recepit ut cum suo* (640) *compararetur.* 1 Flamina *Wakefield* 2. 8 equat *E* 3 comunt *E, em. Scaliger* 5 minuit: *nam solstitium aestivum iam praeteriit.* 6 Lãguific^{v}sq; *E* 7 modicum *E m.* 2

Digitized by

Effetos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,
Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.
Tanta supra circaque vigent cum lumina mundi,
A dextra laevaque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum, et Lunae simulacra feruntur.
. . . . . .
Squama sub aeterno conspectu torta Draconis
Eminet; hunc infra fulgentes Arcera septem
Magna quatit stellas, quam servans serus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootes.
. . . . . .

643

B. M. B. — P. 108. Sch. 17.

Hic versus sine auctore est.

E fol. 4 v. **Quo die quid demi de corpore oporteat**

Vngues Mercurio, barbam Iove, Cypride crines.

10 Et fetos r. dinudat *E* Effoetos *Pithoeus* 11 Pigra /// *E* 12 est spirans *V* exspirat *Ianus Helvetius* iubare spirat *vulgo* capricornii *E* 13 Quem *Heinsius* licor *E* 14 cum *scripsi* (*positum ut Aen.* 12, 473): umi *E* ubi *Scaliger* cui *Heinsius* flumina *E* urgentur lumina *Buecheler* videntur *Roscher* 15 Ad *E* At *vulgo* A *scripsi* dextera *E* 16 Mouile *E* *Post* 16 *lacunam statuit Buecheler; separat ut alienum a c.* 642 *Schenkl, fortasse recte.* 17 aeterno *noli mutare: nam Draco pariter ac Septemtriones nunquam occidit.* 18 hanc *Klotz* infra *Buecheler* inter *E* 19 stellãs *E, em. Canterus* serbãs *E* 20 Conditor .. ripas .. bootis *E, em Canterus*

643. *Sic E.* 1 iobe *E* cripride *E, corr. m.* 2. *Sequitur Ausonii hoc:* 'Hoc sic refellendum. Mercurius furtis probat ungues semper acutos | Articulisque aciem non sinit imminui. | Barba Jovi, crines Veneri decor: ergo necesse est, | Ut nolint demi, quo sibi uterque placent. | Mavors, imberbos et calvos, Luna, adamasti: | Non prohibent promi tum caput atque genas. | Sol et Saturnus nil obstant unguibus. ergo | Non placitum divis tolle monostichium.'

Digitized by Google

644

[AVSONII]

B. V 141.
M. 111. B. —
P. 90. Sch. 149.

De viro bono

E fol. 15 *v.* ***Πυθαγορικὴ ἀπόφασις***

Vir bonus et sapiens, qualem vix repperit unum
Milibus e cunctis hominum consultus Apollo,
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem.
Quid proceres vanique levis quid opinio volgi
. . . . . .
Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
Externae ne quid labis per levia sidat.
Ille diem, quam longus erit sub sidere Cancri
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat et iusto trutinae se examine pendit,
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis
Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis;
Sit solidum quodcumque subest, nec inania subter
Indicet admotus digitis pellentibus ictus;
Non prius in dulcem declinans lumina somnum,
Omnia quam longi reputaverit acta diei:

644. *E*; *B*; ς *multi.* De uiro bono ΠΥΤΑGORICЄ ΑΤΙΟΑCIC *E post Ausoniana.* *ἀπόφασις Peiper ἀχρόασις vulgo.* Publii Virgilii Maronis versiculi de Est et Non finiunt. Versiculi eiusdem Publii de institutione viri boni *B*; *similia* ς. *Horatium serm. I* 4, 134 *sqq. libere imitatur.* — *Aliam 'Pythagoricam apophasim' vide in Ausonio Peiperi p.* 89. 1 *a Paschasio Radberto affertur* (*mus. rh.* 41, 638) 3 ãguē *E, corr. m.* 2 4 uariique *Par.* 7936 *s. XIV.* lues *E* leuis *B*] ferat *Bembus* epinio *E* uolgi *E m. pr.* uulgi ς *E*² *Lacunam statuit Ribbeck* 5 abens *E* adq' *E* rotundas *B* 6 lauis *E* (?) labiis *B*¹ fidat *B* 7 quem *B* eat *conieci* 8 capricornu *B* ς 9 cogitat (tig *m.* 2) *E* tutrinae *E* 10 proturberet *B* ς 11 quoeat *E* deleret *B* amusis *E* 12 subtus *B* ς 13 *om. B* ς hictus *E* 14 declinatis *B* ς -nat ς 15 hacta *E*

Digitized by Google

'Qua praetergressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus afuit aut ratio illi?
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus antetuli? num dicto aut denique voltu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
Disciplina trahit?' sic dicta et facta per omnia
Ingrediens ortoque a vespere cuncta revolvens
Offensus pravis dat palmam et praemia rectis.

645

[AVSONII]

B. V 139. M. 285. B. — P. 91. Schl. 150.

E fol. 16 *r.* ***Ναὶ καὶ Οὐ. Πυθαγορικόν.***

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant.
His demptis nil est, hominum quod sermo volutet.
Omnia in his et ab his sunt omnia, sive negoti
Sive oti quicquam est, seu turbida sive quieta.
Alterutro pariter non numquam, saepe seorsis

16 Qua *apud Vinetum* Quo *libri* (*Πῇ παρέβην*; *carm. aureum* 42) Quae E^2 17 sti *E* asit *B* 20 ꝑsensi *E* quod *E*] quid *Bς* 21 feret (e *pr. ex* o?) *E* furet *Bς* onesto *E* 22 uultu *Bς* 23 -ctis *Bς* 24 trait *E* 25 Ingrediensque, *corr.*, *B* hort. *B* c̃nc *E* 26 det *EBς* dat *Sangall.* 899.

645. *E; B VD; multi* ς. ΝΑΥ. ΚΑΥ ΟΥ ΡΙΤΑGΟ-ΡΙCΟΝ *E post* 644; *codex Mariangeli Accursii. Om. VD*ς. Versiculi eiusdem Maronis (*post Copam*) de Est et Non inciꝑ *B, fere* ς De Pythagoricis diffinitionibus ΝΑΙΚΕ ΟΥ *Sangall.* 899 ς. Versus Prisciani eloquentissimi *Basilicanus H* 36 *fol.* 63 *s. X—XI, Voss. q.* 33 *s. X, Voss. n.* 15; *scilicet in D est post Prisciani periegesin.* 1 y] i *E u.* 3. 4. 2. *Ribbeck* 2 dẽtis *E* nihil ς quo *libri, corr. codd. saec. XV* 3 negotii *E* 4 otii *E* turbae *codd. recc.* quietis *libri, em. Ribbeck* 5 numquam *E m.* 2, ς umquam *E*ς seorsum *E m.* 2, ς *post* 5: Alter in alterius decertat uoce notandis *libri recc.*, *E m.* 2

Obsistunt studiis, ut mores ingeniumque,
Et facilis vel difficilis contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla, intervenit 'Est, est';
Sin controversum, dissensio subiciet 'Non'.
Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
Iurgia sunt circi, cuneati hinc †laeta theatri
Seditio, et tales agitat quoque curia lites.
Coniugia et nati cum patribus ista quietis
Verba serunt studiis salva pietate loquentes.
Hinc etiam placitis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat †placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum:
'Si lux est, est ergo dies? non convenit istic.
Nam facibus multis aut fulguribus quotiens lux
Est nocturna homini, non est lux ista diei.'
Est et Non igitur, quotiens lucem 'esse' fatendum est,
Sed 'non esse' diem. mille hinc certamina surgunt;
Hinc pauci, multi quoque, talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant!

6 studiis studiores *D* 7 Et *libri* Vt *Bondamius* faciles *et* difficiles *et* nacta *B*, *Par.* 7927, *Trever.* 998, *Par.* 8069, *alii pauci.* 8 Sic *E* Si ς 9 In *EDV* dissessio *E* (dessentio *B*; diss. *Par.* 8093; *recte* ς) *u.* 13. 14. 10—12 *Buecheler* 11 tanta *Ribbeck* lata *Sedlmayer* 13 sta *E* 15 placitis *Petav.*, *Voss.* 96, *alii* placidis *E*ς 16 placido (*ex* 15) *EV*ς placito *B*, (d. *ex* t) *D Par.* 7927, *alii* ς laeto *Gothanus A* 869 *s. XV* multo *conieci. Vocem graecissantem vult Ziehen* rabido *Baehrens* lento *Ribbeck* 18 Si lux est *scripsi*] Estne dies *libri* (Est lux: estne dies ergo? *cod. Basil. s. XV, alii rec.*) istic ς stic *E* istud *Voss.* 96 *s. XV.* 19 fulgeribus *E, sic vel* fulgoribus ς 20 sta *E* 21 est *om.* ς 22 Set *E* 23 Hic *vel* Hinc ς Hic *E* rauci *Ribbeck* Pauci *sunt homines docti,* multi *plebs indocta.* commedtantes *E, corr. m.* 2 24 rauiosa *E cf. Persius* 3, 81. 25 -sillaua *E* (-ba *m.* 2)

Digitized by Google

646

B. III 292. M. 1023. B. — P. 109. Sch. 243.

De rosis nascentibus

Ver erat et blando mordentia frigora sensu
Spirabat croceo mane revecta dies.
Strictior Eoos praecesserat aura iugales,
Aestiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere aut olerum stare cacuminibus,
Caulibus et patulis teretes conludere guttas
. . . . . .
Vidi Paestano gaudere rosaria cultu
Exoriente novo roscida Lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutectis
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperetne rosis Aurora ruborem
An daret et flores tingueret orta dies.
Ros unus, color unus, et unum mane duorum:
Sideris et floris nam domina una Venus.
Forsan et unus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur, spirat proximus iste magis.

646. *Om. E, tamen hic recepi, quia una cum* 644—645 *traditum est. Ex* 'vetusto codice' *Accursius Ausonio tribuit. B = Vatic.* 3252 *s. IX. A = Aug. Trevericus* 998 *s. XI. C = Parisinus* 8069 *s. X—XI. X = Paris.* 7927 *s. X. AB plene, CX hic illic afferam. Orthographica omittam pleraque.* Publii Virgilii Egloga finit. Eiusdem Virgilii Egloga De rosis nascentibus feliciter inchoat *B et fere ACX.* 1 mordenda *A* frigore (-rae *C*) *libri* 5 competa *libri* hortis *A* herbis *B* (hertis *C* ertis *X*) dei (Solis) *Ziehen* 6 uegitare *B* 8 hol. *BC* 9 teretes patulis *A* concludere *CX* 10 *deest.* Et caelestis aquae pondere tunc gravidas *saeculo XV*, Nox assueta diu fecerat illud idem (!) *saec. XIII suppletum est.* 11 candere *Scriverius* 15 aura *ABX* 17 Ros umus *A* 20 Difflatur *Basil. F III* 3 *et Voss.* 849 *s. XV* Difflo *A* Diffle *BCX* Diffluit et *alii s. XV.* Diffluit: exspirat *Tollius*

Communis Paphie dea sideris et dea floris
Praecipit, unius muricis esse habitum.
Momentum intererat, quo se nascentia florum
Germina comparibus dividerent spatiis.
Haec viret angusto foliorum tecta galero,
Hanc tenui folio purpura rubra notat,
Haec aperit primi fastigia celsa obelisci,
Mucronem absolvens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exsinuabat amictus,
Iam meditans foliis se numerare suis.
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
Prodens inclusi semina densa croci.
Haec, modo quae toto rutilaverat igne comarum,
Pallida conlapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiva aetate rapinam,
Et, dum nascuntur, consenuisse rosas.
Ecce et defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor, et tellus tecta rubore micat.
Tot species tantosque ortus variosque novatus
Vna dies aperit, conficit una dies.
Conquerimur, Natura, brevis quod gratia [talis]:
Ostentata oculis ilico dona rapis.
Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum:
Cum pubescenti iuncta senecta brevis.
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum.

21 paphiae *libri* 23 nascenda *A* 24 spadis *A* 26 Hac *BCX* Ac *A* Hanc tenui *pauci s. XV* tenus in *BCX* tenus et *A* 27 prima *libri* (*corr. in B*) primae florens praeludia formae *ludunt recentes* 28 absolueris *A* exsolvens *Schenkl* capidis *A* 29 colectos *A* exinuabat *B alii* 31 patefacit *A* 33 Ac modo *Scriverius* 37 Quam cito *recentes* deflusit rutali *A* 38 micae *A* 39 uariusq; *A* 41 florum est *B m. 2*, *recentes pauci* ; talis *A* ; *om. B m. pr. CX alii.* 42 Ostenta o. illico *A* 44 *sic* ς Cum pubescenti *A* (*sc. aetate*) Quas pubescentes *BCX*ς brevis *libri*] premit 3 *recc., vulgo* 45 rutilis *ex* -lus *B* conpexit edus *A* 46 unum *A*

Digitized by

Sed bene quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens aevum prorogat ipsa suum.
Collige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes,
Et memor esto, aevum sic properare tuum.

647

[AVSONII]

B. V. 142. M. 1078.
B. — P. p. 93.
Sch. p. 152.

E fol. 14 *v.* **De aetatibus. Hesiodion.**

Ter binos deciesque novem super exit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum.
Hos novies superat vivendo garrula cornix
Et quater egreditur cornicis saecula cervus.
Alipedem cervum ter vincit corvus, et illum
Multiplicat novies Phoenix, reparabilis ales.
Quem nos perpetuo decies praevertimus aevo
Nymphae Hamadryades, quarum longissima vita est.
Haec cohibet finis vivacia fata animantum.
Cetera secreti novit deus arbiter aevi:

48 Succendens *A* 49 uiro *B* (*g add. m. rec.*) Publii Virgilii Maronis egloga de rosis finit. Eiusdem Moretum incipit *fere libri.*

647. *E.* De aetatibus. Hesiodion *E inter Ausoniana post* 645. Incipit de etatibus animantium Hesidion *Sangall.* 899 *s. IX—X et Valent.* 393 *s. IX, ubi* Hesiod. — *Cf. Hesiodus fg.* 163 *F apud Plutarchum de oraculorum defectu c.* 11:

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοίνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Plin. NH 7, 153. 1 nobem *E* 3 nobies *E* uidendo *E, corr. m. pr.* 4 cerbus *E m. pr.* 5 Aeripedem *Beda, qui v.* 1—8 *et* 1—10 *affert (opera ed. Giles I* 517; 104) uinxit *E* 6 nobies *E* 7 Quam vos . . praeuertitis *Sangall. m.* 2, *Barberinianus VIII* 26 *s. XIII.* 8 nīphe amadriades *E* 9 coibet *E* Hi cohibent *vulgo* fines *Sangall., Val.* 10 Caętera *E* nobit *E*

Digitized by Google

Tempora quae Stilbon volvat, quae saecula Phaenon,
Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno
Circuitus, quali properet Venus alma recursu,
Qui Phoeben, quanti maneant Titana labores,
Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno
Rursus in anticum veniant vaga sidera cursum,
Quali dispositi steterant ab origine mundi.

B. III 97. M. 542.
B. IV 107.

648

SVLPICII LVPERCI SERVASII IVNIORIS

E fol. 37 *v.*

Omne quod Natura parens creavit,
Quamlibet firmum videas, labascit,
Tempore ac longo fragile et caducum
Solvitur usu.
Amnis insueta solet ire valle
Mutat et rectos via certa cursus,
Rupta cum cedit male pertinaci
Ripa fluento.
Decidens scabrum cavat unda tofum,
Ferreus vomis tenuatur agris,
Splendet adtrito digitos honorans
Anulus auro.

11—17 *in solo E sunt* (*Accursii quoque codex* ***Ausonio tribuebat***). *Iam ad maiores maximasque aetates poeta transit.*

11 q' stilo inuoluat *E* phaenon *E* (phaęton *m.* 2) 12 pirois *E* quod *E*, *corr. Accursius* quot *Heinsius* 13 arma *E* (*corr. m.* 2) 15 consũto *E* 16 beniant *E* 17 Quali *Pithoeus* Qualia *E* dispositu *vel* -ta *Buecheler* steterunt *Baehrens.*

648. Īt uersus Sulpicii Luperci Serbasti Iunioris *E* Sebasti *Scriverius* Servasii *conieci* de vetustate *add. Scaliger* 2 Quãliuet *E* 5 calle *Baehrens* 6 certos via recta *Baehrens* 7 caedit *E* 9—12 *cf. Ovidius ex Ponto epp. IV* 10, 5 *sq.*

Digitized by Google

649

EIVSDEM

E fol. 37 *v.* **De cupiditate** B. III 74. M. 543. B. IV 107.

Heu misera in nimios hominum petulantia census!
Caecus inutilium quo ruit ardor opum,
Auri dira fames et non expleta libido,
Ferali pretio vendat ut omne nefas!
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum
Accepit, turpis materiam sceleris;
Sic quondam Acrisiae in gremium per claustra puellae
Corruptore auro fluxit adulterium.
O quam mendose votum insaturabile habendi
Inbuit infami pectora nostra malo!
Quamlibet inmenso dives vigil incubet auro,
Aestuat augendae dira cupido rei.
Heu mala paupertas nunquam locupletis avari:
Dum struere inmodice quod tenet optat, eget.
Quis metus hic legum quaeve est reverentia veri,
Crescenti nummo si mage cura subest?
Cognatorum animas promtum est fratrumque cruorem
Fundier: affectus vincit avara fames.
Divitis est, semper fragiles male quaerere gazas:
Nulla huic in lucro cura pudoris erit.
Istud templorum damno excidioque requirit;
Hoc caelo iubeas ut petat: inde petet.
Mirum ni pulcras artes Romana iuventus

649. It eiusdem de cupiditate *E cf. Horat. c. III* 16. 1 H *add. m.* 2 *E* 2 caęcus *E* (*ubi* aę *saepius pro* ae) coruit *E*, *corr. m. sec.* 4 precio *E* venditat *Heinsius* 5 erifila *E. cf. et Statii Theb. IV* 211 ut aurum *Tollius* 7 condã crisiaę *E* 9 mendosaę *E* 14 t eget *add. E m. sec.* 16 crescente *E cf. Hor. l. c. v.* 17 culpa *Buecheler olim* 17 patrumque *edd.* 18 *fol.* 38 *r.* Fundere h et *Pith.* 21 IStut (*m. pr.*) *E* exitioque *edd.* 23 pulcras (h *m. pr.*) *E*

Digitized by Google

Discat et egregio sudet in eloquio,
Vt post iurisonae famosa stipendia linguae
Barbaricae ingeniis anteferantur opes?
At qui sunt, quos propter honestum rumpere foedus
Audeat inlicite pallida avaritia?
Romani sermonis egent ridendaque verba
Frangit ad horrificos turbida lingua sonos.
Sed tamen ex cultu adpetitur spes grata nepotum?
Saltem istud nostri forsan honoris habent?
Ambusti torris species exesaque saeclo
†Abtantur priscis corpora de tumulis!
Perplexi crines, frons improba, tempora pressa,
Extantes malae deficiente gena,
Simataeque iacent pando sinuamine nares,
Territat os nudum caesaque labra tument.
Defossum in ventrem propulso pondere tergum
Frangitur et vacuo crure tument genua.
Discolor in manibus species, ac turpius illud,
Quod cutis obscure pallet in invidiam.

25 stipendia] p *fortasse in ras. E* 27 Atqui *vulgo* Atque hi *Heins.* 28 abaritia *E, corr. m. sec.* 29 egens *vulgo* 30 Fundit *Klotz* et h. *Heinsius* orrificos *E* 31 Set, *corr. m. pr. E* ultu *E, corr. Oudendorp* vultu *Scaliger* petitur *Francius* 32 Saltim stud (i *m. sec.*) ñsi *E* 33 exąesaq; *E* 34 Abtantur *E* Raptantur *Heinsius* Aptantur *Vinetus* Abduntur *edd.* 36 Extãtes malae *E m. pr.* mala *et* genae *Scaliger.* 37 Simanturq; *E, corr. Scaliger* uncae *Buecheler* patent *puto* 40 varo *Burmann* 41 Decolor *Heinsius* inmanis *Schrader* in malis *Baehrens* hac *E* ac *m. sec.* at *Buecheler* hoc *Baehrens* 42 obscurę *E* ab invidia *Buecheler* in invidia *Baehrens V.* 33—42 *uersui* 30 *statim subiungendos puto et* 31—32 *post* 26 *collocandos. Buecheler cl. Ammiano XXXI* 2, 2 *sqq.* 11 *de Hunnis cogitat. Finem deesse putat Baehrens.*

Digitized by Google

650

PETRONII

B. III 131. M. 180. B. IV 109. Petron. ed. Buecheler fg. 29.

E fol. 38 *r.*

Fallunt nos oculi vagique sensus
Oppressa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope quae quadrata surgit,
Detritis procul angulis rotatur.
Hyblaeum refugit satur liquorem
Et naris casiam frequenter odit.
Hoc illo magis aut minus placere
Non posset, nisi lite destinata
Pugnarent dubio tenore sensus.

651

EIVSDEM

B. VI 90. M. 170. B. IV 110. Petron. ed. B. fg. 34

E fol. 38 *r.*

De somniis

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra deum nec ab aethere numina mittunt,
Sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
Vrguet membra quies et mens sine pondere ludit,
Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit et flammis miserandas eruit urbes,
Tela videt versasque acies et funera regum
Atque exundantes profuso sanguine campos.

Sequuntur 'Versus Petronii' (*Petr. satir. c.* 14 *p.* 15 *Buecheler nr.* 159 *Meyer*), 'Item eiusdem' (*Petr. c.* 83 *p.* 99 *B. nr.* 162 *M.*), **650** 'Ĩt eiusdem': metro falecio endecasillabo *add. in mg. E* 4 Adtritis *Scaliger* 5 Hibleũ *E* licorem *E* 6 maris *E, corr. Pithoeus* marcens *Duebner.* 8 posv̄t *E* (v̄ *m. sec. in ras.*)

651. Ĩt ei'dem (*i. e.* eiusdem) de somniis *E cf. Lucretius IV* 962 *sqq.* 2 hab *E*, h *erasa* ethere *E* 3 quũ *E* prostata *E, corr. supra lin.* 4 Mulcet *Francius* 5 facit *Barth.* uello, *sed corr., E* 6 *sic E* 'in' *E m. pr. supra* urbes, *sed deletum.* saevit in u. *vulgo* 8 ꝑfuso (*i. e.* perfuso) *E, sic L. Mueller*

Qui causas orare solent, legesque forumque
Et pavida cernunt inclusum chorte tribunal.
Condit avarus opes defossumque invenit aurum.
Venator saltus canibus quatit. eripit undis
Aut premit eversam periturus navita puppem.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in somnis leporis vestigia lustrat.
In noctis spatium miserorum vulnera durant.

B. ad VI 90. M. B. — Claudian. ed. Birt. 284.

652

CLAVDIANI

E fol. 38 *v.*

De eadem re

Omnia quae sensu volvuntur vota diurno,
Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad silvas et sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigae somnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapsas quaerit avarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus aegris
Inriguus gelido pocula fonte sopor.

10 pauidi *et* corde *E, corr. Mommsen* pauido *Scaliger* 11 intremit *Baehrens cl. Verg. Georg. II* 507 13 premite uersam *E* puppim *edd. u.* 15 *Buecheler, u.* 16 *Barthius delent* 15 Utraque et in somnis *Baehrens!* latrat *E, corr. Burmann* 16 En *L. Mueller* spatio *Scaliger*

652. *Claudiani panegyrici de sexto consulatu Honorii Aug. praef. v.* 1—10. — *E*: It̃ Claudiani de eadem re 2 quiaes 3 quũ 5 cursus 6 moeta *et* aequis (*sed corr.*) 8 abarus 9 egris. — 5 currus *libri Claudiani* 8 vigili *Gesner* lapsas *Buecheler.* 1—2 *sunt in Monac.* 14516 *s. XI*

Digitized by Google

653

SVLPICII CARTHAGINIENSIS *E fol. 39 v.*

Hexasticha in Aeneidis libris.

Praefatio

B. II 175. M. 286. B. IV 169.

Carmina Vergilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali iusserat igne mori.
Tucca negat, Varius prohibet, superaddite Caesar
Nomen in Aenea non sinis esse nefas.
O quam paene iterum geminasti funere funus,
Troia, bis interitus causa futura tui.

I

B. II 194. M. 223.

Arma virumque can]it vates Iunonis ob iram
Et totum Aeoliis turbatum flatibus aequor,
Disiectas classes submersaque corpora ponto,

Sequitur 'Epigrammatū Obidii Nasonis in libris eneidarum Vergili///', *quae dedi fascic. I p. 7 sqq.; deinde:*

653. It̄ exastica Sulpicii cartaginiẽsis in eisdem libris *E*. *Propter similitudinem addere libet hosce versus, quos Probus et Donatus in commentariis Vergilianis afferunt, ille v. 1—4 Servii Vari, hic v. 1—6 Sulpicii Carthaginiensis esse dicens:*

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca vetat Variusque; simul tu, maxime Caesar,
Non sinis et Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene est alio Troia cremata rogo.

De Sulpicio cf. Gellius 2, 16, 8 *sqq.* 19, 13, 1. Exasticha Sulpitii de eisdem libris *erant in codice catalogi de St. Oyan s. XI* (*Mus. rhen.* 48, 284). *V.* 1—6 'Focae' *schedae Scaligeri* 1 frigiũ *E* 3 proibet *E* 4 Aeneae *Buecheler, recte?* isse *Ziehen* 6 futuri *E, corr. m.* 2 Liber primus. I *E; in seq. numeros tantum habet in marg.* 7 can] *hucusque Vergilianum est.* Iunonis ob iram *ad* turbatum *refert Opitz* (*Studia Lipsiensia VI* 291 *sqq.*) 8 tubatum *E* 9 summ. *E*

Digitized by Google

Hospitium Didus, casus cogentis et annos
Aenean Troiae fatumque et bella referre.
Quorum pars terra, pelago pars addita famae est.

II

Conticuere omnes intentique or]e loquentis
Ora tenent. ac tum dolus introducitur hostis
Et fallacis equi damnosum munus, inermis
Perfidia notusque Sinon, amissaque coniunx,
Per medios ignes ablatus saevaque tela
Anchises umero facilis pietate ferentis.

III

Postquam res Asiae] disiectaque moenia Troiae,
Dant pelago classes. Polydori funera discunt
Atque Heleni praecepta, fidem cui fecerat usus,
Quae non accessu via sit temptanda: Cyclopes
Et Scyllae rabies et ineluctabilis unda
Erroresque maris; labor in contraria versus.

IV

At regina gravi] pectus succensa dolore
Ardet amore viri. clausum †veneratur amorem
Dumque capit, capitur: sentit, quos praebuit, ignes.
Aeneas altum sociis et classe petivit.

10 cassus, *sed corr.*, *E* cogentis *Ribbeck* quo gentis *E* 11 uella *E*, *corr. m.* 2 vela *Baehrens* referre *sic E* 12 terrae *E*, terra *Francius* 13 ingentiq; *E* *cf. ad v.* 7 15 aęqui *E* inermis *Opitz ex Aen. II* 67 in armis *E* coniuncx *E* 17 alatus *E*, *em. Tollius* 18 umero *scripsi*: honor *E* oneri *Scaliger* piaetate *E* 20 y]i *E* 21 husus, *corr. E* 22 accessus *E*, -ssu *L. Mueller* 22 ciclopas *E* 23 y]i *E* 24 Errorisque *E* 25 successa *E*, *corr. m.* 2 26 ueneratur *E* venatur *Burmann* clauso venatur amore *Ribbeck, recte?*

Digitized by Google

Extructa regina pyra penetralibus instat
Morte fugam †praestare morae nec defuit hora.

V

Interea medium Aeneas] tendebat in aequor,
Moenia respiciens causa flagrantia amoris.
Mox Siculae tenet arva domus manesque parentis
Ludorum exequiis celebrat. quibus additur Iris
In faciem Beroes classem flammare iubentis
Iunonis mutata dolo: namque illa monebat.

VI

Sic fatur lacrimans.] Cumarum adlabitur oris,
Descensusque parans adiit praecepta Sibyllae,
Qua duce non fastum mortali limen aditur.
Hic primum maestos videt inter cetera Troas.
Tum patrem agnoscit, discit reditura sub ortus
Corpora Romanosque duces seriemque nepotum.

VII

Tu quoque litoribus nostris,] Caieta, manebis.
Servat honos nomen: pietas testatur honorem.
Causam opus insequitur; bellum namque incipit esse,
Tyrrhidae iuvenum quod tunc conflaverat ira.

29. 38 y]i *E* 30 Mortem *E, corr.* pensare; *Baehrens* more *E* (-rę *m.* 2)]*ego* ; mori *vel* viri; *conieci* 33 sicula *E, corr. Oudendorp* 35 beroex, *sed corr., E* In facie . . Iunone immittente; dolos . . movebat *Baehrens* 36 Iunonem mentita *E* Iunonis *edd.* mutata *Heyne* 37 oris (horis *m.* 2) *E* 38 obiit *Schrader* 39 faustum *Burmann* 40 mestos *E* 41 sub] ub *E* 43 nsis cateta *E* 44 Serbat *E* amorem *L. Mueller* 45 Causa *E, corr. Heyne* (*cf. Aen. VII* 482 laborum causa *sqq.*) Pausam *Opitz* uellū *E* 46 Tirride Iuuenum *E. Falso intellegit Aen. VII* 484, *quasi* 'Tyrrhidae pueri' *filii sint cuiusdam Tyrrhidae nomine* Tyrrhi natorum *Opitz*

Digitized by Google

fol. Turnus adest, monet, arma sibi contraria sumat.
40*r*. Tum gentes socia arma ferunt, fremit arma iuventus.

VIII

Vt belli signum] cecinit, sociosque vocavit
Turnus et in varias turbatus pectora mentes
Aeneas Euandron adit; facit hospitis usum
Atque operum causas, urbis cognoscit honores.
Arma virum Cytherea rogat, mox accipit heros.
†Tuque opere ars piget, facti lavor efficit artem.†

IX

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Iri]s adest, monet, arma sibi contraria sumat.
Caeduntur vigiles et mutua corpora fratrum.
Nisus et Euryalus morte et pietate fideles.
Dumque petunt laudem, vincunt contraria fata.
Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus.

X

Panditur interea] caelum sedesque Tonantis;
Alternos questus Venus ac Saturnia promunt.

47 *cf. versus* 56. sumant *Heyne* 48 *cf. c.* 1, *VII* 10 49 *post* cecinit *interpunxit Ziehen* 50 et in *E* (que . . et *correlativa sunt*) tum *olim scripsi* it in *Opitz* mentes *E* partes *Baehrens, recte?* 53 virum *L. Mueller*] rogat *E* deum *Heyne* cithera *E* 54 *sic E* Tumque opera ista stupet *Burmann.* Cumque opera aspiceret *conieci.* Utque opera aspexit *Baehrens* Inque opere aspicitur fatū *Opitz* efficit acrem *vel* factis labor addidit artem *Burmann* fati favor *Baehrens* 56 Ins *E cf. versus* 47. 57 *ex Aen. IX* 314 *sqq.* 57 *post* 60 *transpos. Baehrens, defendit Opitz* 58 y]i *E* Marte *Opitz* 59 petit *E, corr. Meyer* vincunt fata *i. e. gloriam immortalem assequuntur* 60 laęto *E* pulcer *E* 61 seditque *E, em Burmann* 62 quęstus *E*

Digitized by Google

Illa dolos, haec bella movet, sed vincitur ira.
†Mater at Aeneas bello non segnior instat.
Vulnere Mezenti Lauso nam fecerat iram.
Quem tetigit virtus, superat per fata periclum.

XI

Oceanum interea] Phoebus superaverat ortu.
Extruit Aeneas dextra quaesita tropaea.
Condit humi socios, fatum quos condidit ante.
Legati responsa ferunt, veniamque petitam
Non negat. et contra pugnat secura Camilla,
Femina caede potens, casu temeraria tanto.

XII

Turnus ut infractos] vidit cessisse Latinos,
Instat atrox pugnae[que] vices sibi percipit hostis.
Pectore secreto violatur vulnere teli
Aeneas. causa est illi Iuturna; nec ante
†Adfuit obsequio, quam mors finiverat iram.
Sed sua fata virum traxerunt quaerere mortem.

654

Tetrasticha in libris Vergilii

B. II 193, 5 sqq.
M. 863, 5 sqq.
B. IV 173.

E fol. 40 *r.*

In Georgicis

Sidera deinde canit, segetes et dona Lyaei
Et pecorum cultus, Hyblaei mella saporis.

64 Mater at *E* At pater *puto* 65 lădaem *E* Lauso *Oudendorp* nam: qui *puto* 67 hortu *E* 68 q' sita tropea *E* 69 humo *L. Mueller* 71 Et] *num* At? 72 casu *E* usu (*sc. caedis*) *Opitz* 74 que vices *Oudendorp* neces *E* ‚cipit *E* (*cf.* 640, 8) hos *E* (tes *m. sec.*) 75 Foedera: sec. *Heyne* Foedere decreto *Baehrens* P. sed recto *Oudendorp* 76 nec ante *L. Mueller* negãte *E* 77 obsequium *Baehrens* quã *E* Iam Mars *Heyne* iram *sc. Iunonis* 78 *post* 74 *transpos. Baehrens*

Sequitur in E c. 2, 1—8 (Tetrastica), *deinde:*
654. Geōr *E* 1. 2 y]i *E*

Digitized by Google

Principio breviter ventura volumina dixit.
Intercidit opus coepitque referre secunda.

In Aeneide.

I

Arma virumque can]it mira virtute potentem,
Iunonis[que] odio disiectas aequore puppes,
Hospitium Didus, classem sociosque receptos,
Vtque epulas inter casus regina requirat.

II

Conticuere omnes. In]fandos ille labores
Deceptamque dolis Troiam patriaeque ruinas
Et casus Priami docet et flagrantia regna,
Ignibus e mediis raptum deque hoste parentem.

III

Postquam res Asiae] deceptaque Pergama dixit,
Tum, Polydore, tuos tumulos, tum Gnosia regna,
Andromachen Helenumque et vasta mole Cyclopas
Amissumque patrem Siculis narravit in oris.

IIII

At regina gravi Veneris iam carpitur igni]
Venatusque petit. capitur venatibus ipsa
Et taedas, Hymenaee, tuas ad funera vertit,
Postquam Anchisiades fatorum est iussa secutus.

3 ureuiter *E* secundum (*sc. volumen*) *Opitz* I AĒN *E* I *in mg. om. E* 6 que *add. Baehrens* studio *Buecheler* 8 aępulas *E* 11 primai *E, corr.* 12 remediis *E* r *del. m. sec.* 14. 15 y]i *E* 17 *ex Aen. IV* 1—2 (*ubi* venis) 18 ipsa *Burmann* ipsis *E* 19 himenee *E* 20 hāchisiades *E* h *del. m. sec.* sequutus *E*

Digitized by Google

V

Interea Aeneas pelagus iam classe tenebat]
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore.
Puppibus ambustis fundavit moenia Acestae
Destituitque ratem media Palinurus in unda.

VI

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris]
Descenditque domus Ditis comitante Sibylla. *fol. 40 v.*
Agnoscit Troas caesos, agnoscit Achivos,
Et docet Anchises venturam ad sidera prolem.

VII

Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti.]
Impetrat Aeneas Latium regnumque Latini,
Foedus agens. saevit Iuno bellumque lacessit
Finitimosque viros Turnumque in proelia mittit.

VIII

Vt belli signum Turnus] Mezentiaque arma
Concivitque duces, tum moenia Pallantea
Aeneas adit Euandri socia agmina quaerens.
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.

VIIII

Atque ea diversa dum parte.] hic diva Cybebe
Puppes esse suas Nympharum numina iussit.

21 plagas (e *supra* pl) *E* 23 aceste *E* 25 *ex Aen. VI* 1—2 26 domum *Buecheler* y]i *E* 27 trohas *E* achibos *E* 29 *ex Aen. VII* 1—2 30 Impereat *E* Intrat et *Opitz* regumque *E* latinis *E* Latini *scripsi* Latinum *Baehrens* 31 fedus *E* uellũq; *E, corr.* 34 consciuitque *E, corr. Heyne* 37 *inepte dictum* huic *Burmann* cibebe *E* 38 esse] es *E* nĩpharũ *E*

Digitized by

Euryali et Nisi caedes et fata canuntur,
Fecerit inclusus castris quae funera Turnus.

X

Panditur interea] caelum coetusque deorum.
Iam redit Aeneas et Pallas sternitur acer.
Eripuit Iuno Turnum, Lausoque parentem
Adiecit comitem mortis Cythereia proles.

XI

Oceano interea surgens Aurora] videbat
Mezenti ducis exuvias caesosque sodales
Et Latium proceres Diomedis dicta referre,
Tum qualis pugnae succedat Etrusca Camilla.

XII

Turnus ut infractos] [hos] vidit et undique caesos,
Vltro Anchisiaden bello per foedera poscit;
Quae Iuturna parat convellere; set tamen armis
Occidit et pactum liquit cum coniuge regnum.

655

Epigramma

B. II 185.
M. 289.
cf. B. IV 179.

AVGVSTI CAESARIS

. . . . . .

Nescio quid fugiente anima, non sponte sed altis *sqq.*

39. 44 y]i *E* 43 Lausique *E* Lausoque *Heyne* 45 Oceanum *E, fortasse genuinum, quamquam tam ineptum quam v.* 37: *cf. Aen. XI* 1 48 Volsca *L Mueller* 49 hos *add. Buecheler* uidisset und. cesos *E* 50 ꝑ phedera *E* 51 diuturna E^2; *recte m. pr.* 60 liquid *E*

Īt monostica in libris aeneidos *E, quae vide in carm.* 1 *Deinde:*

655. *Vide in c.* 672, 25 *sqq.*

Digitized by Google

Aenigmata.

B. M. B. —

656

Si me retro legis, potui quae vivere numquam,
Continuo vivam, sumens de nomine vitam.

657

Si me retro legis, faciam de nomine verbum.
Femina cum fuerim, imperativus ero.

657a

Si me retro legis, dicam tibi semper id ipsum;
Vna mihi facies ante retroque manet.

657b

Mollior in tactu, sed durior omnibus actu
Ille ego qui rabiem possum superare ferinam.

657c

Si me retro legis, facere qui vulnera novi,
Ex me confestim noscis adesse deum.

656—657c. *E fol.* 40 *m. sec.* Enigmata *E. Alia manu in mg. adscriptum*: 656 EVA. 657 ARRA. 657a AVE. 657b ARA. — *Froehner Philologi suppl. V* 7 *rectius* 656 *statuit* 'Lamina—Animal'; 657a 'Ama' *vel* 'ede'; 'eme'; 657b (*medii aevi, versus leoninus*) 'Serpens' *coll. Plin. H. N.* 29, 101; 657c 'Sica—Acis' ('Mucro—Orcum' *L. Mueller*). — 657 *est* 'Eva—Ave'.

Digitized by Google

B. V 149. M. 39.
B. V 368. MGh
Auct. antiquiss.
XIV 253.

658

De filomela

Distichon filomelaicum

Sum noctis socia, sum cantus dulcis amica:
Nomen ab ambiguo sic filomela gero.

Item

Insomnem filomela trahit dum carmine noctem,
Nos dormire facit, se vigilare docet.

Item dialogon tetrastichon

Dic, filomela, velis cur noctem vincere cantu?
'Ne noceat ovis vis inimica meis.'
Dic age, num cantu poteris depellere pestem?
'Aut possim aut nequeam, me vigilare iuvat.'

Item carmen filomelaicum

Vox, filomela, tua cantus edicere cogit,
Inde tui laudem rustica lingua canit.
Vox, filomela, tua citharas in carmine vincit
Et superat miris musica flabra modis.

658. *Librorum classes: I. T = Toletanus nunc Matritensis* 14, 22 *s. X, fol.* 55 *v. Contulit Loewe. Parisini* 8440 (*p*) *s. X et* 5577 *s. IX*; 5. *II. M = Montepessulanus* 306 *s. IX in. Vossianus q.* 33 *s. X. Turicensis C* 78 *fol.* 103 *s. IX. Angelicanus V* 3, 22 *et Bruxellanus* 1828 *s. XI*; 5. *Adnotabo TM.* — Disticon filomelaicum *T*] Versus de filomela *M. Eugenio Toletano (qui est in T) a nonnullis ascribitur. Iulium Speratum poetam Goldast ementitus est.* 'Catonis' *Reginensis* 1578 *s. XI.* 2 amuiguo *T (filomelae nomen et a μέλας et a μέλος ducit poeta).* Item *om. classis II* 3 trait *T* t. d.] transducit *M* 4 se v. iubet *p* I. d. t. *om. cl. II* tetrasticon *T* 5 quur *T* 6 Ovis ne noceat *Bruxellanus* 7 nunc *M* 8 iubat *T* Item c. f. *T, om. M* Carmen *p* 9 seducere *M* 10 cui *M* 11 cytharas *M* 12 *cf. c.* 483, 2.

Digitized by Google

Vox, filomela, tua curarum semina pellit,
Recreat et blandis anxia corda sonis.
Florea rura colis, herboso cespite gaudes,
Frondibus arboreis pignera parva foves.
Cantibus ecce tuis recrepant arbusta canoris,
Consonat ipsa suis frondea silva comis.
Iudice me cycnus et garrula cedat hirundo,
Cedat et inlustri psittacus ore tibi.
Nulla tuos umquam cantus imitabitur ales,
Murmure namque tuo dulcia mella fluunt.
Dic ergo tremulos lingua vibrante susurros
Et suavi liquidum gutture pange melos.
Porrige dulcisonas adtentis auribus escas;
Nolo tacere velis, nolo tacere velis!
Gloria summa tibi, laus et benedictio, Christe,
Qui praestas famulis haec bona grata tuis.

16 pignora *M* parva *T*: multa *M* 17 e. t.] et coetus *M* 19 Iudicet me *M*ς (Iudicio ς): *recte T* cignus et garula *M* irundo *T* 20 Cedit et inlustris siptacus *M* 21 *a Iuliano Toletano laudatur* (*Anecd. Helvet. Hageni p.* 229) tuis *M* imitatur *T* 23 susurrus *M* 24 suabi *T* suaue *M* pangere *M* 25 dulcessonas *T* 26 *Eugenius Tol. saepius sic iteravit* 27 tibi summa *M* XPE *M* 28 f.] seruulis (*sic*) *T* Explicit *M*

Ad hoc carmen spectant versus cod. Paris. 2773 *saec. XI fol.* 83′:

Ipse libenter avem filomellã nomine dictam
Liqui pennigera carperet alta fuga
Quam iterum laqueis vellem si prendere possem
I quaediu doleo quod malefecit avis.
Vox filomella tui resonabat dultiter ovans:
'Nolo tacere velis' (*cf. v.* 26) te filomella nimis.
Istos qui fixit valeat per saecula rethor;
Ore suo cecinit modicus de more . . .

Etiam Paulus Albarus Cordubensis saec. IX monachus imitatus est; vide in Poetis aevi Carolingici III 126 *sq.*

Digitized by Google

659

Vide nunc c. 487ᵇ

B II 118. M. 209 B. — AL epigr. 427.

660

In memoria cuiusdam militis

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,
Inter mille viros primus fortisque Batavos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Aequora Danuvii cunctis transnare sub armis,
Emissumque arcu dum pendet in aēre telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta;
Quem neque Romanus potuit nec barbarus umquam,
Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus,
Hic situs hoc memori saxo mea facta sacravi.
Viderit, anne aliquis post me mea gesta sequatur!
Exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

B. M. —

661

Lugduni in memoria geminorum

Hic gemini fratres iuncti dant membra sepulchris,
Quos iunxit meritum, consociavit humus.
Germine barbarico nati, sed fonte renati
Dant animas caelo, dant sua membra solo.

659—664. *V* = *Valentianus* 393 *s. IX* (*cf. ad c.* 487ᵇ) *fol.* 88 *v.*

660. *Sic V.* Item uersus eiusdem (*Hadriani, cui tributa c.* 392—393 *praecedunt*) de quodã milite Sorano *P* (*Parisinus* 6630 *s. XIII fol.* 1) Epytaphium Sorani *M* (*Montepessulanus* 280 *s. XII*). — *V P adnotabo.* — *Cf. Corpus Inscr. Lat. III* 3676. 3 adriano *V P M* 4 *sic V* (danubii *P M*) transnatare *V* 6 sagittas *V* 7 Que *V sec. de Rossi Inscr. christ. urbis Romae II* 260 9 mori *V* (memori *P*) 10 nunc, *corr., V* mea] me *V* sequetur *V P*

661. *V B* (*Bruxellanus* 9803 *apud de Rossi*) *cf. Corpus IL XIII* 2402 3 fonte *B* forte *V*

Digitized by Google

Advenit Sagilae patri cum coniuge luctus,
Defungi haud dubie qui voluere prius.
Sed dolor est nimius Christo moderante ferendus.
Orbati non sunt: dona dedere deo.

662

B. M. —

In tumulo cuiusdam medici

Praeteriens hominum sortem miserere, viator,
Deque meis, restent quae tibi fata, vide.
En mihi terra domum praebet †cinisque sepulchrum,
Vermis et exiguus membra caduca vorat.
Conditor omnipotens paradysi cum esse colonum
Iusserat, hanc tribuit culpa nefanda vicem.
Nomine Felicem me olim dixere parentes,
Vita dicata mihi hic, ars medicina fuit.
Aegros multorum potui relevare dolores,
Morbum non potui vincere ab arte meum.

663

B. II 265. M. 853.
B. IV 161.

Littera rem gestam loquitur; res ipsa medullam
Verbi, quam vivax mens videt, intus habet.

5 sagile *V* fragile pari *B* sacer ille *Ziehen. Nomen germanicum agnovit Haupt, Herm.* 7, 188; *goticumne est an burgundicum?* 7 nimus, *corr., V*

662. *VB. cf. Corpus IL XIII* 2414. 2 denique *V* 3 cinis *VB* columen *vel* tectum *notioni subest* (*in terra est quasi in domo, sic sub sepulcro quasi sub tecto*) 4 *in mg. add. V* assiduus *B* 5 cum *V* (quē *m sec.*) 6 dicere, *corr., V* 9 potuit, *corr., V* 10 *cf.* 487ᵇ, 6.

Sequuntur in V: Senecae Ludus, alia, c. 645, 484, 677, *distichon a Suetonio Dom.* 23 *traditum; tum fol.* 139:

663. *Est etiam in Mellicensi s. XI et ut* 'Vergilii disticon' *in Rehdigerano I* 6, 17 *s. XIV—XV.*

Digitized by

664

(B. I 74.)
M. 618 (617. 619).
B III 243. Auson.
ed. Peiper p. 412.

CATONIS

Nomina Musarum

[Clio historias, Euterpe tibias, Thalia comoedias, Melpomene tragoedias, Terpsichore psalterium, Erato geometricam, Polymnia rhetoricam, Vrania astrologiam, Calliope litteras.]

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Melpomene tragico proclamat maesta boatu.
Terpsichore affectus citharis movet imperat auget.
Plectra gerens Erato saltat pede carmine vultu.
Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.
Urania poli motus scrutatur et astra.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Mentis Apollineae vis has movet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

664. *V. T(uricensis* 451 *s. IX fol.* 118). *S(angall.* 397 *s. IX). C(aroliruhensis* 36 *f. s. IX—X). S(angallensis* 899 *s. IX—X). L (Vossianus q.* 33 *s. X). Val(entianus* 394 *s. X). Laudunensis s. X ex. Ca(ntabrig. Trin. O* 4, 11 *s. X—XI). Pa(risinus* 7930 *s. XI). Recentiores. cf. Augustinus de doctrina christ. II* 17, 27. *Adnotabo VTCL Ca Pa, sed orthographica ex solo T. Catoni tribuunt CL* (Versus Catonis de Musis uel nominibus philorum *C* Incipiunt uersus Catonis philosophi de nouem Musis *L*). Nomina Musarum *T. Inscr. om. V.* Nomina nouem Musarum et uersus earumdē *Ca, similia Pa.* Clio . . litteras *in marg. T.* spalterium *C* geometriācā *C* reth. *T* astroligiam, *corr., T* 1 Incipiunt uersus *C* 2 urguet *T* 3 Comicolas ciuo *T* 4 Melpone *T m.* 1 tragico *Ca Pa* tragica *ceteri* (traicą̊ *V*) 5 cyth. *TL Pa Ca* 6 casmine *T* 7 *post* 9 *VTCL, non Ca Pa* que *om. Pa* 8. 7 *sunt in Bern.* 83 *s. X* 8 Urania poli *libri. Vitia prosodiaca ipsius poetae esse puto. cf.* 88, 8. 664ª, 8. poliq; *C* ipsa (ꝯ), que (*Pa*, ꝯ), arce (*Baehrens*) *post* Urania *supplebatur.* Uranie caeli *vulgo* 9 caliope *T* 10 apollonee *T* *Aut* 10 *aut* 11 *spurius est.* — Divus Apollo novem Mu-

Digitized by Google

664ª B. M. B. —

Incipiunt versus eorundem Musarum

Historias primo rerum canit ordine Clio.
Dulce melos calamis Euterpe datque secunda.
Tertia Melpomene traicos fert flendo boatus.
Quartaque comedis dat lusum fando Thalia.
Rhetoricos profert at quinta Polimnia sensus.
Sexta canens Erato geometras carmine pangit.
Organa Terpsicore ⏑⏑¯ dat septima cunctis.
Urania polos octavo limine scandit.
Poemate Calliope perlustrat nona libellos.

---

665 B. M. — B. I 210.

Monosticha de mensibus

Primus, Iane, tibi sacratur nomine mensis,
Vndique cui semper cuncta videre licet.
Vmbrarum est alter, quo mense putatur honore
Pervia terra dato Manibus esse vagis.
Condita Mavortis magno sub numine Roma
Non habet errorem: Romulus auctor erit.
Caesareae est Veneris mensis, quo floribus arva
Compta virent, avibus quo sonat omne nemus.

sarum nomina signat *post* 10 *et* Cerne superficiem, lector, pariterque medullam (medelam *Ca*) *post* 11: *Ca Pa* (*cf. c.* 663).

664ª. *Addere libet similes versus ex Toletano* 15, 8 *s. VIII—IX; quos ed. W. Hartel Stud. Vindobon.* 10, 174. *Nil mutavi.*

665. *B* = *Bernensis* 108 *s. IX, in quo v.* 24. *S* = *Sangallensis* 878 *s. XI—XII p.* 302. *P* = *Vatic.* 9135 *et Barberianus* 31, 39 *sive apographum Peirescianum, unde ed. Mommsen CIL I p.* 411. 1 nomine *Buecheler* et omnia *S* Ianus adest bifrons primusque ingreditur annum *P* 5 nomine *SP, corr. Mommsen* 6—13 *om. P* 6 errore *S* 7 Caesarem ut ueneris mensi *S, corr. Schenkl* 8 Compta *scripsi* Prompta *S* quod *S*

Digitized by Google

Hos sequitur laetus toto iam corpore Maius,
Mercurio et Maiae quem tribuisse iuvat.
Iunius ipse sui causam tibi nominis edit,
Praegravida attollens fertilitate sata.
Quam bene, Quintilis, mutasti nomen: honori
Caesareo, Iuli, te pia causa dedit.
Tu quoque, Sextilis, venerabilis omnibus annis
Numinis Augusti nomine notus eris.
Tempora maturis, September, vincta racemis
Vela tegant: numero nosceris ipse tuo.
Octobri laetus portat vindemitor uvas:
Omnis ager Bacchi munera voce sonat.
Frondibus amissis repetunt sua frigora mensem,
Cum iuga Centaurus celsa retorquet eques.
Argumenta tuis festis concludo, December,
Quis quemvis annum claudere [iure] potes.

9 laicus *S*, laetus *scripsi* largus . . germine *Baehrens* 10 maia quem trib. ioue *S, corr. Schenkl* 13 Quam *scripsi* Nam *S* mutati, *sed corr., S* honore *SP* 14 Caesari (-re *P*) qui iulio *SP* Caesareo *scripsi* Iuli *Buecheler* 16 nomen in anno uenis *SP* nomine notus (*vel* gratus, magnus, clarus) eris *scripsi: futurum propter* omn. annis *necessarium est* 17 Temporis autumni *S* Temporibus autumnis *P* Tempora maturis *Haupt* septimber *S* uineta *P* 18 Vela (*sc. licet*) tegant *scripsi* Velate iam *SP* 20 munere *SP, correxi coll. Auson. Mosella* 162 *sqq.* 22 torquet *S* t eques *om. P* 23 A. tibi mensis concedo *SP* tuis festis *Baehrens* concludo *scripsi* 24 Quis (*Quibus festis*) *scripsi* Quae *S* Quae sis *P* Quae uis *B*. — quamuis *BSP, correxi* iure *addidi et* potes *scripsi, quia nil melius adhuc inventum est.* possis *libri*

Digitized by Google

666

Rescriptum HONORII scholastici

Contra epistolas Senecae B. M. B. —

Ad Iordanem episcopum

Si fontis brevis unda latens demersa tenetur,
Ignotae et viles esse putantur aquae.
Quas cum docta manus produxerit arte magistra,
Pura fit exiliens lympha vocata manu:
Tunc praegnantis humi laxantur viscera partu
Et subito sterilis flumina terra creat.
Non aliter validum genuino robore lignum
Imbutis digitis dextra domare solet,
Arboris et speciem humanis non usibus aptam
Cogit in externum crescere factor opus.
Sed cum te potior, Seneca meliore magistro
Quique monens lucem cordis habere facis,
Non dubitare queam, Lucillo clarius illo
Aeternas Christi sumere dantis opes.
Cedat opus priscum vera nec luce coruscans
Nec de catholici dogmatis ore fluens.
Ille mihi commenta dedit te vera docente;
Nec dedit infida quae sibi mente tulit.

666. Rescriptum Honorii scolastici contra illas epistolas exhortatorias Senecę *V* (*Valentianus* 88 *s. IX*) *fol.* 96 *r.*; *descr. Mabillon annal. I p.* 364; *contuli* In XPI nomine incipiunt uersus Honorii scolastici ad Iordanem episcopum *P* (*Parisinus* 4860 *s. X*) *fol.* 59 *r.*; *contuli* 1 dimersa *P* 2 et uiles *VP* et *del. Buecheler* 3 artae *P* 4 lymfa *P* nymfa *V* 8 inbutis *V ex corr.*, *i. e. doctis* (*cf. v.* 20) donare *P* 9 aptum *P* 10 in aeternum *Buecheler* fator (*sed corr.*) opis *V* 11 Sic *olim scripsi* 12 Quique *vel* Meque monens *conieci* Quem ut moneas *VP*, *ego olim* 13. 20. 25 Lucillo (-um) *VP pro Lucilio* 14 XPI *VP* 17 monumenta *V* monimenta *P*, *em. Buecheler* 18 *i. e. Nec in suum usum convertit* (sibi tulit), *quae infida mente dedit: Ziehen Herm.* 32, 492. tulit *i. e. abstutit: Plasberg*; *i. e. attulit: Thomas; mus. rhen.* 54, 144 *et* 313.

Digitized by Google

Nam cum de pretio mortis regnante perenni
Lucillum inbueret, hac sine morte perit.
At tu cum doceas homines superesse beatos
Ex obitu Christum morte sequendo pia,
Erigis et Senecam dominus verusque magister
Ingeniis fidei me superare facis.
Vnde precor: Lucillum alium nec pectore talem,
Quae me nosse cupis, scire precando iube;
Discipulumque tuum, prius isto nomine ditans,
Conforta, revoca, corripe, duce, mone!

B. II 228. M. 838.
B. V 386.

667

Epitaphium Senecae

Cura labor, meritum, sumpti pro munere honores,
Ite, alias posthac sollicitate animas!
Me procul a vobis deus evocat. ilicet actis
Rebus terrenis, hospita terra, vale.
Corpus, avara, tamen sollemnibus accipe saxis:
Namque animam caelo reddimus, ossa tibi.

19 *i. e. de morte philosopho digna ad immortalitatem ducente.* depretio *i. e. contemptu Plasberg ib.* 20 mente *Buecheler* 21 beato *V P, corr. Quicherat* 22 obito *V* aliam *V* 26 precando iube: *nam precibus Iordanis commotus Deus poetam scientem efficiet.* 28 duce *Buecheler* disce *V P* Expliciunt uersus Honorii scolastici. ad Iordanem episcopum ad rescripta Senecae ad Lucillum. quam (quae *P*) ei scripserat. ex(h)ortatoria (*transponendum* exhort., quam ei scripserat) saeculum relinquere et ueram amplectere philosophiam (philosophiam amplecti. feliciter *P*) *V P. In utroque 'Iordanis' chronica sequuntur.*

667—668. *V = Valentianus 373 saec. IX fol. ult., manu eiusdem saec.*

667. *F = Florentinus Senecae trag. 37, 13 s. XI fol. 1 5. Sic inscr. V* Epitaphyū M. L. A. Senecę *F* 2 hęc *V* 3 auocat *Par. 6630 s. XIII* 4 Terrenis rebus *F* 5 excipe *F*

Digitized by Google

668

B. II 229. M. 839
B. V 386.
Lucanus ed. Hosius p. 338.

Epitaphium Lucani

Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi,
Quae gessere pares hinc socer, inde gener. —
Continuo numquam direxi carmina ductu,
Quae tractim serpant: plus mihi comma placet. —
Fulminis in morem, quae sint miranda, citentur:
Haec vere sapiet dictio, quae feriet!

669

B. M. B. —
MGh Auct. antiquiss. XIV 252.

DOMNI EVANTII

Nobilis et magno virtutum culmine celsE,
Ingens consiliis et dextrae belliger actV,
Care mihi genitor et vita carior ipsA!
Hoc nati pietas offert post funera carmeN,
Offerre incolumi quod mors infanda vetaviT.
Lux tibi summa Dei nec non et gratia ChristI
Adsit perpetuo nec desit temporis usV,
Omnipotensque tuis non reddat debita culpiS.

668. *Amplificatio est versus* 485ᶜ. — *B = Bernensis* 45 *s. X. G = Bruxellensis* 5330 *s. X; nonnulli* ς. — *Sic inscr. V;* E. eiusdem *G* Idē Lucan' *B* 1 *cf.* 485ᶜ. *Aldhelmus p.* 240 *G.*: Quem Lucanus emulans his verbis imitabatur dicens: Cord.—dixi. — Cordoba *B* hinc gener inde socer *V* 4 serpat *B* coma *B* 5—6 *om. V, G m. pr.* ς Fluminis *Voss. q.* 63 *s. X* 6 sapiat *B* fieret *B* feriet *Voss. q.* 51 *s. X*

669. *Inter Eugenii Toletani carmina servatum.* 'Nicholao Euantius' *acrostichon et telestichon: erat is archidiaconus Toleti a.* 586. *Est in Parisinis* 2832 *et* 8093 *s. IX,* 8071 *s. IX—X fol.* 24 *r* (*B*), *Toletano* 14, 22 *s. IX—X fol.* 55 *r.* (*T*), *Reginensi* 2078 *s. IX—X, aliis. B ego, T Loewe contulimus: hos notabo. Sic inscr. B* Item *T* 1 uirtute *T* 2 uelliger (*sic*) *T* 4 munera carnē *B* 5 *sic Reg.* ς columi *T* columni *B* notabit *T* 7 tempris (i *ex* e) *B* 8 deuita *T.* — *Propter acrostichon hos* Domnini (*episcopi Viennensis c. a.* 527) *versus ex Alcimi Aviti ed. Peiperi*

Digitized by Google

670

BASSI

R. M. B. — **In tumulo Monicae**

Hic posuit cineres genetrix castissima prolis,
Augustine, tui altera lux meriti,
Qui servans pacis caelestia iura sacerdos
Conmissos populos moribus instituis.
Gloria vos maior gestorum laude coronat
Virtutum mater felicior subolis.

p. 186 *subiungo:* Domninus papa in nomine Christi pauper episcopus

Domninus, rem spemque Deo qui mente devota
Omnigenam Christo dignis virtutibus offert,
Mente catus, set lege pius, facundia dives,
Nescius iniusti doctusque rescindere culpas,
Intemerata fide divina in sede locandus;
Nil proprium cupiens redemit, quos possidet hostis;
Vestitum, pastum, potum tectumque ministrat.
Solus eris iussu Domini data morte superstes.

670. *P* = *Parisinus* 8093 *s. IX fol.* 32 *v. post Damasi carmina.* *V* = *Vossianus q.* 69 *s. IX fol.* 19. *Q* = *Parisinus* 8094 *s. XI fol.* 57. Uersus inlustrissime memorie Bassi excõsul · e · scripti in tumulo sc̃e memorię Mũnice matris sc̃i Agustini *P*. Ephitafiũ beat Monnice genetricis s̃ci Agustini *V*. Epytaphium beatae Monicae genetricis beati Augustini *Q* 1 genetris *P* 2 agustine *PV* 3 serbans *P*, *in quo* b *et* v *saepe commutantur, quod non ubique adnotavi* pupulos *Q* instituens *P* 5 iestorum *P* 6 sobolis *V*. *In P Theodulfus, deinde c.* 671, *in Q Persii satt.* 5, 52 *sq. et versus* 'Dissimilis cunctis vox vultus vita voluntas' *sequitur.*

Digitized by Google

671
PHOCAE
grammatici urbis Romae
Vita Vergilii.

B. II 186. M. 288. B. V 85.

Praefatio

O vetustatis memoranda custos,
Regios actus simul et fugaces
Temporum cursus docilis referre,
Aurea Clio,
Tu nihil magnum sinis interire,
Nil mori clarum pateris, reservans
Posteris prisci monumenta saecli
Condita libris.
Sola fucatis variare dictis
Paginas nescis, set aperta quicquid
Veritas prodit, recinis per aevum
Simplice lingua.
Tu senescentes titulos avorum
Flore durantis reparas iuventae.
Militat virtus tibi; te notante
Crimina pallent.
Tu fori turbas strepitusque litis
Effugis dulci moderata cantu,
Nec retardari pateris loquellas
Compede metri.
His fave dictis! retegenda vita est
Vatis Etrusci modo, qui perenne
Romulae voci decus adrogavit
Carmine sacro:

671. *P* = *Parisinus* 8093, *in quo solo extat fol.* 37. Vita Vergilii incpt a Foca grammatico urbis Romae uersibus edita Prefatio *P* 1 veneranda *L. Mueller* 3 docili *P* 10 sed *m. sec. P* quiquid *P*, *corr. p* 13 laborum *P*, *corr. Baehrens* 14 reparãs iubentę *P* 18 modulata *Tollius* 21 Hic fabe *P*, *corr. Tollius* 23 adrogabit *P*; *et cf. adn. ad c.* 670, 3.

Digitized by

Vita Vergilii

Maeonii specimen vatis veneranda Maronem
Mantua, Romuleae generavit flumina linguae.
Quis, facunda, tuos toleraret, Graecia, fastus,
Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem,
Aemula Vergilium tellus nisi Tusca dedisset?
Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli,
Vt referunt alii, tenui mercede locatus,
Sed plures figulum. quis non miracula rerum
Haec stupeat? dives partus de paupere vena
Enituit, figuli suboles nova carmina finxit!
Mater Polla fuit, Magii non infuma proles,
Quem socerum probitas fecit laudata Maroni.
Haec cum maturo premeretur pondere ventris,
Vt solet in somnis animus ventura repingens
Anxius e vigili praesumere gaudia cura,
Phoebei nemoris ramum fudisse putavit.
O sopor indicium veri! nil certius umquam
Cornea porta tulit. facta est interprete lauro
Certa parens onerisque sui cognoverat artem.
Consule Pompeio vitalibus editus auris
Et Crasso tetigit terras, quo tempore Chelas
Iam mitis Phaethon post Virginis ora receptat.
Infantem vagisse negant; nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipse puerperiis adrisit laetior orbis;
Terra ministravit flores et munere verno
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.
Praeterea si vera fides (set vera probatur),
Lata cohors apium subito per rura iacentis
Labra favis texit dulces fusura loquellas.

uirgilii *P* 26 fulmina *L. Mueller* 31 locati *Heinsius* 33 stupet dibes (*corr. m.* 2) parcus *P* 34 noba *P* 36 laudata *Baehrens* iam data *P* 38 refingens *Burmann* 39 e *Burm.* et *P* 42 es *P* lauro *i. e. gloria* 51 heruida *P* 52 et *Baehrens* 54 tinxit *Baehrens*

Digitized by Google

Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone
Indicium linguae memorat famosa vetustas.
Set Natura parens properans extollere Romam
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Iusuper his genitor, nati dum fata requirit,
Populeam sterili virgam mandavit harenae,
Tempore quae nutrita brevi, dum crescit in omen,
Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.
Haec propter placuit puerum committere Musis
Et monstrare viam victurae in saecula famae.
Tum Ballista rudem lingua titubante receptum
Instituit primus, quem nox armabat in umbris
Grassari solitum. crimen doctrina tegebat;
Mox patefacta viri pressa est audacia saxis.
Incidit titulum iuvenis, quo pignera vatis
Edidit. auspiciis suffecit poena magistri.
['Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;
Nocte die tutum carpe viator iter.']
Nos tamen hoc brevius, si fas simulare Maronem:
'Ballistam sua poena tegit; via tuta per oras.'
['Hic Ballista iacet: certo pede perge viator.']
['Carcere montoso clausus Ballista tenetur:
Securi fraudis pergite nocte, viri.']
['Quid trepidas tandem gressu pavitante, viator?
Nocturnum furem saxeus imber habet.']
['Ballistae vitam rapuit lapis, †ipse sepulcrum
Intulit; umbra nocens pendula saxa tremit.']
['Crimina latronis dignissima poena coercet:
Duritiam mentis damnat ubique lapis.']
Hinc Culicis tenui praelusit funera versu.

55 condam *P* 61 omnẽ *P*, *corr. Tollius* 65 uallista *P m. pr.* 69 Incidi *P* 70 auspicio *Heinsius* pęna *P* 71 *sq. Cf. c.* 261 *et Donatus in Suetonio ed. Reifferscheidi p.* 58. 71—83, 85, 86 *delet Reifferscheid conamina variorum* 73 simulare *est imitari* 74 oras *Scaliger* auras *P* arva *Baehrens* 78 tantum *Oudendorp* 82 quoercet *P* 83 clamat *conieci* 84 prolusit *Heinsius*

Digitized by Google

'Parve culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.'
Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum
Roma potens proceresque suos tibi iunxit amicos.
Pollio Maecenas Varus Cornelius ardent;
Te sibi quisque rapit, per te victurus in aevum.
Musa refer: quae causa fuit componere libros?
Sumpserat Augustus rerum moderamina princeps.
Iam necis ultor erat patriae, iam caede priorum
Perfusos acies legitur visura Philippos.
Cassius hic Magni vindex et Brutus in armis
Intereunt. victor nondum contentus, opimis
Emeritas belli spoliis ditasse cohortes,
Proscripsit miserae florentia rura Cremonae,
Totaque militibus pretium concessa laborum
Praeda fuit. violenta manus bacchata per agros.
Non flatus, non tela Iovis, non spumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia, vastant.
Mantua, tu coniuncta loco, sociata periclis;
Non tamen ob meritum misera [es]: vicinia fecit.
Iam Maro pulsus erat, set viribus obvius ibat
Fretus amicorum clipeo, cum paene nefando
Ense perit. quid, dextra, furis? quid viscera Romae
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas ipsumque ducem, nisi Mantua dicat!
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum: quid Martius horror
Egerit, ostendunt. qui tam miseranda tulisset,
Caesaris huic placido nutu repetuntur agelli.

85 *sq.* *Culex* 413 *sq.*, *Donatus l. c.* 85 pecodum custus *P* 89 Varus *Weichert* uarius *P* 90 Te *Klotz* Et *P* 94 filippos *P* 96 contemtus *P* 97 choortes *P* 100 uaccata (b *supra* u) *P* 101 iobis *P* 1102 rabidi *L. Mueller*, uastat (u *m.* 2 *ex* b) *P*, *corr. Heinsius* 103 periclo es *Buecheler* 104 es *addidi* miseram *edd.* 107 viscera *cf. Aen.* 6, 834. 111 rerum *sc.* *publicarum* marcius orror *P* 112 quid *P* qui *Tollius* 113 hic *P*, *corr. Tollius*

Digitized by Google

His auctus meritis cum digna rependere vellet,
Invenit carmen, quo munera vincere posset.
Praedia dat Caesar, quorum brevis usus habendi:
Obtulit hic laudes, quas saecula nulla silebunt.
Pastores cecinit primos. hoc carmine consul
Pollio laudatur ter se revocantibus annis
Conposito. post haec ruris praecepta colendi
Quattuor exposuit libris et commoda terrae
Edocuit geminis anno minus omnia lustris.
Inde cothurnato Teucrorum praelia versu
Et Rutulum tonuit. bis sena volumina sacro
Formavit donanda duci trieteride quarta.
Sed loca, quae vulgi memoravit tradita fama,
Aequoris et terrae statuit percurrere vates,
Certius ut libris oculo dictante notaret.
Pergitur. ut Calabros tetigit, livore nocenti
Parcarum vehemens laxavit corpora morbus.
Hic ubi languores et fata minacia sensit,
. . . . . .

672

Caesari Augusto tributum

B. II 184
M. 858.
B. IV 179.

Ergone supremis potuit vox inproba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes

672. Recensio β: (*Pal.*) 2 ad

116 brebis—abendi *P*, *corr. p* habenti *Ziehen* 117 silescunt *P* silebunt *Francius* 123 coturnato *P* 124 sacrum *P* 125 donata *P* donanda *Francius* 130 laxauit *P* lassavit *L. Mueller* vexavit *Heinsius* 131 langores *P*. *In hoc versu fol.* 37 *desinit.*

672. *Cf. quae disputavi Mus. rhenan.* 32, 320 *sqq. Codicum familiae: I. P = Parisinus* 8093 *s. IX fol.* 75 *v. B = Vatic.* 3252 *olim Bembinus s. IX. — Ad B vergunt Bernenses* 165 *s. IX,* 167 *et* 172 *s. X, Parisini* 8069 (*C*) *et* 2772 *s. X—XI et* 7927 *s. X, quos Hagen vel editor contulerunt. II. V = Vaticanus* 1575 *s. XI (contuli); pauci*

Digitized by Google

Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?
A scelus indignum! solvetur littera dives
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo? †ductumque operi servabit amorem?
Pulcher Apollo, veta! Musae prohibete Latinae!
Liber et alma Ceres, succurrite! vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid ver ageret, quid cogeret aestas,
Quid pater autumnus, quid bruma novissima ferret.
Munera telluris larga ratione notavit,
Arbuta formavit, sociavit vitibus ulmos,
Curavit pecudes, apibus sua castra dicavit.
Illum, illum Aenean nesciret fama perennis,
Docta Maroneo caneret nisi pagina versu!
Haec dedit, ut pereant, ipsum si dicere fas est!

Recensio β: 5 Nec . . parcet hiatu 6 pio 6 honore 12 novavit 15 Illum ipsum Aenean nescisset Roma p.

recentes (ς). *Classis II, nisi quod versus quosdam sola servavit, et vitiis et virtutibus priori par est. III. Recensio β*: *E* = *Vossianus fol.* 111 (*cf. ad* 655) *inde a v.* 25; *et Pal* = *Palatinus* 487 *s. IX qui satis libere mutavit* (*cf. ad* 495). — *Est et in Monacensi* 305 *s. XI, Vindobon.* 113 *s. X, catalogo St. Oyan. s. XI, recentioribus. Totos adnotabo P B, V, E Pal. Dracontii putat Rossberg ann. phil.* 133, 726. *Inscr. om. P et plerique.* Octauiani cęsaris augusti uersus de laudanda ac adfirmanda arte Virgilii post mortem illius incipiunt *B* (*et fere Mellicensis s. XI*) Item uersus O. c. a. de l. et confirmanda arte librorum Publii Maronis post m. illius *V Similia alii.* Epigramma Aũg. Caesaris quod Aeneidos Vergł cremare uetuit *Pal* 4 A *P Pal* At *B* Ha *V* indignum *P Pal* hoc dignum *B V* 5 poterint *V* 6 Roma suo *Klotz* doctum *puto* ductum *libri* (tantum *P* dignum ς) dudum quae *Opitz* luctusque *Ziehen* operis *V* seruauit *P B Pal* -bit *V*, *P ex corr.* 8 in arvis *Baehrens* 9 v. d.] docilis etiam *Pal* 12 *hic est in Pal, post* 27 *in V*; *deest in ceteris* M.] Totaque *V* Donaque *Baehrens* large r. nouabit *Pal* 13 *nota* arbuta *pro* arbusta *positum* f.] plantauit *V* 14 dicauit *P B* locauit *V Pal* 15. 16 *in V Pal post* 17, *desunt in P B*

Digitized by Google

'Sed legum est servanda fides; suprema voluntas
Quod mandat fierique iubet, parere necesse est.'
Frangatur potius legum reverenda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Auferat una dies, supremaque verba parentis
Amittant vigilasse suum. si forte supremum
Erravit iam morte piger, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte sed altis
Expugnata malis odio languoris iniqui,
Si mens caeca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere †voces?
Ardebit miserae ⟨narratrix fama Creusae?
Sentiet appositos Cumana Sibylla vapores?

Recensio β: 20 Rumpatur 22 supr.—24 piger] cruciataque pectora frustra In cinerem ferat hora nocens 25—42 (*Pal., et inde a v.* 25 *E*):

Nescio quid fugiente anima, non sponte sed altis (25)
Expugnata malis odio languoris iniqui:
Vretur Tyriae post vulnera vulnus Elissae?
Sentiet applicitos turbata Sibylla vapores
Et iurata mori — nec cingula reddet — Amazon?
Di, meliora date ac sensum revocate nocentem (30)

18 et suprema *B* s. v.] reuerenda potestas *V* (*ex* 20) 19 Quo *B Pal* parare *Pal* 21 totum gestos *Pal* tot post congestos *B* noctuque dieque *V* noctisque *Pal* laboris *B* 22 Auferat *V Pal* Hauserat *P* Hauserit *B*, *P ex corr.* pec///a *Pal* 23 Amittant *V* -it *P* -at *B*, *P ex corr.* uigisse, *corr. m.* 2, *V* supremum *Heinsius* superbum *PBV* (soporus *Buecheler*) Id cin. ferut ora *Pal* 24 iam *Oudendorp:* in *libri* (sub *V*) 26 langoris *V* 28 voces *libri* (poenas *V recc. Heyne*): *an* lucem *vel* luces? *Hic cf. v.* 12 29—32 *sic V* ; *pro his nil nisi* Ard. mis. post uulnera uulnus elissae *PB* (alissae *B*), *cf. Rec. β*. 29 forma ς

(25) Ĩt Epigramma · Ã · Cesaris in confirmatione eorundem librorꝝ *E* (*cf. c.* 655) sed] et *Pal* (26) iniquis *Pal* (27) Unitur *Pal* Infertur tiriae *E* funus *Wakefield* helissae *E* (28) applicator . . uapore *Pal* y]i *E* (29) singula *E* reddat *Pal E* mazon, *corr. m.* 2, *E* (30) Dii *E*, *om. Pal* sensu reuocate parentem *Pal*

Digitized by Google

Vretur Tyriae⟩ post funera vulnus Elissae
⟨Et iurata mori, ne cingula reddat, Amazon⟩?
Tam sacrum solvetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens et perfidus error?
Huc huc, Pierides, date flumina cuncta, sorores;
Exspirent ignes, vivat Maro ductus ubique
Ingratusque sui studiorumque invidus orbi
Et factus post fata nocens. quod iusserat ille
Si vetuisse meum satis est post tempora vitae,
. . . . . .
Immo sit aeternum tota resonante Camena
Carmen, et in populo divi sub numine nomen
Laudetur vigeat placeat relegatur ametur!

Recensio β:
(Pace viri liceat tanti), nec commoda linguae
Divitis intereant, per quam Romana iuventus
Aeternum florere potest; ⟨verum⟩ quod iusserat ille,
Sit vetuisse meum. Nam post sua tempora vitae
Non taceat, immo aeterna resonante Camena (35)
Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur!

31 Oretur . . elisę *V* (Uretur *C*) 33 opus *mg. P* enses *supra* ignes *corr. V* 34 ora *PB* ira *V* hora *C alii* 35 cuncta *PB* uestra *V* 36 Et spirent *PB* Exp. *V* ductus *PB* doctus *V* num cultus? 37 Ignarusque *V* orbis *V* 38 fractus *P* 39 *sic libri, quos interpunctione nunc demum emendata sequor* (vetuisse meum *est substantivum*); *lacunam statui in hanc sententiam* 'Non taceat' 40 *sic P* ęternus *B rell.* Non taceat mecum ęterna *V* 41 nomine *V* nostri *Buecheler* 42 placeat uigeat *V*. — 35—42 Huc huc Pierides nemorum per lustra loquaces tendite et ardentes ignes fluvialibus undis | mergite, ne pereat tam clari Musa poetae | flammaque (famaque *Schrader*) vanescat. vivat Maro clarus in orbe | ingratusque sibi, sed quod male iusserat ipse, | sit vetuisse meum. sacer est post tempora vitae. | Sicque erit aeternum tota resonante Camena | carmen et imperii divi sub nomine vivat, | laudetur vigeat placeat relegatur ametur ς.

(32) Diuites *Pal* iuuenta *Pal* (33) Aeternam *Pal* forere *E* uerum *add. E Pal* (34) Sit *E* Si uetuissem ista *P* (35) resonantae *Pal* resonate *E*

Digitized by Google

672ª

Ovidio tributum

De XII libris Aeneidarum B. M. — B. IV 178.

Primus habet pelagi[que] minas, terraeque secundus,
Tertius errores, et amores quartus Elissae.
Quintus habet ludos, sextus deducit ad umbras.
Septimus Ausonios, Aenean proximus armat.
Nonus Hyrtaciden, decimus Pallanta peremit.
Vndecimus Drancem damnat, pars ultima Turnum.

673

Vergilio tributum B. M. — B. IV 117.

De quodam cum cruribus obliquis nato

En dat aperturam crurum flexura recurvam
Et patet oblicus inter utrumque locus,
Quo praegnantis equae calcaribus urgeat alvum
Curvato et tutum crure sit intus onus.

674

Vergilio uel Ovidio tributum

De imagine et somno B. M. — B. IV 118.

Pulchra comis annisque decens et candida vultu

672ª. *S* = *Sangallensis* 397 *s. IX p.* 145 (*Schenkl, Studia Vindobon. II* 73). *P* = *Parisinus* 9344 *s. XI.* Item Eiusdem (*sc. Ovidii, post c.* 1, 1—10) De exulib̃ enedarum *S, correxi* Versus Ovidii Nasonis *P* Versus Asmenii super XII Virg̃. libros *Vatic.* 1574 *s. XII.* 1 *prius* que *om. SP* 4 aneam octauus et *P* 6 drancem *S*] tarchon *P*

673—674ᵇ. *C* = *cod. Regius mus. Brit.* 15 *B XIX saec. IX, de quo cf. mus. rhen. I* 133 *et XXXI* 93.

673. *C, fol.* 90 *v.* Virgł *C in mg.* 1 fluxura *et* 4 fit *C, corr. Th. Oehler.* — *C fol.* 99 *v.*: Virgilius de sua nutrice (*i. e. Martial. I* 19), *tum*

674. Item idem. de imagine et somno *C.* *L* = *Lipsiensis*

Digitized by Google

Dulce quiescenti basia blanda dabas.
Si te iam vigilans non unquam cernere possum,
Somne, precor, iugiter lumina nostra tene!

674ª (*olim* 788)

B. II 173. M. 254.
B. IV 188.

Virgilius:

Maeonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, et lectum credat utrumque sibi.
Illius immensos miratur Graecia campos;
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Hic tibi nec pastor nec curvus deerit arator.
Haec Grais constant singula, trina mihi.

I 74 *saec. IX—X.* Ad puellam quam in somnis uiderat *L* 2 Dulcis *L. Aldhelmus de metris p.* 293 *Gil.:* 'bassias bassiant, ut Ovidius 'dulce ... bassia ... dabas'. 4 Somne *C*] Me *L. Sequitur in C* (*cf. et Nov. Archiv.* 4, 122)

B. M. B. —

De calvo a culice obviato

Stridula musca volans calvum conspexit euntem.
'Calve viator', ait 'quo tendis? cede parumper,
Perque tuos iuro qui restant retro capillos,
Me gratam liceat rostro decerpere sedem.'
Sic ait et trepidum circumvolat inproba calvum,
At contra ille timens solito caput armat amictu. —
[Quid valet en calvus muscae lassatus ab ictu?]

u. 7 *om. C, sed extat pro* 6 *in cod. bibl. publ. Cantabrig.* 1552 *saec. X fol.* 367 *r., ubi sequitur* 'Incipit responsio Hugbaldi de laude calvorum.' *Extat carmen et in Parisino* 2773 *saec. XI, sine titulo; ubi* 4 rostro liceat, 5 Hoc ait, 6 armat (ornat *C*), 7 *deest*

674ª. *C post fol.* 99, *quem sequor. — Est et in Palatino* 487 *s. IX—X, Parisino* 16236 *s. X, Hauniensi olim Hamburgensi* 2007 *q et Laurentiano* 39, 23 *s XII—XIII, et recentibus* (ϛ) Virgilius *Par* ϛ; *om. ceteri.* Alcimi *vel* Alcinoi *cod. Barthii* 1 romanum *Haun* 2 *cf. Ovidii Art. am. I* 2. 3 miretur *Haun* 4 bene] mage *cod. Barthii, Ascensius* 5 curvus] eques nec *Baehrens; similia iam Itali. At soli* pastor *et* arator *apud Homerum* „desunt"; trina *v.* 6 *ad hos et bellatores* (*v.* 3) *spectat*

Digitized by Google

674b

B. — M. 239. B. III 169.

Nereides freta sic verrentes caerula tranant,
Flamine confidens ut notus Icarium.
Icarium notus ut confidens flamine tranant
Caerula verrentes sic frata Nereides.

675

Hic addere libet versiculos ab Aldhelmo de metris p. 232 (cf. p. 284) Gil. Vergilio adscriptos:

VIRGILII

B. M. — B. IV 161.

'Virgilius item libro, quem Paedagogum praetitulavit, cuius principium est

Carmina si fuerint te iudice digna favore,
Reddatur titulus purpureusque nitor.
Sin minus, aestivas poteris convolvere sardas
Aut piper aut calvas hinc operire nuces,

syllabam elisit dicens:

Durum iter et vitae magnus labor.'

676

B. V 43. M. 1030. B. V 349.

Me legat, annales cupiat qui noscere menses
Tempora dinumerans aevi vitaeque caducae.

674b. *C fol.* 101 (2. 3 nothus 4 Coerula) *ex Diomede p.* 517 *K*: Reciprocum neoterici novum protulerunt ut: Nereides . . .

675. *A* = *Ambrosianus C* 74 *sup. s. X.* *M* = *Monacensis* 14505 *s. XI fol.* 131. *Hos sequor.* 1 indice *A* 2 Reddetur *Aldh.* 3 sardęs *A* 4 au c. h. cooperire *A*. *Cf. Venantius ed. Leo p. VII. Virgilium istum Scottum Anglumve fuisse suspicatur Huemer.*

676—680. *Codices saec. IX: C* = *Caroliruhensis Aug.* 167 *fol.* 13, *Bedam continens, optimus, sed titulis carens;*

Digitized by Google

Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices et tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.
Tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis.
Tempus et hora volat. momentis labitur aetas.

quem solum ubique afferam, de quo cf. ad c. 639. *V = Vat Reginensis* 215, *S = Sangallensis* 248, *Va = Valentianus* 393, *P = Parisinus* 7886 (*mus. rhen.* 1866, 136). *Dr = Dresdensis Dc* 183 (*ann. phil.* 1888, 695), *Vo = Vossianus q.* 75 *r = Regin.* 2078. — *saec. X: A = Ambrosianus D* 48 *inf., Re = Regin.* 1260, *R = Regin.* 438, *G = Gudianus* 132, *v = Vaticanus* 438, *Vat = Vaticanus* 644 *(contuli), Sa = Sangall.* 459, *Val = Valentianus* 330 *bis.* — *saec. XI: O = Oxoniensis S. Joh.* 18, *N = Parisinus* 12117, *Reg = Reginensis* 123. — *saec. XI—XII: M = Monacensis* 14693. — *s. XII: Ca = Cantabrig. O* 2, 24. — *ς = recentiores, D = Codex Cuiacii a Scaligero Leid. lat. q.* 61 *transcriptus.*

676. *CReS AR v Vat Sa EO Reg D. Cf. Stud. Vindob.* 6, 324. *Testimonia:* 1. *Hieronymus comment. in Ezechielem I* 7: 'quattuor temporum circulum . . de quibus pulchre uno versiculo dictum est: Ver aestas autumnus hiems (*v.* 12), et mensis et annus.' 2. *Dracontius in Satisfactione c. ann.* 490 *scripta v.* 219 *sqq. habet c.* 676, 3; 4—6; 12; 8 *dispersos et* 220 'Tempora eunt vitae, tempora mortis eunt' (*cf. v.* 9); *idem Medeae v.* 132 'Alt. elem. vices.' 3. *Columbanus* († 615) *nostrum sic exscripsit in Versibus ad Sethum* 61—70: Pulchre veridici cecinit vox talia vatis: *v.* 2—12 (*exc. v.* 4) *et ib. v.* 7 (= *v.* 10) *et ad Hunaldum* 3 (*item* = *v.* 10); *cf. Gundlach, Nov. Archiv.* 15, 499 *sqq.* — *Vides, Hieronymum iam versiculum nostri etsi memoria fallente attulisse, tum Dracontium plura, Columbanum plurima inde hausisse. Postea Beda totum carmen inter sua recepit; quare eius esse putabatur:*

Hos claros versus venerabilis edidit auctor
Beda sacer, multum nitido sermone coruscus *O*

Ũ(ersus) Bedę *Vat.* De compoto *D; om. C.* — *v.* 1 *num a Beda de suo et v.* 2 *ab eodem ex Columbano additi?* 1 ult qui cognoscere *Re* 2 (*Verg. Aen.* 6, 691) denumerans *C* 4 alimenta *C* elimenta *A Vat.*

Digitized by Google

Omnia dat tollit minuitque volatile tempus.
Ver aestas autumnus hiems: redit annus in annum.
Omnia cum redeant, homini sua non redit aetas.

677

B. V 44. M. 1031
B. V 350.

Exsurgens Chelas Aries demergit in ima.
Scorpion aurati submergunt cornua Tauri.
Tum subit Arcitenens, Geminis surgentibus, aequor.
Dum surgit Cancer, Capricornus mergitur undis.
Portitor urceoli formidat signa Leonis.
Virgo fugat Pisces. redit et victoria victis.

678

B. V 45. M. 1032.
B. V 350.

Bis sex signiferae numerantur sidera sphaerae,
Per quae planetae dicuntur currere septem.
Pollucis proles ter denis volvitur annis.
Fulmina dispergens duodenis lustrat aristis.
Bellipotens genitor . . . . . .
. . . . . †mensum pensare bilibri.
In medio mundi fertur Phaëthontia flamma

12 Vera *Vat.* 13 *addit Columb. v.* 71 *et habet Dracont. Satisf. v.* 255; *quare ut genuinum addidi. Deest in libris.*

677. *M D; om. C* 1 chela *et* dim. *M* 2 Scorpius *M* . . submergit *M* 3 Tum *Scaliger* Dum *D* Hinc *M* 4 Cum c. s. *M* 5 terga *D* signa *M* 6 redit at *puto — Simile est in Vindobonensi* 2521 *s. XII:*

Tristicon de oppositis signis.
Mergitur Hammonis Libra, Tauri Scorpius ortu,
At Geminos fugit Arcitenens, Cancrum Capricornus,
Hinc Leo pellit aquas fundentem Virgoque Pisces.

678. *C S Dr R v Ca Vat O D ς Petavianus.* Ve(r)sus de septem planetis *R Vat., om. C* Versus de annis planetarum hoc est de septem sideribus *O* 1 sferae *C* 3 Polluris prolis *C Vat (Saturnum dicit)* 4 -nas . . aristas *Scaliger* 5 *Lacunam indicavi.* pensatque *Burmann* bilibre *Scaliger* 6 phoetontia *C*

Digitized by Google

Ter centum soles, sex denos, quinque, quadrantem.
†Ter senas partes his [tu] Cytherea retorques
Lustrando totum praeclaro lumine mundum.
Terque dies ternos puro de vespere tollens
Semonis divi completur circulus anni.
Horas octo, dies ternos servato novenos,
Proxima telluri dum curris, candida Phoebe.

> 679

PRISCIANI GRAMMATICI

B. V 47. M. 284.
B. V 351.

De sideribus

Ad Boreae partes Arctoi vertuntur et Anguis,
Post has Arctophylax pariterque Corona, genuque
Prolapsus, Lyra, Avis, Cepheus et Cassiopea,
Auriga et Perseus, Deltoton et Andromedae astrum,

8 *corruptus. Possis* Ter quinas his partes; *nam Venus circiter in* 3/5 *temporis Terrae* (224 *diebus*) *Solem circuit* ex his *O* plus tu *D* Ter senas ter partes Cy. *Dr* his tu *scripsi* 10 Ternas ter partes p. *Dr* 11 Sermonis dñi *C O R Vat Dr* Sennonis duī *D Cum Mercurii cursus sit* 87 *dierum,* dies terni *fortasse intellegendi sunt cuiusque mensis kalendae nonae idus. Post v.* 13 *addit O ex Aldhelmi Enneastichis* 2, 8—9: Nec rota . . tricent. —

679. *C V Re S Va Dr r R G v Vat Sa Val N D, sed et Regius s. IX* (*cf. ad* 673), *Sangall.* 250 *s. IX; porro s. X: Matrit. L* 95, *Mus. Britann. add.* 11304, *Einsidl.* 29 *et* 178, *Urbinas* 290, *Bodleianus X* 1, 4, 43; *alii; s. XI: Einsidl.* 319; ς. Versus PRĪN. G. de XII signis *sic V* (*i. e.* Prisciani grammatici; *hariolatur Baehrens*) Versus Prisciani de sideribus caeli *N* ; *eidem tribuit Regius* Praesciani *Vatic.* 4493 *s. X* Epitome phenomenon Prisciani grām̄ *Dr* Prisciani Epitome phenomen *G* Incipit Epitome phenomenon id est apparitio siue apparentia Prisciani gramatici Versus XII de sideribus *Val et fere R v Inscr. deest C Va D.* Versus Prisciani de astrologia *Paris.* 5371 *s. XIII.* — *C*: 2 arctofilax 3 casiophea 4 Aurigam P. 8 urna. — *Pauca ex aliis addam:* 1 arcti ς 3 casiephea *Val* -ephia *V, Sang.* 250 -opea *G* -epia *Urb.*

Digitized by Google

Pegasus et Delphin Telumque, Aquila Anguitenensque.
Signifer inde subest, bis sex et sidera complent
Hunc: Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libra Scorpius Arcitenens Capricornus et urnam
Qui tenet, et Pisces. post sunt in partibus Austri
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Turibulum quoque, Piscis et ingens.
Hinc sequitur Pistrix simul Eridanique fluenta.

680

B. V 68. M. 390.
B. V 352.

Bis sena mensum vertigine volvitur annus,
Septimanis decies quinis simul atque duabus,
Ter centenis bisque tricenis quinque diebus,
Quos ternis gaudet divisos stare columnis,
Scilicet Idibus et Nonis simul atque Kalendis.
Nam quadris constat Nonis concurrere menses
Omnes excepto Marte et Maio, sequitur quos

7 Hinc *Vat N ς* 8 Libraque *Par.* 5371. arquitenens *Dr* (arcit. *ceteri*) urnam *V* urna ς 12 heridaniq; *Dr Vat Val N ς* *Post* 12 *additi in Dr r N:*

Sed vaga praeterea dicuntur lumina septem
Luna et Mercurius, Venus ac Sol, Mars quoque fulgens,
Hinc Iovis et sidus super omnia sidera lucens,
Celsior his Saturnus, tardior omnibus astris.

quos uersus editores olim receperunt.

680. *C S P Vo A R v Vat O Reg Ca, sed et Sangallenses* 250, 251, 450 *s. IX; Bruxell. saec. X; Exeterensis* 3507 *s. X—XI, alii. — Wandalbertus Prum. Descr. mens.* 361: Bis sena hos cultus renovant vertigine menses. — *Titulo carent C P A Vat O. Cum Bedae martyrologio conexum est in Vo et Vossiano oct.* 15 *s. XI;* 'praecipuas anni totius festivitates . . ostendunt' *hi versus teste cod. R.* — 1 senis *C O* 2 'Prudentii' *Mico in Exemplis poet. (Poet. aev. Carol. III* 294). *V.* 2 *est in Einsidl.* 32 *s. X. Cf. Mus. rhen.* 50, 316 Septimanas *C* 3 centenis *P R O alii* cenis *C A* centum *vulgo* 4 Quos *scripsi* Qua *C* Qui *P R O* divisos *scripsi* -sus *libri* 5 Scilicet et . . kalandis *C* 6 occurrere *C*, conc. *ceteri*

Digitized by Google

Iulius et October: senis soli hi moderantur.
Septenis patet hos denis quadrare Kalendis.
Octonisque pares menses sunt Idibus omnes.
Ianus et Augustus tantum mensisque December
Volvuntur denis semper nonisque Kalendis;
At contra currunt bis nonis rite quaterni
Iunius Aprilis September et ipse November.
Sedenis Februus cito solus ab omnibus errat.
Bis senis sic namque rotatur mensibus annus
Per Nonas Idusque decurrens atque Kalendas.

B. M. — B. V 354.

680ª (*olim* 736)

Versus de diebus Aegyptiacis

Bis deni binique dies scribuntur in anno,
In quibus una solet mortalibus hora timeri.

8 et *CAR*; *num* Iulus et *legendum?* octimber *PO* senis *om. C* 9 S. p. h. pariterque flagrare kalendis *libri* (flagrante *Vat* diebus *CA Vat*) denis quadrare *scripsi* 11 tantum 12 semper *Buecheler* 11 semper 12 tantum *libri* 13 corrunt *C* 14 *om C* Iulius *PRO* 16 que *om. C* 17 idus *P* idusque *ceteri* kalandas *C. Sequuntur in C c.* 639 *et* 394 *inter se mixta.*

Edidit hos famulus gnaro meditamine versus
Perspicuos summi Beda sacer domini *O.*

680ª. *Ph = Philippicus* 131 *s. IX init. B = Bernensis* 441 *s. IX (ed. Sinner). Be = Bern.* 318 *s. IX. Rg = Regius mus. Brit.* 15 *B* 19 *s. IX—X. — Libri s. X: V = Valentianus* 330 *bis fol.* 35. *M = Escorialensis L III* 8, *quem contulit Loewe. Ber = Bernensis* 584. *Libri s. XI: E = Einsidlensis* 319 *(contulit Schmitz). R = Reginensis* 586. *O = Oxoniensis coll. S. Joh.* 18. *P = Parisinus* 2773. *Sangallensis* 831. *Recentiores quoque sunt (Ambrosianum M* 79 *s. contulit Loewe). T = Thuanei apographum Vaticanum* 9135 *s. XVII, cf. CIL I* 411. — *Cantabrigiensem Trin. R* 15, 32 *s. X ex. contulit Schenkl Stud. Vind.* 7, 341. — *De diebus Aegyptiacis cf. W. Schmitz, Mus. rhen.* 31, 295. 29, 167. *Inscr. om. Ph B M Ber E O P.* Vs̃ de dieb; egybtiacis *V* De aeg. diebus *R* Versus de Aeg. d. ex v. c. biblioth. v. illustr. J. A. Thuani *T. Nume-*

Digitized by Google

Mensis quisque duos captivos possidet horum
Nec simul hos iunctos, homines ne peste trucident.
Si tenebrae Aegyptus Graeco sermone vocantur,
Inde dies mortis tenebrosos iure vocamus.

I Iani prima dies et septima fine timetur. VII
IIII Ast Februi quarta est; praecedit tertia finem. III
I Martis prima necat, cuius sub cuspide quarta est. IIII
X Aprilis decima est, undeno et fine minatur. XI
III Tertius in Maio lupus est et septimus anguis. VII
X Iunius in decimo quindenum a fine salutat. XV
XIII Tredecimus Iulii decimo innuit ante kalendas. X
I Augusti nepa prima fugat de fine secundam. II
III Tertia Septembris vulpis ferit a pede denam. X
III Tertius Octobris pullus decimum ordine nectit. X
V Quinta Novembris acus, vix tertia mansit in urna. III
VII Dat duodena cohors septem inde decemque Decembris. X

His caveas, ne quid proprio de sanguine demas.
Nullum opus incipias, nisi forte ad gaudia tendat.
Et caput et finem mensis in corde teneto,
Ne in media ima ruas, sed clara per aethera vivas.

ros marginum ex VM solis addidi. Orthographica ex solo M afferam. 1—6 *om. MB O.* 3—6 *om. P* 1—4 *om. Ber* 1 Bis bini denique *E* 2 mortalis *mg. T* 3 captivos *i. malos* (*ital.* cattivo, *fr.* chétif) 4 Haec *T* ninctos *Ph* homine *V* 5. 6. 1—4 *Ph RE Ber.* 5 graio *Ph R* 6 tenebras *T* uocamur *Ph* 19—22 *ante v.* 7: *E* 7 tenetur *MR* 8 Est f. quartę *M* p. t. f.] sed septima seruiet umbris *O* 9 sub *B*] sic *MVR*, si *E*, in *P*, quasi *O*, et *Ph T* 10 decimo *V* undena *B* -ne *O* et] a *OPT* 11 in *om. Ph. M*, ex *V*, est *ER(O)* Maio tertius *EP* est lupus est et *MEP* 12 indecimo] undecimo *B* post *R* salute *B* 13 iuli *recc.* 14 secunda *MRT* 15 uulpes *V* cuspis *Haupt* feret *E* pude *B* dena *MT* 16 Marcius october *B* pullus *BV: om. M;* gladius *Ph EORT* decimum *ET:* decimus in *M* decem in *BVR* decimo *O* 17 auis *B* 18 Sat *M* Hac *T* duorum *B* choors *M* december *BOE* tenebris *M* 19—22 *om. MBO.* 19 de proprio *E* 20 tendat: en *ex corr. Ph.* s. c.] sydara *V.* 20 *et* 22 *om. P* 21 ac *V* timeto *P* 22 in *om. R* medio *Ber RT Ph* una *R*

Digitized by Google

B. M. —
B. IV 441.

681

Basia coniugibus, sed et oscula dantur amicis;
Savia lascivis miscentur grata labellis.

682

B. M. —
B. III 170.

Ovidio Nasoni tributum

Rustice lustrivage capripes cornute bimembris
Cinyphie hirpigena pernix caudite petulce
Saetiger indocilis agrestis barbare dure
Semicaper villose fugax periure biformis
Audax brute ferox pellite incondite mute
Silvicola instabilis saltator perdite mendax
Lubrice ventisonax inflator stridule anhele
Hirte hirsute biceps fallax niger hispide sime
†Scrans aridus iolae spurce bruciole Fatucle!

681. *Inter glossaria et Isidori Differentias B(ernensis* 16 *s. IX—X), Be(rnensis* 243 *s. X), P(hilippicus* 4626 *s. XII), E(insidlensis* 172 *s. X),* ς. *cf. Hermes II* 359. *Variatur Isidori Differentiarum* 'basium uxori, osculum filiis, suavium scorto.' — Quidam poeta *E* Quidam *BP Isid.* 1 B. c. sed et *PE Isid.* (decet *Loewe*): Coniugis interea (-reti *Be*) basium *B Be* dentur *E* ntur *B* 2 Suavia *PB Isid.* Savia *Be E* miscemus *BE*

682. *T = Turicensis* 78 (*olim* 451) *saec. IX, olim Frecherianus, fol.* 82. *S = Sangallensis* 899 *s. X* (*cf. ann. philol.* 1868, 391). *P = Parisinus* 8094 *s. XI fol.* 56. *Est et in Reginensi* 421 *sed a manu recenti. Liudprandus v.* 1 *et* 4 (*in relatione de leg. Constant.* 10) *et* 2—3 (*in Antapodosi* 5, 32) *commemorat. Ed. pr. L. Mueller ann. phil.* 1866, 396. *T P ego, S Jaenicke contulimus.* Ouidius Naso in amatoria arte (!) de Pan pastore dt̃ *P*; *inscr. deest TS* Ovidius in rusticum *Monac.* 454 *s. XV.* 1 biĩnbres *P* 2 Cynife *TS* Cinife *P num* hircigena? hi(hy-)rpigena *libri* petulae *T* -le, *corr., S* 3 Sitiger *P* 4 uilose *P* 5 brute *om. T* mutae *TS* muto *Hertzberg* 6 Siluicula *P* 7 ventrisonax *Baehrens* anelae *TS* anhelle *P* 8 Hirce *P* Hyrt(a)e hyrsute *TS* hispidissime *libri, corr. L. Mueller* f. h. nig. *TS* n. h. fall. *P* 9 *om. P* ariole *vel* arbusticula *Hertzberg* brutiole *S* brachycole *vel* brevicole *puto* fatude *S* fataucle *T, corr. Hertzberg* Finit *S*

Digitized by Google

683

Vide nunc c. 487*

684

B. IV 88. M. 1225. B. V 385.

Luciola, effigies illorum iudice quovis,
Quos peperit quondam morum fecunda vetustas,
Hic tegitur, laudis monumento exstante superstes.
Nobilitas patriae Treveri praeclara, patrumque
Arvernum hospitium civem se adscisse superbit.
Pignorat haec tellus terrae felicis alumnam.
Fundorum spatiis cinerum est possessio maior.
Coniuge fortunata equitum peditumque magistro
Omni humilem officio dum se gerit, auxit honorem:
Altior invidia, qui non subcumbit honori, est.

685

B. M. — B. III 170.

Collis sum collisque fui collisque manebo;
Tertia si pereat littera, sexta manet.

686

B. M. — B. IV 442

Vrbs, quae tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

684. Epitafium *T fol.* 96 *r. Est in Sangall.* 877 *s. X. cf. De Rossi p.* 284. *T adnotabo.* 2 heroum *Baehrens* 4 triueri *TS* patremque . . hospitio *Crusius, sed dicit, Luciolam eiusque parentes, Treveris ortos, ad Arvernos transmigrasse* osp. *T* 7 R, *in mg. T* 8 aeq. *T* 9 humili *T* 10 honori *Pithoeus* amori *T*

685. *T fol.* 116. *R(eginensis* 421 *s. XI). Sangall.* 899 *s. X. Ed. pr. Klein mus. rhen.* 23, 191. — Tantum vina nocent, quantum non vipera laedit: Inde tremor membris atque inde oblivio mentis: *haec in T praecedunt.* At. *T in mg.* 2 Littera sexta perit tertia sicque manet *R inepte; solutio enim est:* Haemus — hamus = S

686. *T fol.* 116. *G = Sangallensis* 878 *s. IX—X p.* 70. *Est et in Reginensi* 421 *s. XI. Ed. pr. Usener mus. rhen.*

Digitized by Google

Mantua nostra aliis tantum concedit honoris,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis
Aut oleae spinus caris aut vitibus alnus,
Elleborus nardo, piperi faba, tofus et auro.
Qua nullus princeps, nullus quoque verna moratur,
†Aequales totum retinent vel cuncta tyranni.
Pax abiit tristis, civilia bella geruntur,
Friget amoris honos, odiorum semina pollent,
Frumentum premitur, lolium sine nomine surgit;
Moerorum lapides et propugnacula vendunt,
Excubias qui sorte gerunt. cultura deorum
Virtutumque cadit; fingit sibi quisque colendum,
Mens vaga quod suadet. magnae vicina ruinae
Mantua vae miserae, quam barbarus incola replet,
Quam sermone secant, venter quos protulit unus,
Frater et ad fratrem verbis non haeret eisdem!
Tityrus admonuit cives quam saepe cavere,
Ne lupus in stabulis ovium misceret acervos!
Dissona sed cunctam vetuit discordia plebem,
Ne saltim excubiis vel saepe ambronibus obstet.
Stertit enim upilio. casus heu cerno propinquos:
Ei mihi — ianique nefas — heu, pro dolor! ei mihi
— tandem,
Si qua tuae nunc matris habet te cura, faveto!

22, 628. Maro Mecenati salutem *G, om. T. Ergo a.* 42 *a. Chr. n. scripta fingitur. An potius ad Germanorum tempora saeculi V vel IX spectat? cf. v.* 13—16. 1. 2 *Cf. Verg. ecl.* 1, 24 *s.* 4 *cf. Verg. ecl.* 5, 17 5 ole'' *G* 7 Quia, *corr., T* 8 Aequales *non intellegitur* 15 *cf. Verg. ecl.* 9, 28 19 ammonuit *TG* 22 vel] ut *Usener* ambronibus: *cf. Poet. aevi Carol. III p.* 748. 23 opilio *TG*; *cf. Verg. ecl.* 10, 19. 24 namque *puto* dolor et *Baehrens* 25 caveto *Baehrens olim* faueto *TG. cf. ecl.* 7, 40

Digitized by Google

687

Conflictus veris et hiemis B. V 70. M. 391.

Conveniunt subito cuncti de montibus altis *sqq.*

688

B. M. — B. III 171.

Fonte lavat genitor, quem crimine polluet uxor,
Et puerum refovet, quem iuvenem perimat.

Ante suum gremium portat portatus alumnum;
Vnum gestat equus, sed duo terga premunt.

Mergitur Hippolytus mersurus amore novercam,
Quem quia fata iuvant, flumina nulla nocent.

In causa Hippolyti versa est natura parentum:
Saeva noverca fovet, quem pater ipse necat.

689

B. M. B. —

Conlatum vitae destruxit femina culmen,
Femina sed vitae gaudia longa dedit.

687. *Carmen quod hoc loco in ed. pr. posui, ab Alcuini sodali aliquo ad Dodonem (cf. Duemmler N. Arch. 4, 127) scriptum est Alcuinique opusculis insertum in Poetis lat. aevi Carolini ed. Duemmler I* 270

688. *T fol.* 118. *S Sa Sg = Sangallenses* 184 *(s. X—XI)*, 250 *(s. IX)*, 397 *(s. IX)*. Versus de quodam patre qui bene nutrivit filium matre eius mortua et eundem interfecit quia novercam suam id est patris uxorem polluit *Sa. Edidi primus versiculos de Hippolyto ad artis opus spectantes. Thema variatum est ut in c.*163 *sqq. Baehrens maiori epyllio ascripsit. T adnotabo.* 1 genit̄ *T* polluit *T* -uat *Baehrens* 3 sṿ̣ũm (¯*eras.*) *T* 5 ippolitus (*ut v.* 7) mersurus amore nouercae *T* novercam *Baehrens* 6 facta *T* iuvant: *nam inter stellas relatus est* (*Pausan.* II 32, 1).

689. *T fol.* 153. Evam *et* Mariam *intellego* distruxit *T. Columbani haec praemissa sunt:*

Omnis mente pius fugiat letale venenum,
Quod mulieris habet lingua superba (*ex* -ua) male.

Digitized by Google

689ª

B. M. B. —

Versus SILVII

De cognomentis Salvatoris

〈Omnipotens, vis trina, deus, pater, optima rerum,
Quo generante satus sine tempore semine matre,
Ortus †sine loco vel membris, post caro natus,
Permittens cerni, multo quoque nomine dictus:〉
Spes, ratio, via, vita, salus, sapientia, mens, mons,
Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, sacerdos,
Messias, Sabaoth, rabbi, sponsus, mediator,
Virga, columba, manus, petra, filius, Emmanuel, lux,
Vinea, pastor, ovis, pax, radix, vitis, oliva,
†Fons, haedus, panis, agnus, vitulus, leo, Iesus,†
Verbum, homo, rete, lapis, dominus, deus: omnia Christus.

689ª. *G* = *Sangallensis* 878 *s. XI—XII.* *B* = *Bernensis* 109 *s. X.* *P* = *Parisinus* 9347 *s. IX.* *V* = *Vaticanus* 553 *s. IX. Hos et T adnotabo. Sangall.* 191 *s. X.* — *Cf. Damasus ed. Ihm p.* 68; *Damasi c.* 11 *ap. Fabricium Poet. christ. p.* 774. *Mus. rh.* 50, 204. *Hagen progr. Bern.* 1880 *p.* 15. *Similia scr. Orientius et Ennodius* (*C Eccl. LV* 16, 243, 247. 6, 534), *al.* 'Severo cuidam' *dat Fabricius ex codice Oporini. Inscripsi ut T* (*fol.* 157) *PV. Inscr. om. GB. v.* 1—4 *in G, om. TBPV; spurios puto* 3 sine *G*: *fortasse* Ortus et absque 5 Ratio spes *B* mens mons *GB*] *om. V* XPC *T* lumen *P, Fabric.* 6 Index *G* gigans *TGV* 7 Mesias *T* Vesias *V* sabaoht *B* 8 Virgo *G* (?) columna *B, Fabric.* emmanuhel *TGV* lux *om. TV*]que *Fabric.* 9 pax radix *bis B* 10 hedus *GB, om. TPV Fabric.* panis] paries *Fabric.* vitulus *om. P* Jesus *T* IHC *GB*] propiciator *Fabric.* 11 dominus deus *GB*] domus *VT, Fabric.* uermis domus *P* XPC *TV*] Christus Iesus *Fabric.* v. 11 *interpunxi.* Filius excelsus dominus deus omnia Christus *Ennodius I* 9, 29

Digitized by Google

689ᵇ

VERSVS CYPRIANI B. M. B. —

Ad quendam senatorem ex christiana religione ad idolorum servitutem conversum

Cum te diversis iterum vanisque viderem,
Inservire sacris priscoque errore teneri,
Obstipui motus. Quia carmina semper amasti,
Carmine respondens properavi scribere versus,
Vt te corriperem tenebras praeponere luci.
Quis patiatur enim te Matrem credere magnam
Posse deam dici rursusque putare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inurit?
Namque sacerdotes tunicis muliebribus idem
Interius vitium cultu exteriore fatentur,
Idque licere putant, quod non licet; unde per urbem
Leniter incedunt mollita voce loquentes,
Laxatosque tenent extenso †pollice lumbos,
Et proprium mutant vulgato crimine sexum.
Cumque suos celebrant ritus, his esse diebus
Se castos memorant: ut, si tantummodo tunc sunt,
Vt perhibent, casti, reliquo iam tempore quid sunt?
Sed quia coguntur saltim semel esse pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus funduntque cruorem.
Quale sacrum est, vero quod fertur nomine sanguis?
Nunc etiam didici, quod te non fecerit aetas,

689ᵇ. *F* = *Parisinus* 2832 *saec. IX* (*cui similis est Paris.* 2772 *saec. X*). *R* = *Vaticanus Regin.* 116 *fol.* 114 *saec. IX—X*. *F R enotabo ex Corp. Script. Ecclesiast. Vindobonensi XXIII* 227 *sq.* Versus s̄ci Cipriani ep̄i et martiris *F* Incipiunt uersus beati Cipriani martyris Christi *R*. Ad . . conuersum *libri*. 1 te *om. R* 3 attonitus *Rivinus* 9 idem *R* id est *F* 10 Inter iusticiã *F* 11 Idemque *sed corr. R* orbem *R* 12 mellita *Pamel* 13 Lassatos *F* Lapsatos *R* Laxatos *vulgo* pollice *libri* podice *corr. antiqua m. in F* 14 proprie *R* mut. vulg.] mutato *R* 16 ut *R* at *F* 18 saltim *R*: sed tunc *F* 21 didici *F*: *vox erasa R*

Digitized by Google

Sed tua religio calvum, caligaque remota
Gallica sit pedibus molli redimita papyro:
Res miranda satis deiectaque culmine summo.
Si quis ab Isiaco consul, procedat in orbem,
Risus orbis erit; quis te non rideat autem,
Qui fueris consul, nunc Isidis esse ministrum?
Quodque pudet primo, te non pudet esse secundo,
Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos
Respondente tibi vulgo et †lacerante senatu,
Teque domo propria pictum cum fascibus ante,
Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam?
Haec tua humilitas et humilitatis imago est!
Aedibus illa tuis semper monumenta manebunt.
Rumor et ad nostros pervenit publicus aures,
Te dixisse: 'Dea, erravi; ignosce! redivi.'
Dic mihi, si valeas: cum talia saepe rogares
Et veniam peteres, quae tecum verba locuta est?
Vera mente cares, sequeris qui mente carentes.
Haec iterum repetis nec te delinquere sentis?
Quid mereare, vide. minus esses forte notandus,
Si tantum hoc scires et in hoc errore maneres;
At cum vericolae penetraveris ostia legis,
Et tibi nosse Deum paucis provenerit annis,
Cur linquenda tenes? aut cur retinenda relinquis?
Nilque colis, dum cuncta colis, nec corde retractas,
Vera quid a falsis, quid ab umbris lumina distent.
Philosophum fingis, cum te sententia mutet:

23 Gallica *i. e. gallaribus c.* 4, 44? (Calliga *Par.* 2772) papiro *FR* 25 yssiaco *F* urbem *Pamel* 26 orbis *Peiper* urbis *Hartel* oris *libri* 28 putet et primo *F* (et *del.*) 29 tupes *R* ymnos *F* 31 domum propriam *F* ante *R*: olim *F* 32 Num *F* sistra *R* 33 tua . . et] non . . sed *Pamel, recte?* 36 ignoscere divi *F* ignoscite divi! *vir doctus* 39 mentem *F* (m *eras.*) que *R* 43 *sic F* uericulae *R* 44 proueniret in annis *R* 45 *sic F* reliquenda tenes *R* 46 nec credere tactas *R* 47 a] ad *et* ab] ad *F*; *utrumque corr. m. antiq.* distant *F* 48 phylosophum *F* 49 aura *vulgata*

Digitized by Google

Nam tibi si stomachum popularis moverit ira,
Et Iudaeus eris totusque incertus ageris.
Indulge dictis: sapientia non placet alta.
Omne quod est nimium, contra cadit. Vnum operantur
Et calor et frigus; sic hoc, sic illud adurit.
Sic tenebrae visum, sic sol contrarius aufert,
Et pariter laedunt †tepidum fervensque lavacrum.
Esca alitur corpus, corpus consumitur esca,
Vimque suam minuit, si quid protenditur ultra.
Denique si sedeas, requies est magna laboris;
Si multum sedeas, labor est. Maro namque poeta
Pro poena posuit: 'sedet aeternumque sedebit
Infelix Theseus.' semper nocet utile longum:
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant.
Sic nimium sapere stultum facit. 'Improba secta,'
Me dea sic docuit; 'moderamen amabile' dixit.
Sed tu nec sectam modo nec moderamina curas.
Mens autem stabilis nullo pervertitur aestu,
Ipsaque simplicitas numquam mala cogitat ulla.
Hinc sincera fides aeterna sede fruetur
Et dolus e contra longo cruciabitur igni.
Elige quid velis, ut digna piacula vites.
Sic tamen hanc veniam mereatur †creditor inquam.
Vt leve crimen erit, si nolis noscere vera,
Non leve crimen erit, si cognita vera relinquas.
Sed te correctum forsan matura senectus
In melius revocat satiatum erroribus istis;
Tempus enim mutat, mala digerit omnia tempus.
Tunc igitur, cum te consulta reduxerit aetas,
Disce Deo servare fidem, ne forte bis unum
Incurras lapsum. quia vere dicitur illud:

50 ageris *Peiper* aberis *F* ʰaberis *R* 51 dicis *R* 53 aduritl *R*(?) 55 ledunt *omnes* tepudum *F* gelidum *vulgo: recte?* 60 *Aen.* VI 617. *v.* 61—85 *desunt in F, Par.* 2772 64 Medea *R* 65 secta *R* moderamine *R* 68 sede *Rivinus* fide *R* 69 dolosa contra *R* 70 quid *R*: quale *Rivinus* 71 inquam *R*: numquam *Hartel* 78 do *R*

Digitized by Google

Qui pedis offensi lapidem vitare secundo
Nescit et incautus iterum vexaverit artus,
Imputet ipse sibi nec casibus imputet ullis.
Corrige delictum fidamine, corrige mentem:
Suffecit peccare semel. desiste vereri:
Non erit in culpa, quem paenitet ante fuisse.

B. M. B. — 689ᶜ

Addere libet ex Marci monachi Casinensis de S. Benedicto carmine quaedam ad antiquitatem spectantia:

Caeca profanatas coleret dum turba figuras,
Et manibus factos crederet esse deos,
Templa ruinosis haec olim struxerat aris,
Quis dabat obsceno sacra cruenta Iovi.
Sed iussus veniens eremoque vocatus ab alta
Purgavit sanctus hanc Benedictus humum
Sculptaque confractis deiecit marmora signis
Et templum vivo praebuit esse Deo ...
Hunc plebs stulta locum quondam vocitaverat Arcem,
Marmoreisque sacrum fecerat esse deis ...
Ad quem caecatis errantes mentibus ibant
Improba mortifero reddere vota Iovi ...
Ast huc perducto scopuli cessere rubique,
Siccaque mirandas terra retexit aquas ...

82 ullis] illis *R* 89 fidumine *Iunius* 84 sufficit *R*
C. Cypriani uersus aduersus quendam senatorem explič *R*

689ᶜ. *Ed pr. Mabillon Acta S. Bened. I* 28, *unde sumpsi. Est in Reginensi* 1267 *s. IX.*

Digitized by Google

690

B. M. — Petron. ed. Buech. fg. 26. B. IV 95.

PETRONII ARBITRI

. . . . . .

. . . . . .

Sic contra rerum naturae munera nota
Corvus maturis frugibus ova refert.
Sic format lingua fetum cum protulit ursa
Et piscis nullo iunctus amore parit.
Sic Phoebea chelys vinclo resoluta parentis
Lucinae tepidis naribus ova fovet.
Sic sine concubitu textis apis excita ceris
Fervet et audaci milite castra replet.
Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.

691

B. V. 148. M. 1084. Buech. 41. B. IV 95.

PETRONII

Indica purpureo genuit me litore tellus,
Candidus accenso qua redit orbe dies.
Hic ego divinos inter generatus honores

690—715. *Haec edidit Binetus, satis fideliter ut videtur, ex codice Isidori Bellovacensi saec. IX nunc deperdito (S). Binetum afferam ex Petronio a Dousa edito Lugd. B.* 1585 *p.* 111—120. *Cf. Krohnii Quaestiones de Anth. lat., diss. Hal.* 1887.

690. *Cf. Lactant. schol. Statii Theb.* 3, 506. *Hermes* 33, 173. 'Extabant illi duo priores uersus, ubi legitur 'Sic contra r.' Reliquum expleui ex meo V. C.' *Binetus.* Vnde et Petronius: Sic contra . . refert *Fulgentius mythol. I* 12 *p.* 44 1 Sicut sunt rerum . . nota *S* notae *Fulg.* tota *Scaliger* 3 foetum *S* 5 phoebaea chelis *S* vinclo *Binet* uicto *S* voto *Baehrens* 6 roribus *Baehrens* noctibus *Buecheler* ora *Hadrianides* 7 caeris *S* 8 Fetat *Buecheler*

691. Arbitri *hic et in seqq. om. S* 1 littore *S* 2 rubet *Burmann* 3 versatus *Buecheler* veneratus *Baehrens* odores *Binetus*

Digitized by Google

Mutavi Latio barbara verba sono.
Iam dimitte tuos, Paean o Delphice, cycnos:
Dignior haec vox est, quae tua templa colat.

692

B. M. —
B. IV 96.
Buech. 42.

PETRONII

Naufragus eiecta nudus rate quaerit eodem
Percussum telo, cui sua fata fleat;
Grandine qui segetes et totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros, orbique parentes
Coniungunt gemitus, et facit hora pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera verbis,
Et fama est, iunctas fortius ire preces.

693

B. III 213. M. 983.
B. IV 97.
Buech. 44.

PETRONII

Si Phoebi soror es, mando tibi, Delia, causam,
Scilicet ut fratri quae peto verba feras:
'Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum
Et levibus calamis candida verba dedi.
Nunc si nos audis atque es divinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat.'

6 vox *Binetus* uos *S*

692. 1 eversa *Dousa* 2 cui *S* qui *Buecheler* fleat *Jacobs* legat *S* 5 sortique *S, corr. Binetus* 6 urna *Reiske* hora *i. e. tempus pariter infelix mortis liberorum* 8 iunctas *Binetus* constans *S* socias *Buecheler*. — *Sequitur c.* 218 'Petronii', *deinde*

693. 3 si Pario *Schrader* Siccano *Ziehen* 4 condita *Heinsius* 6 *cf. Furius Bibaculus ap. Suetonium de gramm. p.* 110 *Reiff.*

Digitized by Google

694

B. M. — B. IV 97. Buech. 35.

PETRONII

Omnia quae miseras possunt finire querellas,
In promptu voluit candidus esse deus.
Vile olus et duris haerentia mora rubetis
Pungentis stomachi composuere famem.
Flumine vicino, stultus sitit. †effugit Euro,
Cum calidus tepido consonat igne focus.
Lex armata sedet circum fera limina nuptae;
Nil metuit licito fusa puella toro.
Quod satiare potest, dives natura ministrat;
Quod docet infrenis gloria, fine caret.

695

B. III 236. M. 1001. B. IV 97. Buech. 36.

PETRONII

Militis in galea nidum fecere columbae:
Adparet, Marti quam sit amica Venus.

696

B. M. — B. IV 98. Buech. 37.

PETRONII

Iudaeus licet et porcinum numen adoret
Et caeli summas advocet auriculas,
Ni tamen et ferro succiderit inguinis oram
Et nisi nodatum solverit arte caput,

694. 1 querelas *S* 4 Pugnantis *S, corr. Dousa* 5 et riget *Binetus* 6 personat *Baehrens* focus *Binetus* rogus *S* tholus *Haupt* 7 fera *i. acriter, severe defensa* 10 inferius *S, corr. Binetus*

695. *sic S*

696. 1 nomen *S cf. Tac. Hist.* V 3; 4 2 cilli *Pithoeus.* Caeli *S quasi asini (cf. notissimum illud 'Spott-crucifix' Palatinum). Cf. Iuvenal.* 14, 97: 'nil praeter nubes et caeli numen adorant' agricolas *S, em. Binetus* 3 oram *vel* arram *Binetus* aram *S* 4 Et cute *Baehrens* Et sibi *Buecheler* nudatum *Pithoeus*

Digitized by

Exemptus populo Graia migrabit ab urbe
Et non ieiuna sabbata lege premet.

697

B. M. —
B. IV 98.
Buech. ad 37.

[PETRONII]

Vna est nobilitas argumentumque coloris
Ingenui, timidas non habuisse manus.

698

B. III 205.
M. 977. B. IV 98.
Buech. 38.

PETRONII

Lecto compositus vix prima silentia noctis
Carpebam et somno lumina victa dabam:
Cum me saevus Amor prensat sursumque capillis
Excitat et lacerum pervigilare iubet.
'Tu famulus meus,' inquit, 'ames cum mille puellas,
Solus, io, solus, dure, iacere potes?'
Exsilio et pedibus nudis tunicaque soluta
Omne iter impedio, nullum iter expedio.
Nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
Poenitet, et pudor est stare via media.
Ecce tacent voces hominum strepitusque viarum
Et volucrum cantus turbaque fida canum:
Solus ego ex cunctis paveo somnumque torumque
Et sequor imperium, magne Cupido, tuum.

699

B. III 203.
M. 975. B. IV 99.
Buech. 39.

PETRONII

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
Quae te prima meo pectore composuit;

5 grata *Casaubonus*. Graia *ad Euandrum Arcadem Palatii incolam spectare videtur*. 6 sabbatha *S* tremet *Buecheler*
697. *separavit Buecheler* 1 doloris *L. Mueller*.
698. 2 vincta *Heinsius* 3 prensum *S*, *em. Oudendorp* 8 *i. e. Me in omne iter impedio.* ingredior *olim scripsi* 14 Ex *Burmann*
699. *Cf. Propertius III* 7. —

Sit torus et lecti genius secretaque †longa,
Queis tenera in nostrum veneris arbitrium.
Ergo age duremus, quamvis adoleverit aetas,
Vtamurque annis, quos mora parva tenet.
Fas et iura sinunt veteres extendere amores:
Fac, cito quod coeptum est, non cito desinere.

700

[Item]

B. III 220. M. 992.
B. IV 99.

Foeda est in coitu et brevis voluptas
Et taedet Veneris statim peractae.
Non ergo ut pecudes libidinosae
Caeci protinus irruamus illuc:
Nam languescit amor peritque flamma.
Sed sic sic sine fine feriati
Et tecum iaceamus osculantes.
Hic nullus labor est ruborque nullus:
Hoc iuvit, iuvat et diu iuvabit.
Hoc non deficit incipitque semper.

701

Item

B. III 221. M. 998.
B. IV 99.

Accusare et amare tempore uno
Ipsi vix fuit Herculi ferendum.

3 longa *S*: sponda *Heinsius* lampas *Buecheler* lodix *Ziehen* 6 teret *Pontanus, recte?* 7 celeres *conieci* 8 Ac *Buecheler* Fas *Schrader*

700. 'Sequebantur ista, sed sine Petronii titulo. At priores illi duo Phalaecii vix alius fuerint quam Petronii' *Binetus*. Item *addidi* 6 sicci *Baehrens!* 7 sectim *Loewe* tractim *Buecheler* 9 iuvat *Binetus*] iuuit *S*

701. 1 Aerumnari *Baehrens*

Digitized by

702

B. III 206. M. 978.
B. IV 100.

Item

Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
Victa iacent solo cum mea membra toro.
Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni.
Somnia tu vinces, si mihi vera venis.

703

B. III 214. M. 984.
B. IV 100.

. . . . .

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore
Hesperie, teneras officiosa manus.
Et pulchro pulchras strophio producta papillas
Gaudet utrumque sui pectorls esse decus.

704

B. III 215. M. 985.
B. IV 100.

[Item]

Hesperie lateri redimicula nectit eburno
Facta suis manibus, pectore digna suo.
Iam veteres iras Venus et Tritonia ponit:
Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

705

B. III 216. M. 986.
B. IV 100.

[Item]

Intertexta rosa Tyrii subtemine fuci
Involvet quoties mobile zona latus,

702. *Cf. Ovid. heroid.* 16, 99 *sqq.* 2 Vincta *Hand* 3 me *Binetus* met *S* 4 uincis *S* 'Sequentia tetrasticha [703—704] . . in exemplari coniuncta erant' *Binetus*

703—705. Item [704—5] *addidi* Aliter *Baehrens.*

703. 2 Hesperies *S* certans *Binetus* 3 praeducta *Heinsius* redimita *Buecheler* protecta *Schrader*

704. 3 ponunt *Heinsius*

705. 1 rosa e *Oudendorp* sub tegmine *S, em. Binetus* 2 inuoluit *S* nobile *Heinsius*

Digitized by Google

Ambrosium gemino potabit ab ubere rorem
Et vere roseo fiet odore rosa.

706

Item

B. III 218. M. 988.
B. IV 101.

Me nive candenti petiit modo Iulia. rebar
Igne carere nivem: nix tamen ignis erat.
Quid nive frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus, Iulia, missa tuis.
Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta si latet ignis aqua?
Iulia sola potes nostras extinguere flammas:
Non nive, non glacie, sed potes igne pari.

707

De Delo

B. III 7. M. 175.
B. IV 101.

Delos iam stabili revincta terra
Olim purpureo mari natabat
Et moto levis hinc et inde vento
Ibat fluctibus inquieta summis.
Mox illam geminis deus catenis
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Constanti Mycono dedit tenendam.

3 potauit *S*. —
Sequuntur apud Binetum c. 364. 348. 347. 349, *deinde*

706. *Riccardianus* 2939 *s. XV sic libere transformavit:* Ad puellam de nive. 1 petiit Victoria 3 pectus t. a. nostrum 4 missa puella tuis 7 Nostras s. p. Victoria e. f.

707. 7 myconae *S* (Mycono *Heinsius*): *cf. Ov. met.* 6, 190 *sqq.* *Post* 707 *sequuntur c.* 363, *tum post verba Bineti* 'In his quae subjiciuntur, adpositi sunt auctores' *c.* 414; *deinde*

Digitized by Google

708

GERMANICI CAESARIS

B. I 103. M. 117.
B. IV 102.

Ad Hectoris tumulum

Martia progenies, Hector, tellure sub ima
(Fas audire tamen si mea verba tibi)
Respira, quoniam vindex tibi contigit heres,
Qui patriae famam proferat usque tuae.
Ilios en surgit rursum inclita, gens colit illam
Te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periisse omnes dic Hector Achilli,
Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

709

EIVSDEM GERMANICI

B. IV 92. M. 69.
B. IV 103.

De puero glacie perempto

Thrax puer adstricto glacie cum luderet Hebro,
Frigore frenatas pondere rupit aquas,

Anth. Pal. IX 387: *Ἀδριανοῦ Καίσαρος· οἱ δὲ Γερμανικοῦ·*

Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
Χαῖρε καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
Σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους.
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο· παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ,
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

708. 4 praeferat *S, corr. Pithoeus* proferet *olim scripsi.* — *Sequitur* 'Caesaris de libris Lucani' (233), *deinde*

709. Eiusdem Germanici de *sqq. S. Est autem Pauli Diaconi a quo in commemoratione institutionis linguae Graecae qua puer usus erat affertur (Cf. Poetae aevi Carolini ed. Duemmler I p.* 50) *sic:*

Sed omnino ne linguarum dicar(-am) esse nescius,
Pauca, mihi quae fuerunt tradita puerulo,
Dicam; cetera fugerunt iam gravante senio:
De puero *sqq. Cf. Ann. philol.* 1893, 764.

D = *Paulus. P* = *Parisinus* 528 *s. IX. M* = *Musei*

Digitized by

Cumque imae partes fundo raperentur ab imo,
Abscidit a iugulo lubrica testa caput.
Quod mox inventum mater dum conderet igni,
'Hoc peperi flammis, cetera' dixit 'aquis.
Me miseram! plus amnis habet solumque reliquit,
Quo nati mater nosceret interitum.'

710

B. I 23. M. 194.
B. IV 103.

C. CAECILII PLINII SECVNDI

Huc mihi vos, largo spumantia pocula vino,
Vt calefactus Amor pervigilare velit.
Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris,
Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dei.

Anth. Pal. VII 542: *Φλάκκου·*

Ἔβρου χειμερίοις ἁταλὸς κρυμοῖσι δεθέντος
κοῦρος ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον,
τοῦ παρασυρομένοιο περιῤῥαγὲς αὐχέν' ἔκοψεν
θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
Καὶ τὸ μὲν ἡρπάσθη δίναις μέρος· ἡ δὲ τεκοῦσα
λειφθὲν ὕπερθε τάφῳ μοῦνον ἔθηκε κάρα.
Μυρομένη δὲ τάλαινα 'τέκος, τέκος' εἶπε, 'τὸ μέν σου
πυρκαϊή, τὸ δέ σου πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ.'

Brit. add. 11983 *s. XI—XII. V = Vindob.* 2521 *s. XII. Q = Parisinus* 6630 *s. XIII.* ς = *recentiores.* De puero qui in glacie extinctus est *P* Versus Iulii Caesaris *M Q, om. V* Octaviani *Ambros. G* 64 *s. XV. Sequor S.* — 1 dum ludit in *D, P reliqui* 2 concretas *D, P rell.* (fraenatas *ap. Binetum*) 3 Dumque i. p. rapido traherentur ab amni (-ne) *D, P rell.* 4 Presecuit tenerum *D P* (Persecuit *rell.*) 5 Orba quod inventum m. d. c. urna *D, P rell.* 6 cętera *S* 7. 8 *solus S servavit.*

710. *Cf. Plinii Epist.* 4, 18; *Schanz Hist. litt. lat.* § 446. 1 vos: des *Oudendorp* 4 dii *S*

Digitized by

711

B. III 258. M. 232.
B. IV 104.

GALLIENI

. . . . . .

Ite agite, o iuvenes, et desudate medullis
Omnibus inter vos! non murmura vestra columbae,
Brachia non hederae, non vincant oscula conchae.
Ludite: sed vigiles nolite extinguere lychnos.
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernae.

712

B. III 231. M. 230.
B. IV 104.

L. APVLEI

Ἀνεχόμενος. **Ex Menandro**

Amare liceat, si potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non sum invidus;
Nam sese excruciat, qui beatis invidet.
Quos Venus amavit, facit amoris compotes:
Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.
Olli purpurea delibantes oscula
Clemente morsu rosea labia vellicent,
Candentes dentes effigient suavio,
Malas odorent ore et ingenuas genas
Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin et cum tenera membra molli lectulo
†Compactiora adhaerent Veneris glutino,

711. Galieni imperatoris *S.* — *v.* 1—3 *Trebellius Polio vita Gallieni c.* 11 *exhibet, sed v.* 1 o pueri, pariter sudate *habet.* 4—5 *solus S servavit.* — *Sequitur c.* 232, *deinde*

712. *suspectum habuit Scaliger* (*cf. Bernays p.* 272) 4 fecit *S, corr. Binetus.* 7 Demente *Baehrens* labia *scripsi* labella *S* 8 *om. Binetus, sed 'agnoscit, teste Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti MS schedium'. ut ait Scriverius; ubi* effugient 9 adorent *Scriverius* oberrent *conieci* 12 Cum pectora *S* una *add. Binetus,* arte *Dousa*; Cubant, cum pectora *v. Winterfeld philol.* 55, 191 Compectorata *edd. vet.* Consertiora *Buehrens* Compactiora *Thewrewk ann. philol.* 1894, 304. Compacta adhaerent [lento] Veneris glutino *conieci*

Digitized by

Libido cum lascivo instinctu suscitet
Sinuare ad veneris usum femina feminae
Inter gannitus et subantis voculas,
Carpant papillas atque amplexus intiment
Thrysumque pangant hortulo Cupidinis
Arentque sulcos molles arvo Venerio,
Dent crebros ictus †conhibente †lumine
Trepidante cursu venae et anima fessula
Eiaculent tepidum rorem niveis laticibus.
Haec illi faciant, queis Venus non invidet;
At nobis casso saltem delectamine
Amare liceat, si potiri non licet!

713

ALCIMI

B. II 177. M. 255.
B. IV 105.

de Vergilio et Homero

Maeonio vati qui par aut proximus esset,
Consultus Paean risit et haec cecinit:
Si potuit nasci, quem tu sequereris, Homere,
Nascetur, qui te possit, Homere, sequi.

714

EIVSDEM

B. III 212. M. 258.
B. IV 105.

O blandos oculos et †infacetos
Et quadam propria nota loquaces!

13 lascivia instincto *S*, *em. Binetus* lasciva instricta suscitat *Colvius* 14 Sinuent *Binetus* at Veneri cursum *S*, *corr. Scriverius* foemine *S* 18 *ante* 17 *posui* 18 horto in *S*, *em. Binet* 17 Haerentque *S* Arent *vel* Iterent *Binetus*, Reserent *Baehrens* 19 Dent *Binetus* Dum *S* conhibente *S* connivente *Binet* conitente *conieci.* conti *ex Priapeo* 11, 3 *notat Ziehen* flumine *Baehrens* 20 Crepidante *S*, *em. Binetus* cursu *S* sursum *conieci* venere *S* vena *Baehrens*, venae *Winterfeld* 21 lactibus *Binetus* 23 casto *Meineke*

713. Virgilio *S*

714. 1 inquietos *Binetus* nec inq. Set *Buecheler*

Digitized by Google

Illic et Venus et leves Amores
Atque ipsa in medio sedet Voluptas.

715

B. III 211. M. 257.
B. IV 105.

EIVSDEM

Lux mea puniceum misit mihi Lesbia malum:
Iam sordent animo cetera poma meo.
Sordent velleribus vestita cydonia canis,
Sordent hirsutae munera castaneae;
Nolo nuces, Amarylli, tuas nec cerea pruna:
Rusticus haec Corydon munera magna putet.
Horreo sanguineo male mora rubentia suco:
Heu grave funesti crimen amoris habent!
†Misi dente levi paulo libata placenta
Nectare de labris dulcia †membra suis.
Nescio quid plus melle sapit, quod contigit ipsa,
Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

715. 1 misi tibi *S* 3 vestita *Loewe* hirsuta (*ex v.* 4) *S* 3, 5, 12 y]i *S* 4 *cf. c.* 218, 2 5 caerea *S* 6 coridõ *S* 7 succo *S* 9 Missa et *Baehrens* placentae Munera *cj. Binetus* 10 Nectarea e *Baehrens* mella *Binetus* liba *Baehrens* 11 qui *Meyer* 12 caecr. *S* dulcius ore *Burmann* dulcis ab ore *Baehrens*

Binetus sic pergit: Ista quae subiiciuntur vel ex V. C. manusc. clariss. J. C. Jacobi Cuiacii vel ex munere Jos. Scaligeri [*i. e. ex Vossiano q.* 86] habui, nonnulla et in Italia conquisivi [*Haec sunt* 890—892]. *Tum habet c.* 112 436 145 132 181 891 88 218 156 793 196 224 892 732 760; *c.* 870 *Meyeri et* 387 *Meyeri*. *In praefatione habet* 890.

Digitized by

716

B. III 110. M. 938.
B. III 236.

Vtilibus monitis prudens adcommodet aurem.
Non laeta extollant animum, non tristia frangant.
Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una.
Grande aliquid caveas timido conmittere cordi.
Numquam sanantur deformis vulnera famae.
Naufragium rerum est mulier male fida marito.
Tu si animo regeris, rex es; si corpore, servus.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Nullus tam parcus, quin prodigus ex alieno.
Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.
Non placet ille mihi, quisquis placuit sibi multum.
Iuri servitium defer, si liber haberis.
Vel bona contemni docet usus, vel mala ferri.
Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit.
Paulisper laxatus amor decedere †potest.
Splendor opum sordes vitae non abluit umquam.
Inprobus officium scit poscere, reddere nescit.
Inridens miserum dubium sciat omne futurum.
Mortis imago iuvat somnus, mors ipsa timetur.

716. (*cf. Columbani monosticha*) *P* = *Parisinus* 9347 *s. IX* (*cont. Huemer Stud. Vindob.* 4, 170). *A* = *Palatinus* 239 *s. X*. *R* = *Reginensis* 300 *s. XI*. *C* = *Parisinus* 8069 *s. XI*. *E* = *Vorauensis* 111 *s. XII*. *V* = *Vindobonensis* 2521 *s. XII*. *M* = *Turonensis* 164 *Marbodi* (*in Hildeberti et Marbodi ed. Benedict. p.* 1634). *Regin.* 166 *s. X—XI habet v.* 1—8. — Incipiunt uersi in singulis generalis sententiae *P* Incipiunt sententiae generales in singulis uersibus *A* Versus Platonis translati de greco *E* Versus Platonis de grẹco in latinum translati *V*, *cf. c.* 490. Prouerbia Catonis philosophi *M* *Inscr. om. C* *Ordinem versuum, qui in libris valde variat, sequor libri P; in contextu sequor P et versibus* 6, *ubi deest*, *A et* (*v.* 81) *E.* — *RCM et ceteris locis AE raro afferam.* 4 *om. A* corda *P* cordi *E* 9. 11. 13. 17 *om. A* 12 Iure *P* Iuri *R* Iuris *A* Nulli *E* deffer *P* si *DE* sic *PA* aberis *P* 13 contempni *P* 15 *in solo A extat* potest *A* quibit *Maius* perstat *Ziehen* 16 *om. P, exstat in AC* 18 sciat *AE, om. P*

Digitized by Google

Quanto maior eris, tanto moderatior esto.
Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore.
Criminis indultu secura audacia crescit.
Quemlibet ignavum facit indignatio fortem.
Divitiae trepidant, paupertas, libera res est.
Haud homo culpandus, quando est in crimine casus.
Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.
Dissimilis cunctis vox vultus vita voluntas.
Ipsum se cruciat, te vindicat invidus in se.
Semper pauperies quaestum praedivitis auget.
Magno conficitur discrimine res memoranda.
Terra omnis patria est, qua nascimur et tumulamur.
Aspera perpessu fiunt iucunda relatu.
Acrius adpetimus nova, quam iam parta tenemus.
Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.
Tolle mali testes: levius mala nostra feremus.
Vir constans quicquid coepit complere laborat.
Saepe labor siccat lacrimas et gaudia fundit.
Iniustus, qui sola putat proba, quae facit ipse.
Tristibus adficiar gravius, si laeta recordor.
Omne manu factum consumit longa vetustas.
Quid cautus caveas, aliena exempla docebunt.
Haud ullum tempus vanitas simulata manebit.
Ne crede amissum, quicquid reparare licebit.
Condit fercla fames; plenis insuavia cuncta.
Doctrina est fructus dulcis radicis amarae.

21 paruã *P, corr. p* 22. 23 *om. A* 23 Quaelibet *P* Queml. *E* 24 Trepèdant *P* 25 Tunc *M* 26 par(s *eras.*) *P* 28—31 *om. A* 28 se] te *M* in se] ipse *M* 32 perpessi *P*; *recte AE* 33. 35 *om. A* 36. 38. 42 43 *om. A* 37 dolor *M* fundunt *PAM* fundit *E* 38 *in PRM est* quid *P* probas *P* probae *R*; *recte M* 39 gra uus, *P* recorder *A* 41 cantus *P* 42 ūillum *P* (multum *E*) mentis s. manebunt *E* 43 Nec redeam ipsum *P, recte E* 44 famis *A* *vernacule: Hunger ist der beste Koch.* 45 Doctrine *P m. pr.* -na *A* amare *P m. pr.*

Digitized by Google

Vti ut divitiis bonitas, sic luxus abuti.
Non pecces tum, cum peccare impune licebit.
Spes facit inlecebram visuque libido movetur.
Vera libens dices, quamquam sint aspera dictu.
Tristis adest maeror, si cesset laeta voluntas.
Non facit ipse aeger, quod sanus suaserit aegro.
Absentum causas contra maledicta tuere.
Ipsos absentes inimicos laedere noli.
Vlcus proserpit, quod stulta silentia celant.
Qui vinci sese patitur pro tempore, vincit.
Nemo ita despectus, quin possit laedere laesus.
Cum accusas alium, propriam prius inspice vitam.
Nemo reum faciet, qui vult dici sibi verum.
A deo expectemus longaevam ducere vitam.
Votis concessam scelus est odisse senectam,
Quicquid inoptatum cadit, hoc homo corrigat arte.
Consilii regimen virtuti corporis adde.
Vincere velle tuos perquam victoria turpis.
Cum vitia alterius satis acri lumine cernas
Nec tua prospicias, fis verus crimine caecus.
Nonnumquam vultu tegitur mens taetra sereno.
Durum etiam facilem facit adsuetudo laborem.
Quisque miser casu alterius solatia sumat.
Si piget admissi, committere parce pigenda.
Robur confirmat labor, at longa otia solvunt.

46—54 *om. A* 46 diutius *P, sed corr. p* (*qui solus versum habet*). *Cf. Catonis distich. III* 21 'Utere quaesitis, sed ne videaris abuti.' 47 peccet *P, corr. pE* tũ *P* 48 illecebras *E* usu *P, corr. p, E* uisu *C* 50 m.] memer *P* meror *p* messis *E* cesset *PE* cessit *Baehrens* 52 maledictã *P, corr. p* 55 uincisse *P* uinci s. *AE* 56 dispectus *PA* desp. *E* 58—61 *om. A* 59 *in solo P* expectim' *P* expetimus *Huemer vel* expectemus 61 ante *PE* arte *V* 63 *om. AE* perquam *P*]satis est *C* 64 Con *P, corr. p* Cum *A* cernis *PA, corr. Maius* 65 sis *P* fis *A* uerus *PA* vero *Buecheler* 66—76 *om. A* 67 adsuetu *P* -do *pE* 68 sumat *P* rimat *E* 69 pigea mirsi *P, corr. p* (*om. E*) 70 *sic E* Robor *P* at *E* aut *P*

Digitized by Google

Vt niteat virtus, absit rubigo quietis.
Mitte arcana deo caelumque requirere quid sit.
Quod nocet, interdum si prodest, ferre memento;
Dulcis enim labor est, cum fructu ferre laborem.
Laetandum est vita, nullius morte dolendum est:
Cur etenim doleas, a quo dolor ipse recessit?
Dum speras, servis; cum sint data praemia, †saevis.
Ille nocet gravius, quem tu contemnere possis.
Quod metuis, cumulas, si velas crimine crimen.
Suffragium laudis quod fert malus, hoc bonus odit.
Magni magna parant, modici breviora laborant.

Haec quoque sunt in E; ut Hildeberti sunt in Paris. 14194:

Formula vivendi praesto est tibi: pauca loquaris,
Plurima fac. sit utrisque comes modus, utile, pulchrum;
Obsequiis instes: ea pro te munera poscent.
Sobrius a mensis, a lecto surge pudicus.
Stans casum metuas, speres prostratus; et illum,
Quem colis in titulis, miserum abiectumque tuere.
Vt decet et prodest, et amabis et oderis idem.

v. 72 *irrepsit in Catonis Disticha II* 2, 1

72 archana *P* qıđ *P* 74 Duscis *et* fruct' *P, corr. p; recte C* 77—81 *om. P* 77—80 *sunt in A solo* 77 cum data sint pr. saeuis *A* servis *Maius.* 78 Ille etiam grauius nocet *A, corr. Maius* tu *Maius, om. A* non *Baehrens* 81 *est in E solo.* Debile saepe caput totum dat debile corpus, Et (*lege* At) faciunt firmum fortia membra caput *E, in quo c.* 644 *sequitur.* — *Quae Baehrens PLM III* 240—242 *tamquam Catoniana addidit, Alcuini sunt: cf. Poetae aevi Carolini ed. Duemmler I* 275 *et N. Archiv.* 7, 419. — Formula vivendi *sqq. cf. Hildebertus ed. Beaugendre p.* 1333 Ad nepotem (*ubi* 1 Forma 2 pu.] rectum 3 praemia poscant 5 timeas 6 colis insignem; *v.* 4. 3. 7. 5. 6) *et Nov. Arch.* 2, 403.

Digitized by

717

B. M. —
B. IV 178.

Doctiloqui carmen ructatum fonte Maronis
Bis senis numero florens se milibus explet
Et super hos octingentis septem quadraginta
Versibus adiunctis concluditur omne volumen,
Quod cecinit quondam variato fulmine linguae:
Pastores Cererem Bacchum pecus et bona mellis,
Naufragium flammas errores vulnera ludos,
Tartara, post Latium, sic Teucros bella frementes,
Hostibus Ascanium Rutulis in castra relictum,
Proelia post reditum, devictam Marte Camillam,
Et sua cedentem profugo conubia Turnum.

718

Ad Oceanum

B. V 113. M. 1055.
B. III 165.

Vndarum rector, genitor maris, arbiter orbis,
Oceane o placido conplectens omnia [gyro],
Tu legem terris moderato limite signas,
Tu pelagus quodcumque facis fontesque lacusque.
Flumina quin etiam te norunt omnia patrem;
Te potant nubes, ut reddant frugibus imbres.
Cyaneoque sinu caeli tu diceris oras
Partibus ex cunctis inmenso cingere nexu.

717—718. *P* = *Parisinus* 13026 *olim Sangermanensis* 1188 *saec. IX.*

717 *fol.* 75 *v.* (*post c.* 507—518. 555—557) *sine titulo.* 2 numeri *P. Vergilius secundum codices* 12912 *versibus constat.* 5 quodam *P, corr. Quicherat* (*ed. pr. Bibl. des chartes t. II p.* 129) fulmine *P, cf.* 668, 5 flumine *Buecheler* 11 tornum *P.*

718. Incipit de oceano *P ibidem.* 1 Vudarum *P* 2 Oceane o *Heinsius* Oceano *P* gyro *om. P, add. Huemer ex Sedulio II* 65: 'conplectens omnia gyro.' (flexu *vel* cursu *Burmann,* fluctu *vel* ponto *Wernsdorf*) 3 limite *Heinsius* limine *P* 4 qđcũq; *P* 5 neř *P,* norunt *Burm.* 6 potant *Wernsdorf* p̃tant *P* pensant *Ziehen* 8 inm̃sa *P, corr. Burmann*

Digitized by Google

Tu fessos Phoebi reficis si gurgite currus
Exhaustisque die radiis alimenta ministras,
Gentibus ut clarum referat lux aurea solem,
Si mare, si terras caelum mundumque gubernas,
Me quoque cunctorum partem, venerabilis, audi.
Alme parens rerum, supplex precor. ergo carinam
Conserves, ubicumque tuo committere ponto
Hanc animam, transire fretum, discurrere cursus
Aequoris horrisoni Sortis fera iussa iubebunt;
Tende favens glaucum per levia dorsa profundum,
Ac tantum tremulo crispentur caerula motu,
Quantum vela ferant, quantum sinat otia remis.
Sint fluctus, celerem valeant qui pellere puppem,
Quos numerare libens possim, quos cernere laetus:
Servet inoffensam laterum par linea libram,
Et sulcante viam rostro submurmuret unda.
Da pater, ut tute liceat transmittere cursum,
Perfer ad optatos securo in litore portus
Me comitesque meos. quod cum permiseris esse,
Reddam quas potero pleno pro mu[nere] grates.

B. M. B. —
C. Scr. eccl. V.
X 310. XVI 315.

719

Omnipotens genitor tandem miseratus ab alto,
Postquam cuncta dedit caelo constare sereno,

9 fesso *P, corr. Heinsius* gurgitae *P* 10 Exaustisq; *P* alm̃ta *P* 16 fretum *scripsi* fer& e *P* (fretum et *Burmann*) discurre cursus *P* gyris *Buecheler* fretus et currere *Baehrens* decurrere *olim ego* 17 horrison sortē *P, corr. Burmann* 19 cerula *P* si nat *P* sinat otia [esse] remis *i. e. sinat tuto et lente moveri remos.* 21 pupē *P* 23 (*P fol.* 76 *r.*) par *Buecheler* pars *P* 24 Et *Wernsdorf* Te *P* 25 liceant *P* cursu *Buecheler; potius* tutum *puto* currum *'i. e. navem' Baehrens* 26 portas *P* 27 ꝑmisseris *P* 28 plenas *Meyer* ꝑmu grates *P, corr. Heinsius*

719. *C = Parisinus* 13047 *olim S. Germani* 841 (*Corbeiensis*) *saec. IX f.* 113 *r. Primus ed. Martène* (*Collectio*

Digitized by Google

Omnibus in terris divinum aspirat amorem,
Semper honore pio nomen Natique Patrisque
Ornare et canere paribusque in regna vocari
Auspiciis; huic progeniem virtute futuram
Egregiam, et totum quae legibus occupet orbem.
Ne tamen in terris mortalia pectora turbet
Ignotum numen, Deus aethere missus ab alto
Mortalis visus potuit quantusque videri.
Virgo matura fuit iam plenis nubilis annis,
Cui genus a proavis ingens nomenque decusque.
Intemerata toris — talem se laeta ferebat —
Casta pudicitiam miro servabat amore.
Huic se forma dei (caelo demissus ab alto
Spiritus intus alit) et casto se corpore miscet.
Ante tamen dubiam dictis solatur amicis:
'Alma parens, mundi dominum paritura potentem
(Nam te digna manent generis cunabula sancti),
Vade' ait 'o felix nati pietate, quocumque vocaris
Auspiciis manifesta novis! hic vertitur ordo
Huius in adventu: fides et fama perennis.'
Dixerat: illa pavens, oculos suffusa nitentis,
Suspirans imoque trahens a pectore vocem
Virgo refert: 'haud equidem tali me dignor honore;

ampliss. IX 126) *et inscripsit* De verbi incarnatione. *Huemeri collatione* (*Scriptt. eccles. acad. Vindob.* X 310; *cf. Schenkl. ib.* XVI 615) *utor.* 'Centonem de Christo Vergilianis compaginatum versibus apocryphum' *Gelasius qui a.* 492—496 *papa erat commemorat aut hunc aut c.* 16 (*cf. Mus. Rhen.* 31, 479). *Versibus defuit lima ultima: ex Vergilianis ita consuti sunt, ut iusta hexametri forma nondum adsit, versus* 16 20 22 25 30 58 73 76 78 80 87 107. *Quos emendare labor est irritus.* — *Confer c.* 719ª. 6 huic *add. Schenkl ex Aen. VII* 257 hinc *Martène* progeniemque piam C^1 futura *C* 8 Nec amen *C* 10 qualisque *Aen. II* 591. *num* quandoque? coetusque videre *Ziehen* 11 natura *C* 13 tori *Huemer* 15 dimissus *C* 16 Intulit *Ziehen, sed cf. Aen. VI* 726 et casto se *C* et *del. Martène* 20 *Verg. Aen. III* 480. *Ecl.* 3, 49 (pietate *del. Schenkl*) 25 *Aen.* (*IV* 31) *I* 335

Digitized by Google

Non opis est nostrae nec fas, nec coniugis umquam
Praetendi taedas aut haec in foedera veni.
Sed post iussa Deum nihil est, quod dicta recusem.
Accipio agnoscoque libens: sequor omina tanta
Promissisque Patris exsequar caelestia dona,
Admiranda Dei tantarum munera laudum.'
Panditur interea domus omnipotentis Olympi
Sideream in sedem, terras unde arduus omnis
Aspicit et natum verbis conpellat amicis:
'Nate, meae vires, mea magna potentia solus,
Nate, mihi quem nulla dies ab origine rerum
Dissimilem arguerit, comitem complector in omnis.
Te sine nil altum mens inchoat: omnia mecum
Aeternis regis imperiis; et quidquid ubique est,
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus:
Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens
Aspicit oceanum, vertique regique videbunt.
Quae tibi polliceor (neque est te fallere quicquam),
Haec tibi semper erunt vatum praedicta priorum,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Nascere praeque diem veniens age, lucifer, almum;
Nascere, quo toto surgat gens aurea mundo.
Vnde etiam magnus caelorum nascitur ordo.
Nascere, ut incipiant magni procedere menses,
Ne maneant terris priscae vestigia fraudis,
Prospera venturo laetentur ut omnia saeclo.
Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores:
Aspera tum positis mitescent saecula bellis,
Pacatumque reges patriis virtutibus orbem.'
Haut mora: continuo Patris praecepta facessit,

27 Praetendit aetas *C* 28 Dei *Schenkl* deum *Aen. VI* 461, *C* 30 *Aen. V* 863. *Georg. IV* 1 (*ubi* exsequar). patriis *C* sequar haec *Arevalus* 31 Ammiranda *C* 33 Sideriam *C* 37 Dissimile *C* comitem casus compl. *Aen. IX* 275 40 quaeritur *C* 45 caedit *C* 48 saeclorum *Schenkl* 53 mitescunt *C* 54 pagatumque *C* 57 numine *Martène, cf. Aen. VI* 60

Digitized by Google

Aethere se mittit figitque in virgine vultus,
Nec mortale tuens, afflata est lumine quando
Iam propiore Dei . . nam tempore eodem
Matri longa decem tulerunt fastidia menses,
Et nova progenies mox clara in luce refulsit.
Mox etiam magni processit numinis astrum,
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
. . . . . .
. . . . . .
'Ille dies primus leti primusque salutis
Monstrat iter vobis ad eum; quem semper acerbum,
Semper honoratum cuncti celebrate faventes.
Annua vota tamen noctem non amplius unam
Haut segnes vigilate, viri, dapibusque futuris
Luce palam cumulate piis altaria donis.
Hac vestri maneant in religione nepotes.
Iamque egomet Patris sedes arcemque reviso.
Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
Ore favete omnes et huc advertite mentem.
[Hanc] e diverso sedem quotiens venietis in unam,
Vndique collecti pacem laudate frequentes.
Cogite concilium, coeant in foedera dextrae,
Qua datur pacis solum inviolabile pignus.
Discite iustitiam, aeterna in pace futurae
Concordes animae, si non inrita dicta putatis.
Nulla dies usquam memori vos eximet aevo:
Mortalem eripiam formam, et praemia reddam
Fortunatorum nemorum sedesque beatas.
Non eritis regno indecores, nec vestra feretur
Fama levis, mecum pariter considere regnis.

58 propiora *C*. *Aen. VI* 51. *Georg. I* 483. Dei summi *Schenkl*. 59 mensis *C* *post* 62 *permulta deesse statui*. 64 ad eo *C* aceruum *C* 65 caelebrate *C* 67 Aut signes *C* 73 Hanc *addidi* uenientis *C*. *Aen. II* 716: Hanc e div. s. v. in u. E *olim delevi*. Sedem e diverso *Schenkl* 75 consilium *C* 76 *Aen. XI* 293 *et* 363. 78 *Aen. VI* 827. *X* 244. 79 extimet *C* 80 *Aen. IX* 100.

Digitized by Google

Vrbem quam statuo, vestra est: intrare licebit.
Nusquam abero, et tutos patrio vos limine sistam:
Idem venturos tollemus in astra nepotes.
Quae vero nunc quoque vobis, dum vita manebit,
Praemia digna feram? non vobis numine nostro
Divitis uber agri rerumque opulentia deerit.
Fundit humo facilem victum iustissima tellus
Proventuque onerat sulcos atque horrea vincit,
Floret ager, spumat plenis vindemia labris,
Exuberant fetus ramos frondentis olivae,
Quotque in flore novo pomis se fertilis arbor
Induerit, totidem autumno matura tenebit.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Haec sunt, quae nostra deceat vos voce moneri.
Vivite felices et condita mente tenete.'
Haec ubi dicta dedit, mox sese attollit in auras.
Suspiciens caelum caput inter nubila condit.
Atque ita discedens terris animisque suorum
Concretam exemit labem purumque relinquit
Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Servavere diem, atque haec pia sacra quotannis
Matres atque viri, pueri innuptaeque puellae
Carminibus celebrant paterisque altaria libant.
Ast ego qui cecini magnum et mirabile numen,
Haec eadem gentique meae generique manebunt.

85 auero *C* tuto patri suo l. *C* 87 vobis quoque nunc *conieci* 89 derit *C* 90 homo *C* 91 honerat *C* 93 Exsuperant *Huemer* 94 Quodquae *C* 96 deerunt *sic C* 97 dibus *C* 98 reponit *C* 103 discidens *C* 106 celebratos *C* 107 sagra quodannis *C*. *Aen. VIII* 269 *V* 59. 110 quīs *Ziehen*.

Digitized by Google

719ª

B. M. B. — C. Scr. eccl. V. XVI 609.

[POMPONII]

Versus ad gratiam domini

Inducit duas personas, Meliboeum et Tityrum.

Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi,
Nescio qua praeter solitum dulcedine laetus,
Fortunate senex! hic inter flumina nota
Et fontis sacros deductos dicere versus
Et cantare paras divino carmine, pastor,
Formonsi pecoris custos, formonsior ipse.
TIT. Non incerta cano vatum praedicta priorum.
An quicquam nobis tali sit munere maius?
O Meliboee, deus haec nobis otia fecit.
Namque erit ille mihi semper deus atque hominum rex,
Omnipotens genitor, rerum cui summa potestas;
Quem qui scire velit, divinum aspiret amorem.
Haut ignota loquor, totum quae sparsa per orbem.
Ipsi laetitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes, ipsae iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta: deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris caelumque profundum
Ne dubita — nam vera vides — qui foedere certo
Aeternis regit imperiis et temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras nox incubat atra.
MEL. Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

P = *Palatinus* 1753 *saec. IX—X fol.* 69ʳ. *P*: Pomponii *om.* (*add. Bursian ex Isidoro orig. I* 39, 25: 'Sic . . quidam Pomponius ex eodem poeta (*Vergilio*) inter cetera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit.' *Idem locos Vergilianos apposuit et pleraque emendavit in Nuntiis acad. Monac. XI* (1878 *b*), 29 *sqq. Deest lima ultima v.* 26 34 55 74 89 112 *al.* *P*: Moeliboeum 4 diductus 5 pares 6 pecori 7 Tyt (*sic ubique*) 9 meliboe 13 totumque 19 aeternisq; (q; *erasum*) 20 incumbat (m *eras.*)

Digitized by Google

Namque — fatebor enim — genus a quo principe nostrum,
Audierat Stimicon; laudavit carmina nobis.
Sis felix! nam te maioribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides pro laudibus istis.
TIT. Accipe daque fidem: neque est ignobile carmen.
Maior agit deus atque opera ad maiora remittit.
Vnus qui nobis cunctando restituit rem,
Ille operum custos, hominum rerumque repertor,
Quo sine nil altum mens inchoat, ipse volutat
Quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.
His etenim signis atque haec exempla secuti
Esse animas partem divinae mentis et haustus
Aetherios dixere, quia sit divinitus illis
Ingenium. Quamvis angusti terminus aevi
Terrenique hebetant artus moribundaque membra,
At genus inmortale manet: ne quaere doceri.
Igneus est ollis vigor et caelestis origo,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Has omnis, ubi mille rotam volvere per annos,
Tempora dinumerans deus evocat agmine magno.
Reddunt se totidem facies terraeque dehiscunt;
Sed revocare gradum superasque evadere ad auras,
Hoc virtutis opus, terras temptare repostas
Sidéream in sedem atque alto succedere caelo.
MEL. Tityre, tamne aliquas ad caelum hinc ire putandum est
Sublimis animas iterumque ad tarda reverti
Corpora? nos alia ex aliis in fata vocamur?
Inmortalis ego? pertemptant gaudia pectus,
Si modo quod memoras factum contingere possit.
TIT. Ne dubita, nulla fati quod lege tenetur:
Crede deo — nam vera vides —; sine posse parentem,

23 stimi conlaudabit 26 nec qui est 33 austus
34 Aethereos 39 animas eduxerit (46 iamne *Petschenig*)
48 Corporę[a]

Quod minime reris! fato prudentia maior.
MEL. Credo equidem, nec vana fides. Quis talia demens
Abnuat? et me victusque volensque remitto.
Stultus ego parvis componere magna solebam;
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Vnum oro: doceas iter et sacra ostia pandas,
Quidve sequens tantos possim superare labores.
[TIT.] Dicam equidem nec te suspensum, nate, tenebo,
Et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem.
Aude, hospes, contemnere opes: via prima salutis.
Intemerata fides et mens sibi conscia recti
Praemia digna ferunt; freti pietate per ignem
Invenere viam: requies ea certa laborum.
Invitant croceis halantes floribus horti
Fortunatorum nemorum sedesque beatae
Semper erunt, quorum melior sententia menti:
His locus urbis erit, divini gloria ruris.
Nam qui divitiis soli incubuere repertis,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Ausi omnes immane nefas ausoque potiti
Vrgentur poenis. Quam vellent aethere in alto
Omnia et superas caeli venisse sub auras!
MEL. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?
Non opis est nostrae; nomen tollemus ad astra,
Tityre. Discussae umbrae et lux reddita menti.
[TIT.] Non haec humanis opibus, non arte magistra
Proveniunt: quae sit poteris cognoscere virtus.
Ni refugis, prima repetens ab origine pergam.
MEL. Immo age et a prima dic, hospes, origine nobis:
Accipio agnoscoque libens ut verba parentis.
TIT. Accipe: prisca fides facto, sed fama perennis.

53 Quod m. reris *Verg. Aen.* 6, 97 Quam minime re fato, *deinde spatium quattuor litt.*, prud. m. *P, cf. Georg.* 1, 416. 56 componore magno 57 caedit 58 hostia ne
60 Tit. *om.* 61 Et quocumque 62 contempore 66 alantes 70 reperti 73 uellens 77 TIT 78 TIT *om.* 83 facta

Digitized by Google

Nunc canere incipiam, quoniam convenimus ambo
Montibus in nostris: referunt ad sidera valles.
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Maius opus moveo: laudes et facta parentis.
Nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra
Siderea polus, et nox obscura tenebat.
Tum pater omnipotens, rebus iam luce retectis,
Aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras.
Principio caelum et terras solemque cadentem
Lucentemque globum lunae camposque liquentes,
Noctis iter, stellis numeros et nomina fecit,
Vnde hominum pecudumque genus vitaeque volantum
Et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
Et medium luci atque umbris iam dividit orbem
Temporibusque parem diversis quattuor annum.
Nec torpere gravi passus sua regna veterno
Movit agros, curis acuens mortalia corda,
Vt varias usus meditando extunderet artes.
Hic genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit legemque dedit. dicione tenebat.
Hinc populum late regem aevoque superbum
Venturum excidio docuit post exitus ingens
Victor ab Aurorae populis et litore rubro.
Tunc victu revocant vires, caelestia dona,
Deterior donec paulatim ac decolor aetas
Et belli rabies et amor successit habendi.
Regnorum inmemores turpique cupidine capti!
Tunc variae inludunt pestes: malus abstulit error
Aegyptum viresque Orientis: miranda videntur
Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis.
Quid delubra iuvant simulacraque luce carentum?
Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tempus eget: cum vestra dies volventibus annis

87 Maris 88 aether (*cf. Aen.* 3, 585) 90 luce rectis 97 orbem (em *ex* is) 102 Nec (Hinc *Bursian* Hic *Schenkl*) (112 mira *Schenkl*, *sed cf. Aen.* 8, 687. 1, 494) 113 monstrat et

Digitized by Google

Verba redarguerit, poena commissa luetis.
Quin potius pacem aeternam †et tanti muneris
Cuncti obtestemur? Haec ara tuebitur omnis.
His actis aliud genitor secum ipse volutat.
Quo vitam dedit aeternam, quo mortis adempta est
Condicio, et caelo tandem miseratus ab alto est.
Respicit humanos pietas antiqua labores
Exitiis positura modum, responsa dabantur
Fida satis: manifesta fides secreta parentis.
Ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras
Interpres divum; spirantemque adfore verbis
Seraque terrifici cecinerunt omina vates;
Namque fore inlustrem dictis factisque canebant.
O quam te memorem, virgo? cui mentem animumque
Semine ab aetherio superis concessit ab oris
Omnipotens.'

719ᵇ

[TIBERIANI]

B. M. — B. III 265.

Incipit versus Socratis philosophi.

Aurum quod nigri manes, quod turbida versant
Flumina, quod duris extorsit poena metallis,

118 et tanti muneris *tum spatium* 4 *litt.* *P* et numinis aram *Schenkl* (*ex Aen.* 8, 186) aut certamina tanta *conieci* (*ex Aen.* 4, 98): *certamina i. e. praemia, ἀγωνίσματα*

119 tuebimur 121 aeternam dedit 124 dabuntur 126 haec manifesta fides celeris (*ex v.* 125) *P* ferre iubet *scripsi ex Aen.* 4, 270 127 Interpraes monitum spirantumque *P* divum *scripsi ex Aen.* 4, 378; *de rell. cf.* 8, 304; 10 547. 128 omnia 129 canebat 130 O qua(m te *in ras.*) *P*

719ᵇ. *P* = *Parisinus* 7972 *saec. IX ex., ex quo ed. Holder a.* 1876 *in Novo Archivio I* 415. *H* = *Harleianus* 3685 *s. XV, ex quo tamquam ineditum ed. Baehrens a.* 1877. Tiberianus vir disertus praefectus praetorio Gallias regit *Hieronymus chron. ad a.* 338 *p. C.* De auro *P* In-

Digitized by Google

Aurum, quo pretio reserantur limina Ditis,
Quo Stygii regina poli Proserpina gaudet,
Aurum, quod penetrat thalamos rumpitque pudorem,
Qua ductus saepe inlecebra micat impius ensis . . .
In gremium Danaes non auro fluxit adulter
Mentitus pretio faciem fulvoque veneno?
Non Polydorum hospes saevo necat incitus auro?
Altrix infelix, sub quo custode pericli
Commendas natum? cui regia pignora credis?
Fit tutor pueri, fit custos sanguinis aurum!
Inmitis nidos coluber custodiet ante
Et catulos fetae poterunt servare leaenae.
Sic etiam ut Troiam popularet Dorica pubes,
Aurum causa fuit, pretium dignissima merces.
Infami probro palmam convendit adulter.
Denique cernamus, quos aurum servit in usus.
Auro emitur facinus, pudor almus venditur auro,
Tum patria [at]que parens, leges pietasque fidesque:
Omne nefas auro tegitur, fas proditur auro.
Porro hinc Pactolus, porro fluat et niger Hermus!
Aurum, res gladii, furor amens, ardor avarus,
Te celent semper vada turbida, te vada nigra,
Te tellus mersum premat infera, te sibi nasci
Tartareus cupiat Phlegethon Stygiaeque paludes.

cipit uersus Sogratis philosophi *H* Tiberiani *add. Baehrens ex Servio ad Aen.* 6, 136 'Tiberianus: Aurum . . Ditis' (*v.* 3). 1 uersam *P* 2 extendit *P* poena *H* (*i. e. ad metalla damnati*) po& *P* 3. 4 *in mg. P* 4 dictis *P* tigii *P* regna *H teste Noltio* 5 quo *P* 6 Quo *H* igneus ensis *P* *post* 6 *lacunam statuit R. Oehler* 7—18 *om. P* 7 danais *H* 9 hospis *H* 10 Astrix *H* 12 custus *H* 14 vitulos *Rossberg* fetae *idem* fere *H* 15 et iam utro iã *H* 16 *post* fuit *vel post* merces *lacunam statuunt* 17 Infamem *H* 18 uenit in usum *H*, *corr. Baehrens* 19 enitur *H* facimus, *corr.*, *P* 20—26 *om. P* 20 at *add. Baehrens* 22 huic *H*, *corr. Rossberg* 24 nuda nigra *H*; *cf. Prudentius Psychom.* 94: Te volvant subter vada flammea, te vada nigra 25 nasti (?) *H* 26 flegeton *H*

Digitized by Google

Inter liventes pereat tibi fulgor arenas,
Ne post ad superos redeat famis aurea puros!

719c

B. M. B —

SIDONII subdiaconi
[Lucani Belli civilis]

Argumentum libri secundi

Anxiam [at] interea plebem luctusque dolorque
Inpellunt maestas in caelum fundere voces.
Consilium capiunt una Brutusque Catoque,
Caesaris an partes an Magni signa sequantur.
Sed Caesar veniens adversos proterit armis.
Interea Magnus Campanam tendit ad urbem
Hortaturque suos veneranda voce cohortes,
Destinat et natum, reges ut cogat in arma.
Brundusii portum Caesar munimine claudit,
Pompeiusque fugit perruptis nocte catenis.

Argumentum libri V

B. M. —

Lentulus affatur maerentem voce senatum.
Consulitur dubio Foebi de Marte sacerdos.
Interea multo fessus iam membra labore
Miles deposcit modicae sibi tempora vitae,
Quem solita spernit mentis constantia Caesar.
Inde petit tutus desertae moenia Romae

27 fulgor *P* fuluor *H* 28 Ne *P* Nec *H* fames *P* famis *H, ut Prudentius Psychom.* 479 (*cf. Verg. Aen. III* 57)

719c. *B = Bernensis* 370 *saeculi IX—X, unde edidit Vsener schol. in Lucan. t. I p.* 47. Incpt Argumentum libri secundi. Sidonius subdiac̃ fuit (*i. e.* fecit) *B* 1 Anxius *Vsener* at *addidi* 5 poterit *sed corr. B* 6 tandit *B* 7 coorthes *sed corr. B*

Ex B ed. Vsener l. c. p. 151. 16 inde pediturus *B*

Digitized by Google

Brundusiumque celer tenuitque Ceraunia velis.
Hinc fatis fretus parvam conscendere puppem
Ausus per noctem solo comitatus Amicla.
Corneliam Magno tutatur insula Lesbos.

B. M. B. —
C. E. V. XVI 568.

719d (*olim* 735)

Romulidum ductor, clari lux altera solis,
Eoa qui regna regis moderamine iusto,
Spes orbis fratrisque decus: dignare Maronem
Mutatum in melius divino agnoscere sensu,
Scribendum famulo qui iusseras. hic tibi mundi
Principium formamque poli hominemque creatum
Expediet limo, hic Christi proferet ortum,
Insidias regis, magorum praemia, doctos
Discipulos pelagique minas gressumque per aequor:
Hic fractum famulare iugum vitamque reductam
Vnius crucis auxilio, reditumque sepultae
Mortis et ascensum pariter sua regna petentis.
Haec relegas servesque diu tradasque minori
Arcadio, haec ille suo generi; haec tua semper
Accipiat doceatque suos augusta propago.

17 tenuit quae *B* 18 pupem *B* 19 amiclã 20 tutatast *dubitans cl. u.* 15 *Vsener.*

719d. *C* = *Augiensis* 217 *nunc Caroliruhensis s. IX—X.* *T* = *Turicensis bibl. urb. C* 68 *s. X.* *B* = *Antverpiensis* 126 *s. X* (*Mus. rhen.* 56, 263). *M* = *Monac.* 18628 *s. X—XI.* *A* = *Angelicanus V* 3, 22 *s. XI, quem contuli. Est et in recentioribus. De centone Vergiliano ad Theodosium misso agitur. Solum C plene adnotabo.* Incipit liber cento Prob(a)e *CT; sine titulo M.* Versus in capite Sedulii scribendi *A.* Versus de Sedulio in fine libelli *B.* Dedicatio ad Theodosium Augustum *vulgo.* 1 Romulei *Laur.* 23, 15 2 regis *CT*]tenes *MA* tenens *B* 4 sensum *CT* 5 qui iusserat *CT* 7 Expediat *sed corr. C* proferat *A* proferre *CT* 10 factum *CT, corr. Buecheler* fructum *MAB* fructu *Ziehen* (*sc. crucis*) 11 deditumque *CT* 14 semini *libri* generi *edd.* 15 que *om. CT*

Digitized by Google

719e (*olim* 910)

B. M. B. —

Quod natum Phoebus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon
A genitore suo, qui quondam versus in anguem
Templa Palatinae subiit sublimia Romae:
Quod Cous docuit senior quodque Abdera suasit,
Quod logos aut methodos simplexque empirica pangit:
Hoc liber iste tenet diverso e dogmate sumptum.
Namque salutiferas disponit pagina curas.
Istic repperies per nomina perque medellas
Descriptas species et pondera mensurarum
Congrua, quae sapiens sumes moderamine certo.
Ne fallare, vide, neu quae sunt parta saluti
Vertat in exitium non sollers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempore proque labore
Aetatisque habitu summa ratione paratos,
Gramine seu malis aegro praestare medellam
Carmine seu potius: namque est res certa saluti
Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.
Quae curis hominum physicorum inventa pararunt,
Quaeque suis natura bonis terraque marique
Edidit, illa suis altrix simul atque creatrix
Fetibus omnigenis, quos parturit, ergo salubres

719e. *C* = *Parisinus* 6880 *s. IX—X fol.* 150*r. post Marcellum Empiricum. c* = *Cornarii* (*qui ed. pr. a.* 1536) *coniecturae in margine positae. A* = *Arundelianus* 166 *s. X—XI. Utrumque contulit H. Schoene mihique lectionem benigne concessit.* Ad lectorem *A*; *inscr. om. C.* Marcello *ipsi Pithoeus,* Vindiciano *Barthius hos versus tribuit, sed falso; praemissis enim hisce* 'Versiculis quoque lusimus .. quod opusculum in infima parte huius codicis collocavi, et ut sermone nostro opera haec claudantur, et nugas nostras multiplex foliorum celet obiectus' *ad scribam codicis alicuius Marcelliani versiculi referuntur.* 1 chiro *CA* -on *c* 3 condam *CA* 5 chous *C. Hippocratem et Democritum dicit.* 6 locos aut mediodos *A* 7 docm. *A* 12 uidé *A* 15 paratus *CA* 17 salutis *Buecheler* 19 pararint *CA*, -unt *Pithoeus* 21 adq; (*sic* 38. 51) *A*

Digitized by Google

Suggerit inpensas ponto et tellure creatas,
Angue, fera, pecude et fruge, alite, murice, pisce,
Lacte, mero, pomis, lymphis, sale, melle et olivo,
Sucis, unguinibns, taedis, pice, sulfure, cera,
Polline, farre, fabis, lino, scobe, vellere, cornu,
Bacis et balanis, lignis, carbone, favilla,
Floribus et variis herbis, holere atque metallis,
Sandyce et creta, spimitho, pumice, gypso,
Cadmia, chalciti, chalcantho, calce, †camino,
Cassitero †molli, lepide, cypro atque atramento.
Prome etiam (seu tunde prius seu contere gyro),
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria siccum,
Alia serpyllumque, herbas thymbramque salubrem
Brassicaque et raphanos ac longis intiba fibris
Et mentam et sinapi coriandrum prototomumque,
Erucam atque apium, malvam betamque salubrem
Rutamque et nasturcum et amara absinthia misce,
Puleiumque potens nec non et lene cyminum.
Palmula nec desint Idumes nec pruna Damasci,
Quae cum multiplici contriveris orbe terendo,
In patinis excocta dabis aut grandibus ollis
(Verum adoperta) coques, ne fumida iura saporem
Corruptum reddant, quae mox fastidiat aeger.
Adde et aromaticas species, quas mittit Eous,

29 harbis, *corr.*, *A* 30 et] cum *Constantinus* spimitho *CA*, *cf. Plinius NH* 34, 175, (*ubi* psimythium, *sed cf. v.* 56) cypso *A*. 31 chalcite *CA* calcantho *CA* (*cf. Plinius* 34, 117; 123) (calx *Plinius* 36, 174) cumino *Constantinus*. chalco et adusto *c* 32 lepido *CA* lepide *Cornarius* (lepis *Plin.* 34, 107) cupro *Const.* cypro *CA* cyprio *c* atrameto *A* 33 cyro *A* 34 ł q *C* 35 serpyllum *c*, *Plin.* 20, 245, serpullum *CA* ty. *CA* thy. *Plin.* 19, 165 36 rafanos *A* intubus *Plin.* 19, 129 37 senapi *CA* 39 que *c*, *om. CA* nasr̃cū *A* 41 Idumes *c* odymes *C* edymes *A* 42 contriris *CA* 43 excosta *C* 44 adaperta *Tornaesius* 45 quem *Buecheler* 46 Eus *A*

Digitized by Google

Vel quae Iudaicis fragrant bene condita capsis,
Tus, costum, folium, myrram, styracem, crocomagma,
Aspalathum, gallam, elleborum nigrumque bitumen
Et nardum et casias et amoma et cinnama rara,
Balsama, peucedanum, spicam, crocum atque bidellam,
Irim, castoreum, scillam, opium, panaceam,
Resinam, lepidum, euforbium, git atque pyretrum
Zingiber et calidum, mordax piper, et laser algens,
Agaricum, asarumque potens, aloen, aconitum,
Galbana, sandaracam, samsucum, sporon, alumen,
Acaciam, propolen, adarchen, cnicon, acanthum,
Andrachnen, acoron, opopanaca, pompholygemque,
Cyperum, ladanum, sagapenon et tragacanthon,
Scammoniam, †cypen, malabathron, ammoniacon.
Denique repperies istic, quod lucis in ortu
Indus Arabs Serus Perses divesque Sabaeus
Vicino sub sole legunt, quod praebet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virga,
Quodque ab Idumaeis vectum seplasia vendunt
Et quidquid confert medicis Lagea cataplus.
Haec quicumque leges, poteris discernere tecum
Agnoscenda magis sive exercenda rearis.

47 iudaĕcis *A* flagrant *CA, corr. c* 48 storacem (?) *A* 49 Aspaltum *CA* -athos *Plin.* 12, 110 *al.* bitū *A* 51 crocon *Burmann,* sed o *producta est.* bdellium *Plin.* 12, 35 52 scillamque *c* 53 euforbium *C* euforbū *A* euphorbeum *Plin.* 25, 143 55 agaricumque *c* 56 sandaracū *A* (-aca *Plin.* 35, 39 *al.*) psoricon *c*, *Plin.* 34, 119 sporon *CA* (sp- *pro* ps- *ut v.* 30) 57 propolimque et *c* (propolis *Plin.* 22, 107 *al.*). *Num* prōpōlin? adarcia *Plin.* 16, 157. cicnon *CA* cnicon *c*, cnecon *Plin.* 21, 90 *al.* 58 acoronque *c* ponpholoumque *CA* -lygem *c*, *Plin.* 30, 69 *al.* 59 sagapenonque et *c* trag. *A*] rag. *C* 60 cepam *c* cyphi *Helmreich* 62 seres *c* persiš *C* 63 orontis *A* 65 roma *A* 66 edymiis *CA, corr. c* 67 lalagea *CA* Lagaea *Salmasius, i. e. Aegyptia* cataplu *A* 69 seu *CA*

Digitized by Google

Quisque tamen nostrum hoc studium dignabere, quaeso
Praestes iudicium purum mentemque benignam.
Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore
Et peragas placidam per multa decennia vitam.
Sic non incuses validam placidamque senectam
Nec tibi sit medicis opus umquam nec tibi casus
Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem,
Sed procul a curis et sano corpore vivas,
Quotque hic sunt versus, tot agant tua tempora Ianos.

74 placitamque *CA* 78 Qđq; *A* Ianos *i. annos Auson. ep.* 20, 13. Explicit *C*

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM SAECVLI X

719ᶠ

OCTAVIANI AVGVSTI

B. M. —
B. IV 111.

Convivae, tetricas hodie secludite curas:
Ne maculent niveum nubila corda diem.
Omnia sollicitae vertantur murmura mentis,
Vt vacet indomitum pectus amicitiae.
Non semper gaudere licet: fugit hora: iocemur.
Difficile est fatis subripuisse diem.

720

Ponticon

B. V. 113. M. 234.
B. III 172.

Tethya marmoreo fecundam pandere ponto
Et salis aequoreas spirantis mole catervas,
Quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris,
Coeptantem, Venus alma, fove, quae semine caeli

719ᶠ. Octā aug̃. *Bernensis* 109 *saec. X, qui fol.* 136 *carmen maiore ex parte notis Tironianis scriptum continet: unde primus ed. H. Hagen mus. rhen.* 35, 569. 2 nubila *Hagen* nebula *codex.* 6 Fatis *Hagen progr. Bern.* 1880 *p.* 8.

720. *A* = *Parisinus* 6810 *saec. X, sine titulo, liber unus omnium optimus. Reliquos raro afferam: Parisinos* 8319 *et* 4873 (*fol.* 129) *s. XI,* 6831 *s. X, Matritensem X* 28 *s. XIII, alios. Ex A fluxere Vatic.* 1478 *et Augustodun.* 39. Versus peracti operis 6831. Item C. Iulii Solini poliistor ponticon 4873, *Matrit.; om.* 8319. Item Gai Iulii Solini siue garamanti ponticon *Vaticanus* 1478. *Cf. Bonnet Ann. philol.* 1877, 272; *Buecheler Mus. rh.* 51, 325 (*qui* Poeticon); *inprimis Th. Mommseni Solinus.* 1 Tithya *A* 2 spiratis *A* spirantis *reliqui* molle *Salmasius* mole *libri* 4 Caeli *Buecheler pro* caeli

Digitized by

Parturiente salo divini germinis aestu,
Spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,
Nasceris e pelago, placido dea prosata mundo!
Nam cum prima foret rebus natura creandis
In foedus conexa suum, ne staret inerti
Machina mole vacans, tibi primum candidus aether
Astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.
Te fecunda sinu Tellus amplexa resedit
Ponderibus fundata suis, elementaque iussa
Aeternas servare vices. tu fetibus auges
Cuncta suis, totus pariter tibi parturit orbis.
Quare, diva, precor, quoniam tua munera parvo
Ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios et numine laeta sereno
Pierias age pande vias. da Nerea molli
Pacatum gaudere freto votisque litata
Fac saltem primas pelagi libemus harenas.
Vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu
. . . . . .

B. II 188. M. 859.
B. IV 177.

720ª (*olim* 874)

Pastorum Musam vario certamine promit.
Ruris item docili culturam carmine monstrat.

6 purpurei—profundi *Lindenbrog* 8 creandis *Salmasius* profundis *libri* ferundis *Baehrens* (*cl. Georg.* 2, 178). 11 gemmavit *quasi 'gemmis ornavit.'* 13 fundata *A* librata *reliqui ex Ovid. met. I* 13. 14 Aetherias *libri corr. Barth* augens *libri* 18 Dextera *libri*, Dextra *Mommsen* 21 *cf. Ovid. Halieut.* 83 *sq.* 22 cytu *libri Ex hoc c. desumpti esse possunt versus* 'cuiusdam poetae illorum' *apud Augustinum De doctrina christiana III* 7 *et apud Isidorum Etym. I* 36, 4 *extantes hi:*

> Tu, Neptune pater, cui tempora cana crepanti
> Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
> Profluit oceanus, et flumina crinibus errant

720ª. *P* = *Palatinus* 487 *saec. X inter c.* 674ª *et* 495, *continet v.* 1—6. *b* = *Musei Britann. Add.* 16562, *scriptus*

Digitized by Google

Arboribus vites, prolem et iungit olivae
Pastorumque Palen et curam tradit equorum;
Tunc apium seriem, mellis et dona recenset.
Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.
Continuo series narratur Troica belli.
Tertius et complet narrantis †ordine gesta.
Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
Quintus habet tumuli varia spectacula patris.
Infernos Manes et Ditis regna pererrat.
Aeneas Latium, Italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum et Nisum deflet cum matre iuventus.
†Pallantis exitium et Turni deluditur orsus
Euanderque simul multorum funera deflet.
Turni vita fugit infernas maesta sub umbras.

720ᵇ (*olim* 765)

Versus DAMASI papae . B. M. B. —

Ad quendam fratrem corripiendum

Tityre, tu fido recubans sub tegmine Christi
Divinos apices sacro modularis in ore,

a. 1460. *Pb notabo. Est in Basileensi F III* 3 *post a.* 1471 *scripto. r = ed. pr.* 1469. *Titulum om. P.* Argumentum generale totius poematis P. V. Maronis *b* 2 docilis *b* 3 et *P* quoque *b* (et prolem *Baehrens*) 4 palē *P* palem *b* 5 Tum *b* 6 horas *P qui hic desinit.* 7 convivio *r* 8 in ordine *Aldina* 9 suppremū *b* 10 vana *b* varia *r* 11 Infernosque *br* ditis manes et regna *br, corr. Schrader* 12 In Latium Aeneas *vulgo* A. Italas, Latii *s. Opitz* 13 tecti de *r* et belli *b* 15 pallanti *r* 16 que *b*] urbeque *r. Post* 16 *duo interpolati in r*: Mezenti interitus canitur: post funera Lausi, Vlta (Volsca *L. Mueller* Victa *H. J. Mueller*) que dehinc fertur telo mactata Camilla. —

720ᵇ. *Sic inscr. Angelicanus V* 3, 22 *s. XI; om. E = Einsidlensis* 326 *s. X.* Damasi pape *Cheltenhamensis* 21162 *s. X*
1 *cf. Verg. Ecl.* 1, 1. 1 Tytire *Ang.*

Digitized by Google

Non falsas fabulas studio meditaris inani.
Illis nam capitur felicis gloria vitae,
Istis succedent poenae sine fine perennes.
Vnde cave, frater, vanis te subdere curis,
Inferni rapiant miserum ne tartara taetri.
Quin potius sacras animo spirare memento
Scripturas, dapibus satiant quae pectora castis.
Te Domini salvum conservet gratia semper!

B. IV 206. M. 1163.
B. III 270.

721

Vivere post obitum vatem vis nosse, viator?
Quod legis, ecce loquor: vox tua nempe mea est.

B. IV 206. M. 1318.
B. III 270.

722

Nymphius aeterno devinctus membra sopore
Hic situs est, caelo mens pia perfruitur.
Mens videt astra, quies tumuli conplectitur artus,
Calcavit tristes sancta fides tenebras.
Te tua pro meritis virtutis ad astra vehebat
Intuleratque alto debita fama polo.

5 pene . . perhennes 9 saciant *Ang.* 3 falsas non *E* 9 faciant *E*

721. *A Paulo Diacono àffertur Mig.* 95, 1531. — *Possidius in vita S. Augustini c.* 31: In his (*sc. libris suis*) semper vivere a fidelibus invenitur. Iuxta quod etiam quidam saecularium poeta, iubens quo sibi tumulum mortuo in aggere publico locarent, [pro] epigrammate finxit dicens: Vivere . . mea. *Hinc perperam* Versus super tumulum sc̄. Augustini epi quos ipse dictavit *Pa*(*risinus* 2773 *s. XI*) *fol.* 110 *v. Titulo caret P*(*arisinus* 4841 *s. X*) *fol.* 32.
1 uates *P, Regin.* 421 *s. XI.* tu nosce *Pa* 2 est *om. Poss.*

722. *Epitaphium in P*(*arisino* 4841) *cum* 721 *cohaeret; rectissime* (*nam* Nymphius *non erat* vates) *seiunxit Pithoeus.*
In museo Tolosae extare De Rossi II 1, 277 *dicit: non tamen est in CIL XII nec in AL Ep. Buecheleri*
1 Nimphius *P* 5 meritus *P* 6 Intularatque *P*

Digitized by Google

Immortalis eris, nam multa laude vigebit
Vivax venturos gloria per populos.
Te coluit proprium provincia cuncta parentem,
Optabant vitam publica vota tuam.
Exeruere tuo quondam data munera sumptu
Plaudentis populi gaudia per cuneos.
Concilium procerum per te patria alma vocavit
Seque tuo duxit sanctius ore loqui.
Publicus orbatas modo luctus conficit urbes
Confusique sedent, anxia turba, patres,
Vt capite erepto torpentia membra rigescunt,
Vt grex amisso principe maeret iners.
Parva tibi, coniux, magni solacia luctus
Hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
Haec individui semper comes addita fulcri
Vnanimam tibi se lustra per octo dedit.
Dulcis vita fuit tecum: comes anxia lucem
Aeternam sperans hanc cupit esse brevem.

723
CLAVDII
De luna

B. V 15. M. 556.
B. III 163.

Luna decus mundi, magni pars maxima caeli,
Luna iugum Solis, splendor vagus, ignis et humor,
Luna parens mensum numerosa prole renascens!

10 obtabant *P* 11 Exciuere *Baehrens.* 16 ancxia *P* 18 inhers *P* 19 solatia *P* 21 *cf. Damasi epigr.* 107, 9 fulchri *P* 22 hocto *P* 23 ancxia lucę *P* D. M. FIL ʃ *P m. pr. in imo paginae margine*

723. *In eodem P fol.* 92 *v. post Bedae Orthographiam, ante* '*Epytaphium Adelelmi*' *et Alcuini, Bedae, Clementis carmina.* Ex V[etere] c[odice] Alcuini uet. et Clementis *in Burmanni schedis Heidelbergensibus additum est.* Carmen Claudii de luna *P* Ad Lunam *Baehrens.* 2 iugum *i. e. consors, coniunctus.* vagus *Buecheler* uas *P* vis *Haupt, ego olim* humor: *cf. c.* 200, 20 3 numerus a sole *P, corr. Buecheler*

Digitized by

Tu biiugos stellante polo sub Sole gubernas,
Te redeunte dies fraternas colligit horas,
Te pater Oceanus renovato respicit axe,
Te spirant terrae, tu vinclis Tartara cingis,
Tu sistro renovas brumam, tu cymbala quassas,
Isis, Luna, †Choris, Caelestis Iuno, Cybebe!
Alternis tu nomen agis sub mense diebus
Et rursum renovas alterni lumina mensis.
Tunc minor es, cum plena venis; tunc plena resurgens,
Cum minor es: crescis semper, cum deficis orbe.
Huc ades et nostris precibus dea blandior esto
Luciferisque iugis concordes siste iuvencas,
Vt volvat Fortuna rotam, qua prospera currant.

B. M. B. —

723ª

Dalmatiane, iugi, Caesar, quem terra triumpho
Excolit imperium cuncta tremendo tuum,
Auribus hunc audi sacris oculisque beatis
Aspice gestantem pessima facta librum.
Hoc tibi sit votum: laus perpes, sacra potestas,

4 Ast ubi iugo *P* Tu *ego* biiugos *Buecheler* sub *ut Aen. V* 322 (post) 6 axe (*i. e. curru, cursu*) *Pithoeus* axa *P* amne *Baehrens* 8 renouans *P* r.⁻*est: quotannis celebras* 9 Issis *P* choris *P* Ceres *Buecheler et Haupt, fort. recte* Core *Loewe* cibile *P* 10 submersa *conicio* sub mense *P* v. 10 *de nova luna* 11 *de plena luna videtur agi paulo obscurius* 12 *num* resurgis? 14 uestris *P* 15 iuuer//os *P ex parte evanidum, corr. Pithoeus* 16 Et *Pithoeus*

723ª. *V* = *Veronensis LX* (58) *fol.* 36ᵛ *saec. X* (*in reliquis partibus s. VIII*), *ex quo ed. Ballerini in ed. S. Leonis a.* 1757 *III p. LXIV, meumque in usum transcripsit Antonius Spagnolo bibliothecae capitularis praefectus. Versificator interdum balbutit.* Dalmatianus *ignotus* Caesar *erat nescio cuius* Augusti (*v.* 27) *intra annos* 451 (v. 19) *et* 553, *quo proximum habebatur concilium.* 1 Dalmaciane *V* 4 pessima facta *haereses sunt.*

Digitized by Google

Ecclesiae sanctae iura tenendo sacra.
Ipsius Augusto sulcando vomere sulcos
Constantinus eris maior in imperio.
Ast ubi vel quando synodos complectere sacras
Malebant, proprio hoc erat in libitu.
Tempora praeteritis retro defluxa diebus
Testantur, divos has peregisse solos.
Ad quas papa †suos currebat et ipse Romanus,
Transmiserat quorum iussa tenendo sacra.
Hoc Nicena canit quoque Constantinus in ipsa,
Effulsit divus papa simul Iulius.
Arrius hac cecidit tanto librante magistro,
A qua sancta caput traxit amore fides.
Calcedona sequens hanc Marcianus et auctor
Testatur feriens Eutychiana labra.
Non tacet hoc divo fulgens Ephesena tropheo,
Theodosii calcans dogmata Nestorii.
.. mana †deinde hoc pandunt iura per orbem
Legibus extensa prorsus utrisque sacra.
[Quod]si cuncta canunt synodi per dogmata sacrae,
Condecet illarum vos retinere ritum.
Non minor Augustus, minor est tibi neque potestas,
Nec tibi dissimilis imperialis apex.
Bissona nec absunt vobis librata talenta,
Velle sit aut posse alterius proprium.
Sentiat inde dei gaudens plebs incrementum,
Polleat et vestro tempore sancta fides.
His valitura bonis vestro libramine, Caesar,
Saecula perpetuum dent tibi cuncta melos.

6 Ecctae *V* 7 Ispsius *V* 13 suos currebant *V* 15 *Synodus Nicena a.* 325. 16 diuus ī papa *V* 17 hac *sic V* 19 Calcedona *V*. *Synodus Chalcedonia a.* 451. 20 eutichiana *V* 21 *Synodus Ephesena a.* 431. *Ergone v.* 21 *sq. ante v.* 19 *ponendi sunt?* 13 /// mana deinch. *V* 25 /// si *V* Quod *addidi* 27 Augusto es *conieci* 28 disimilis *V* 29 (Bissena *Ballerini*) 30 *sic V* 31 dī *V* plobs *V*

Digitized by Google

B. V 115. M. 274.
B. V 84.

724

Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur,
Aequora quo, montes, fluvii, portus, freta et urbes
Signantur, cunctis ut sit cognoscere promptum,
Quicquid ubique latet, clemens genus, inclita proles,
Ac per saecla pius, totus quem vix capit orbis,
Theodosius princeps venerando iussit ab ore
Confici, ter quinis aperit cum fascibus annum.
Supplices hoc famuli, dum scribit, pingit et alter,
Mensibus exiguis, veterum monimenta secuti,
In melius reparamus opus culpamque priorem
Tollimus ac totum breviter comprendimus orbem:
Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, princeps.

725

B. M. — B. III 60.

THAMYRA. LADAS. MIDA.

TH. Te, formose Mida, iamdudum nostra requirunt
Iurgia: da vacuam pueris certantibus aurem.
MI. Haud moror, et casti nemoris secreta voluptas

724. Mensuratio orbis terrae finit. Duodecim uersus praedictorum missorum de imperante Theodosio hoc opus fieri incipiunt. Hoc opus *sqq. codex Parisinus* 4806 (*P*) *saec X fol.* 28 *r. post Dicuilem de mensura orbis terrae. cf. Dicuil. p.* 3 *ed. Walckenaer. Scriptum est a.* 435. 2 freta portus *Pithoeus* 7 Conficier *Pithoeus* ter] tur *B*(*arberinianus* 9, 26 *s. XVI*) fastibus *Meermann* 10 reparemus *PB* priorem *PB* priorum *Meyer* 11 tullimus *PB* comprehendimus *PB* 'Non debet mirari quod in primo loco septimi et octaui uersus istorum amphimachrus scriptus est; qm ut reor non inperitia sed auctoritate aliorum poetarum (est factum *addidi*) et maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulauit Sedulius, qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt' *P.*

725 726. *E* = *Einsidlensis* 266 *saec. X p.* 206 *sq. Primus ed. H. Hagen Philol.* 28, 338; *qui quae emendavit multa, nomine non signavi.* '*Làudes Neronis*' *recte dicit Peiper (progr. gymnasii Magd. Vratislav.* 1870 *p.* 29 *sqq.) cf. et Knickenberg Herm.* 27, 144. *Cf. Dio* 61, 20.

725. Thamira *E.* 1 formosa *E* 2 Iuria dam *E, corr. Hagen* 3 casti *Baehrens* cusu *E*

Digitized by Google

Invitat calamos: imponite lusibus artem.
TH. Praemia si cessant, artis fiducia muta est.
LA. Sed nostram durare fidem duo pignora cogent:
Vel caper ille, nota frontem qui pingitur alba,
Vel levis haec et mobilibus circumdata bullis
Fistula, silvicolae munus memorabile Fauni.
TH. Sive caprum mavis vel Fauni ponere munus,
Elige utrum perdas; et erit, puto, certius omen
Fistula: damnato iam nunc pro pignore certas.
LA. Quid iuvat insanis lucem consumere verbis?
Iudicis e gremio victoris gloria surgat.
TH. Praeda mea est, quia Caesareas me dicere laudes
Mens iubet: huic semper debetur palma labori.
LA. Et me sidereo †corrumpit Cynthius ore
Laudatamque chelyn iussit variare canendo,
Carmine ceu virgo furit et canit ore coacto.
MI. Pergite io, pueri, promissum reddere carmen.
Sic vos cantantes deus adiuvet! Incipe, Lada,
Tu prior, alternus Thamyras imponet honorem.
LA. Maxime divorum caelique aeterna potestas,
Seu tibi, Phoebe, placet temptare loquentia fila
Et citharae modulis primordia iungere mundi
(Fas mihi sit vidisse deos, fas prodere †mundum):

5 LA, 6 TH, 10 LA, 12 TH *Ribbeck* 5 nulla est *Hagen. artis fiducia est ars sibi fidens.* 7 notam *et* albam *E, corr. Hagen* 8 †et ex nobilibus *E* 9 Fistȳla *E* munus et *E* venerabile *Baehrens* 11 set *Baehrens* omne *E. interpunxit Baehrens* 12 *sic interpunxi.* clam nato *E* empta est *E* certas *scripsi* dempta est *Schmitz*, prompta est *Peiper.* 17 corrumpit *E*, concussit *puto* percussit *Hagen* †cintius tincius *E* 18 celin *E* 25 *post* 18 *transposui* Carmine ceu *Ribbeck* Carminibus *E. cf. Verg. Aen. VI* 77—80. *Lacunas varie statuere versusve transposuere docti.* 21 alternis *Hagen* tamyras imponit *E* -net *Baehrens* 22 caeli *Hagen* cęteri *E* 23 temtare *Peiper* emitare *E* 24 citare *E* 23 TH *et* 26 LA *E, del. Hagen* 26 *num* divum? mundo *Hagen*

Digitized by Google

Seu caeli mens illa fuit seu solis imago,
Dignus utroque stetit [deus] ostro clarus et auro
Intonuitque manu. Talis divina potestas,
Quae genuit mundum septemque intexuit orbis
Artificis zonas et totum miscet amore:
Talis Phoebus erat, cum laetus caede draconis
Docta repercusso generavit carmina plectro.
Caelestes ulli si sunt, hac voce locuntur!
Venerat ad modulos doctarum turba sororum
. . . . . .
TH. Huc huc Pierides volucri concedite saltu:
Hic Heliconis opes florent, hic vester Apollo est!
Tu quoque, Troia, sacros cineres ad sidera tolle
Atque Agamemnoniis opus hoc ostende Mycenis.
Iam tanti cecidisse fuit! gaudete ruinae
Et laudate rogos: vester vos tollit alumnus.
. . . . . plurima barba
Albaque caesaries pleno radiabat honore.
Ergo ut divinis implevit vocibus auras,
Candida flaventi distinxit tempora vitta
Caesareumque caput merito velavit amictu.
Haud procul Iliaco quondam non segnior ore
Stabat et ipsa suas delebat Mantua cartas. . . .

28 utraque *Peiper* deus *add. Peiper*, Nero stetit *Buecheler*, simul *Knickenberg* 30 oris *E*. *De septem caelis cf. Dracont. de Deo I* 5. 31 totum *scripsi* toto *E* Amorem *Stowasser* 35 sonarum *E* 36 *cf. c.* 672, 29. contendite *Stowasser* 37 eliconis *E* 38 Tum *E* sacres, *sed corr*, *E* 39 -onis *E* 40 *Halosis Ilii erat pars Troicorum Neronis* 42 *et partim* 43 *bibliopegi incuria deleti sunt.* *Post* 41 *versum* 35, *tum* Venerat en et Maeonides, cui plurima barba *Baehrens haud male* 44 aures *E* auras *Hagen* 45 discinxit *Hagen* 46 velavit *Peiper* (*i. e. Homerus Neronem*) celabit *E* 47. 48 *i. e. Vergilius, poeta quondam Homero par, sua carmina ut Neronianis minora delebat. post* 48 *Midae iudicium deesse vidit Hagen. Utrum enim Ladas Neronem cantorem cum Apolline an Thamyras Neronem poetam cum Homero melius comparavit?*

Digitized by Google

726

B. M. —
B. III 63.

GLYCERANVS. MYSTES.

GL. Quid tacitus Mystes? MY. Curae mea gaudia turbant,
Cura dapes sequitur, magis inter pocula surgit
Et gravis anxietas laetis incumbere gaudet.
GL. Non satis accipio. MY. Nec me iuvat omnia fari.
GL. Forsitan imposuit pecori lupus? MY. Haud timet hostes
Turba canum vigilans. GL. Vigiles quoque somnus obumbrat.
MY. Altius est, Glycerane, aliquid, non hoc, pater; erras.
GL. Atquin turbari sine ventis non solet aequor.
MY. Quod minime reris, satias mea gaudia vexat.
GL. Deliciae somnusque solent adamare querellas.
MY. Ergo si causas curarum scire laboras —
GL. Quae spargit ramos, tremula nos vestiet umbra
Vlmus, et in tenero corpus submittere prato
Herba iubet: tu dic, quae sit tibi causa tacendi.
MY. Cernis ut adtrito diffusus caespite pagus
Annua vota ferat sollemnisque imbuat aras?
Spirant templa mero, resonant cava tympana palmis,
Maenalides teneras ducunt per sacra choreas,
Tibia laeta canit, pendet sacer hircus ab ulmo
Et iam nudatis cervicibus exuit exta.
Ergo non dubio pugnant discrimine nati:

726. *Brevi post a.* 54 *scriptum: Ziehen.* Gliceranus *E* 1 Quid tacitus *incipit Calpurn. Ecl.* 4, 1. 2 magis] metus *Loewe* 6 sonus *E* 7 gliceranę *E* 7 hoc *scripsi*: non *E* quod patet *Baehrens* 10 diliciae *E* 11 labores *E* 12 GL *ex v.* 13 *transposuit Baehrens* 13 Ulmus, et in *Buecheler*. Uetimus et *E* summittere *E* 15 caespite pagus *Baehrens* cortice fagus *E* (*cf. Verg. georg.* 4, 12) 16 inbuet *E, em. Hagen* 18 Minalides (ae *supra* i) *E* 19 Tybia *E* 20 extra (u *supra* ex) to *E* 21 non (*i. e. non iam*) *Hagen* num dubie *E*; 21 *post* 31 *transponere malim.*

Digitized by Google

Et negat huic aevo stolidum pecus aurea regna?
Saturni rediere dies Astraeaque virgo,
Totaque in antiquos redierunt saecula mores.
Condit securus tuta spe messor aristas,
Languescit senio Bacchus, pecus errat in herba.
Nec gladio metimus nec clausis oppida muris
Bella tacenda parant, nullo iam noxia partu
Femina quaecumque est hostem parit. arva iuventus
Nuda fodit tardoque puer domifactus aratro
Miratur patriis pendentem sedibus ensem.
Sed procul a nobis infelix gloria Sullae
Trinaque tempestas, moriens cum Roma supremas
Desperavit [opes] et Martia vendidit arma.
Nunc tellus inculta novos parit ubere fetus,
Nunc ratibus tutis fera non irascitur unda,
Mordent frena tigres, subeunt iuga saeva leones.
Casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo!

B. V 121. M. 1061.
B. V 370.

[727]

[Quadam nocte Niger dux nomine, Candidus alter
Forte subintrarunt unica tecta simul *sqq.*]

22 solidum *E* 23 rediere dies redit astrea certos *E*, *em. Hagen. rediit iustitia* (*Ov. met. I* 150) 24 Tutaque *Baehrens* 25 securas *E* tuta *scripsi* tota *E* 26 bacus *E* 27 opida *E* 31 ensem (*supra scr.* † errat) *E* 32 Est *Baehrens* sillę *E* 33 tempesta *E* 34 desperabit *E* opes *add. Peiper* vendidit *i. e. tradidit externae feminae, Cleopatrae* 35 foetus *E* 36 tygres *E* 37 subient *E*, *em. Peiper* 38 Caste *E. est Vergilii ecl.* 4, 10 *Ad Octaviam et Neronem trahit Ziehen.* Finit *E.*

727. *Hos* 28 *versus olim recepi, nunc omitto. Nam et per se medii aevi videntur esse, et in Parisino* 7899 *saec. IX fol.* 176ᵛ *v.* 15—22 *sic inscripti sunt:* Berno istos conposuit versus (*alius scilicet atque Berno abbas Reichenaugiensis, mortuus a.* 1028). *cf. Froehner Philol. suppl.* 5, 69. Item alius metro eroico *Matritensis* 14, 22 *s. IX—X.* Thomae Scotti *imitatio extat* (*ann. philol.* 119, 207).

Digitized by Google

728

Versus ad puellam

B III 272. M. 1009
B IV 443.

Candida iam nostris aptentur colla lacertis,
Suspenso maneat poplite noster amor,
Lusibus optatis noctis luctemur in umbris,
Pervigiles laudes, o rubicunda dies.
Fulgidus ardenti iungatur saphirus auro,
Floribus in thalamis cincta cupressus eat,
Exultent nostro magnae certamine nymphae,
Tactibus exultes tuque puella meis!

729

Responsum puellae

B. III 273. M. 1010.
B. IV 444.

Conspicua primum specie quam fata bearunt,
Desine pompifero tu violare toro.
Absit ut albiplumem valeat calcare columbam
Inter tot niveas rustica milvus avis,
Nec rubeis cardus succrescat iure rosetis,
Lilia nec campis vana cicuta premat,
Nec miser eximiae cervae iungatur asellus,
Quem stimulis crebris sarcina saeva domat.

728—729. *P* = *Parisinus* 8440 *s. X fol.* 1. *C* = *Cantabrig. Trin. O I* 18 *s. X fol.* 11 (*Stud. Vindob.* 7, 342). *Eucheriam poetriam* (*c.* 390) *sapere mihi videntur. Cf. c.* 24 *sq.*

728. Versus cuidã poetae ad quendã puellã *P* Senis poetae ad puellam *Pithoeus.* 1—3 *om C.* 1 aptantur *P* colla *Wakker* crura *P* (*ex Nemesiani Cyneg.* 90) 2 maneat *P* caleat *Wakker* tumeat *Lachmann. an* mãnet? 4 laudes (*ex* -eb) *P* 6 Florib; (t dus *supra* b) *P* talamis *P* thalamos *Pithoeus* ovet *Buecheler* eat *i. e. sit, cf.* 364, 4 7 nimphę *PC.*

729. Resp̃ puellae ad poetam *P, om. C* Conspicuam . . spetiẽ *PC, em. Buecheler* quia *C* 2 somnifero *Baehrens* prolifero *Ziehen* thoro *PC* 4 aiues *P, corr. Pithoeus* card: *P* carduus *Pithoeus* -dus *Burmann* rure *Schrader* 6 n& c. *P* cana *Baehrens* 7 assellus *C* 8 stimulas, *sed corr., P*

Digitized by Google

B. M. —
B. V 368.
MGh Auct. antiquiss. XIV 257.

730

De voce hominis absona

Dissona vox hominis rugitum signat aselli
Grunnitumque suis et raucae murmura mulae.
Quod bos mugitu fingit blateratque camelus,
Quodque lupus ululat vel quod vulpecula gannit,
Quod pardus felit, quod raccat pessima tigris,
Quod glatit catulus, quod miccit setiger hircus,
Absona cuncta sonat et dulcia nulla repingit
Estque feris socia, non nostrae vocis amica!
Desine iam talis incassum pandere labra,
Desine iam frustra pulmonum rumpere fibras,
Desine postremo miserum discerpere guttur!
Non deus hoc recipit, quod homuncio sanus abhorret!

731

Vide nunc c. 485ª.

732

B. III 232. M. 997
B. V 108.

Pasiphaes fabula

| Filia | Solis |
| Aestuat igne novo |

730. *Primus edidi in ed. pr. Antiquitati (si conferis c.* 205 *et* 209*) vix abiudicabis. L = Legionensis (Leon)* 22 *(nunc* 21*) s. X inter Eugeniana. P = Paris.* 8440 *s. X fol.* 38. subsona *L* 1 ruditum *conieci* 2 grunitūq; *P* 3 Quod bus *L* Qui *P* blatterat *L* blatteat *P* 4 uel (quod *om.*) uulpicla *P* 5 rabat *P* ratcat *L* ranchat *Buecheler* 6 glatit *P* gratit *L* micit *L* ircus *L* hyrc' *P* 7 Adsona *P* 8 *cf. c.* 658, 1. Estq̃esis *L* ·Ē· quelis *P, corr. Vollmer* 10 fibra *P* 12 Non *L* Num *P* humuncio *L.*

732. *V = Vossianus q.* 33 *saec. X fol.* 133*r. M = Monacensis* 875 *s. XII fol.* 169 *(contul. Guil. Meyer). · R(eginensis Heinsii); B(inetiana ed. pr.). — VM plene adnotabo. Post Rufinum de metris et metrorum Horatii descrip-*

Digitized by Google

| Et per | prata iu|vencum |
| Mentem | perdita | quaeritat. |
| Non il|lam thala|mi pudor | arcet,
| Non re|galis ho|nor, non | magni | cura mariti.
O	ptat in	formam	bovis
Conver	tier	vultus	suos
Et Proe|tidas	dicit	bea|tas
Io	que lau	dat, non	quod Isis al	ta est,
Sed quod	iuven|cae cor|nibus	frontem	levat.
Si quan	do mise	rae copia	suppetit,
Brachi	is ambit fera	colla	tauri
Flores|que ver|nos	cornibus	illigat
Oraque	iungere	quaerit ori.
Auda	ces animos efficiunt tela Cupi	dinis,
Inlicitis	que gaudent.
Corpus inclu	dit tabulis	efficiens iuvencam,
Et amoris	pudibundi	malesuadis
Obsequi|tur vo|tis et	procreat	(heu ne|fas) bi|membrem,
Cecropi|des iuve|nis	quem perculit	fractum	manu,
Filo	resol|vens Gno|siae	tristia	tecta do|mus.

tionem: Idem (*i. e. eisdem*) metris pasiphens incipit fabulam *V* Pasiphae fabula ex omnibus metris Horatianis *B*. *Pedum distinctiones ex V addidi non mutatas* 2 nouo *ex* -os *V* 3 pratra *V* 4 mente *M* 5 thalasmi *V* 6 hosnor, *corr. m.* 1, *V* 9 pro tidas *V* praetidas *RB* predas *M* 10 Loque *V* ysis *M* 11 iuvenca *Dousa* cornil *V* cornu *R* cornua in *B* cornibus *ni fallor M* frontem *MB* fortẽ *VR* in fronte elevat *Patisson* eleuat *R* leuat *V* beauit *M* 12 miseres *V* 13 feras copia *V* 14 quae *V* 16 effeciunt *V* 17 gaudet *libri* -ent *Bentley* 20 netis est *V* procreant *M* bimembre *VB*, *om M* 21 quę *M* fructum *V* 22 Filio *V*

Digitized by Google

733

B. V 143. M. 1079.
B. V 367.

De cantibus avium

Quis volucrum species numeret, quis nomina discat?
Mille avium cantus, vocum discrimina mille.
Nec nostrum (fateor) tantas discernere voces.
Hinc titiare cupit diversa per avia passer,
Garrula versifico tignis mihi trissat hirundo,
Accipitres pipant, longo[que] ciconia collo
Glottorat et ranas grandi rapit improba rostro.
Haec inter merulae dulci modulamine cantus
Zinzilat et laetis parrus nunc tinnipat arvis.
Faccilat hinc volitans turdus, gallina cacillat.
Dum miluus iugilat, trinnit tunc improbus anser.
Interea perdix cacabat nidumque revisit.
Nunc cuculus cantans †scottos iter ire perurget.
. . . . . .
Nec minus interea pecudum genus omne ferarum
Musitat, et proprias norunt animalia voces.
Sic ululare lupos certum est hircareque lynces.
Blatterat ut aries, nunc raccat ut Indica tigris,

733. *G* = *Guelferbytanus Aug.* 10, 3 (?) *saec. X fol.* 86. *C* = *Parisinus* 8069 *s. X—XI fol.* 5. *V* = *Vaticanus* 644 *s. X—XI fol.* 33 *quem contuli.* De c. a. *V*, *om. GC.* 1 numerat *G*, uarias *V* dicat *Burmann* 3 Nec numerum fatear *V* tantis *C* 4 Hin t. cipit *G* 5 vestibuli *Schenkl* 6 pipant *V* piplunt *C* plipiant (a *ex* u) *G* que *add. Burmann* ticiconia *G* 7 glotorat *G* grandie *C* v. 9. 8 *GC* 8. 9 *V*, *Schenkl* 8 merulus *Schenkl* 9 Zinzizat *G* Trintritat *V* Tintilat *C* paruis *GC*, *corr. Bondamus* arvis] arte *V* 10 Faxillat *V* Facilat *G* hoc *V* hic *C* hinc *G* 11 iugilat *G* iugulat *C* uigilat *V* 12 *deest V* 13 Nunc cŏculus *V* Ñ auculus *C* cantans *GC* cantat *V*] cuculans *Klein* scottos *GC* scottus *V*] socios *Burmann* iter ire *GVC* iterare *Burmann* perurguet *V* 14 *sqq. additamentum est* in terra *L. Mueller* pecodū *V* 16 lupus *V* et hircare *V* linces *libri* 17—20 *V*; *om. GC* trigris *V*

Digitized by Google

Hinc latrare canes, timidos vagitare lepores,
Et miccire caprum, murem mintrire videbis.
Nec non mustelae dindrant ranaeque coaxent.

734

Vide nunc c. 487ᵉ.

735

Vide nunc c. 719ᵈ.

736

Vide nunc c. 680ᵃ.

737

B. M. — B. —

Me legat, antiquas qui vult proferre loquelas;
Me qui non sequitur, vult sine lege loqui.

738

B. M. B. —

Qui modica pelagus transcurris lintre Maronis,
Bis senos Scyllae vulgo cave scopulos.

18 *sic V!* 19 miaiere *V* mure *V* 20 *num* coaxant? *Finem deesse puto. Ad haec spectant hi Aldhelmi* (*p.* 303 *G*) *loci:* 'anseres trinniunt . . accipitres piplant . . ciconiae grotolant . . ferae mussitant . . gallinae cacillant (cacinnant *G*) . . hirundines trissant . . lynces hyrcant . . lupi ululant . . milui iugilant . . meruli zinzilant . . passeres titiant . . parri tinnipant . . perdices cacabant . . turdi faccilant' *quos hic illud ex G ap. Kleinium l. c. correxi, cf. Nuntii acad. Vindob.* 112, 606.

737. *In cod. Parisino* 7533 *s. X, contulit Bursianus. Dubitatur num vetus sit: Alcuini habetur in Poetis lat. aevi Carolini I p.* 298 (*ex Paris.* 7520 *s. X*); *cf. Hageni Analecta Helvetica p. CXVIII.*

738. *V = Vossianus fol.* 12 *saec. X—XI; ed. L. Mueller mus. rhen.* 23, 657.

Digitized by Google

Sed si more cupis nautae contingere portum,
Carbasus ut zephyris †desine detur ovans.
Tumque salis lustra reliquos ope remigis amnes:
Sic demum cymbam portus habebit opis.

B. M. B. — 738ª (*olim* 770)

Prima sonat quartae, respondet quinta secundae,
Tertia cum sexta: nomen habebit avis.

B. M. B. — 738ᵇ (*olim* 771)

Quod cernis, dicor. tollatur littera prima:
Scando polum calidum, curro solum gelidum.

4 da sinuetur *Buecheler, recte?*

738ª. *P* = *Parisinus* 8071 *s. X—XI fol.* 60, *apud de Rossi Inscr. chr. urb. Romae II* 1, 145. *Q* = *Paris.* 2773 *s. XI f.* 110. *R* = *Reginensis* 421 *s. XI* (*de Rossi ib.* 279). Aliud de turture *Q*, *om. PR* 1 respondit *PR* quinte *P* quin /// *Q* 2 *sic interpunxi.*

738ᵇ. *P; R; S* = *Parisinus* 8088 *s. XI fol.* 195. Paries *S* Pariete *P*, *om. R* 1 litera *R* 2 (*Aries sidus et animal*) calco polum gelidum *Klein. Utrumque etiam in Sangall.* 899 *s. X.*

CARMINA

CODICVM SAECVLI XI

Digitized by Google

'Rauca sonora
Languida voce
Tibia nostra
Est, pater' inquam,
'Ast gerit ora
Fusca colore,
Tristis habunde,
Flens modo serta
Forte dirempta.
Nam rosa mollis,
Fragmina lanae,
Lilia clara
(Singula quaeque
Quid memorem nunc?),
Nectara mixta
Plurima sunt hic.
Perfice, belle
Vt queat illud
Psallere voto'!

739. *C* = *Parisinus* 8069 *cod. saec. XI fol.* 1. *Ed. pr. Quicherat Bibl. de l'école des chartes IV* 3, *p.* 353. *Carmina Adonia habemus Capellae, Columbani; Alcuini, Wandalberti, saeculi XI. Nov. Archiv.* 5, 635. — *Cf. Ovid. Fast. VI* 701. 1 Rauco *C* sonorem *Baehrens* 8 serta *Quicherat* scieta *C* 11 Fracmina lane *C* (l ///// *teste Baehrensio*) 12 Licia *Baehrens* clara *Quicherat* clana *C* 13 Singula *scripsi* Pinguia *C* 15 Nectara *i. e. odorum suavitas, cf. Lucr. II* 848. 24—26 *huc transposui,* 17—20 *post* 27 *Baehrens.* 24 belle *scripsi* uelle *C* bellae *Buecheler*

Digitized by Google

'Sed mihi' Bacchus
Inquit 'abest, heu!
Confieiatur
Vnde phonascus,
Quo medicata
Vivida passim
Carmina fingam,
Larga potestas.'....

740

ALCIMI

B. II 178. M. 256
B. IV 187.

de Vergilio

De numero vatum si quis seponat Homerum,
Proximus a primo tunc Maro primus erit.
At si post primum Maro seponatur Homerum,
Longe erit a primo, quisque secundus erit.

17 baccus *C* 20 fonascus *C* 21 medicante *Baehrens* mediante *conieci* 24 '*Nonnulla periere*' *Baehrens*.

740. *Praecedunt in C varii versiculi, quos medio aevo tribuo, velut hi:*

Nescit saevus amor frenum racionis habere, B. IV 17.
Lumina caecatur, prona petit iugiter.
Non cernit, quod pergat iter, quo calle feratur:
Incertus graditur, velle sequens proprium.
Instet [si] gladius, magni si causa pericli,
Dampna et iam rerum dedecus atque labor:
Nil hinc decernit, nil certa discutit aure (certo d. ore *Baehrens*):
Quod placet, hoc sequitur, quale sit haut reputans.

et hi:

Si nostram, frater, festucam tollere quaeris,
Robora (robore *cod*) de proprio lumine tolle prius.

Alcimi de Virgilio *idem C; om. L(aurentianus* 39, 23 *s. XII —XIII) et E(scorialensis R III* 4 *s. XIII, a Loewio collatus*). 2 tum *LE* 3 Et *E* seponat *L*. *cf. Quintilian. X* 1, 86: *Secundus est Vergilius, propior tamen primo quam tertio.*

Digitized by Google

741

B. V 125—128.
M. 1066—1068.
B. —

[De libra et partibus eius]

[Libra vel as ex unciolis constat duodenis *sqq.*]

742

B. VI 87. M. 1143.
B. III 293.
Claudianus ed.
Ieep. II 183.
ed. Birt. Auct.
antiquiss. X 404.

Epithalamium Laurenti

. . . . . .

. . . . . .

In primis te, sponse, precor: patiare canentem,
Teque, puella, magis: tacito mihi crimine parcas.
Scimus enim, scimus vobis nunc carmina nostra
Doctiloquique etiam linguam sordere Maronis.
Sed breviter strictimque duos dicemus amantes,
Materiesque licet plus quaerat, pauca loquemur.
Principio generis simili vos stirpe creatos

741. *Est in C, in Veneto Bessarionis* 794 *s. X—XI* [?] *(cont. Loewe) et Parisino* 12117 *s. XI (cont. Bursian); sed quia a Fulberto episcopo Carnotensi, qui a.* 1028 *decessit, scriptum testatur Parisinus* 17160 *s. XII, nunc omisi. cf. Baehrens Mus. rhen.* 32, 225. Domnus Fulbertus epṡ. De libra et partibus eius *Par.* 17160 *fol.* 199.

742—759. *V = Vaticanus Claudiani* 2809 *saec. XI, c.* 742 *post libros 'In Eutropium' continens. M = Ambrosianus M s.* 9 *Claudiani saec. XIII, qui c.* 742 *post epistolam* ad Probinum *habet; inest catalogus. C = Cuiacianus Claudiani deperditus, ex ed. Claverii (Paris.* 1602) *passim notus; ex eo fluxerunt v (Vaticanus* 9135) *et a (schedae Divionenses nunc Heidelbergenses), v a contuli; ordinem fere sequor in v observatum. Cf. Ann. philol.* 1868, 698 *sqq.*

742. *VM.* Incipit epythalam̃ laurentii *V, om. M.* e thalamium laurentii *catalogus in M Initium deesse vidit Burmann.* 2 michi *V* carmine *VM, em. Wernsdorf* 4 solidare *VM, em. idem* stolidare *Birt* 6 Materiesque *Buecheler* Maria qu /// ^{li}cet plus (^{li} *m sec.*) *V* Maria ///// plus *M* Magnaque causa, Et maiora, Maiaque *alia viri docti. Sidonius Apoll. c.* 6, 36: Materia est maior, si mihi Musa minor. 7 uos *V*: nos *M, Claverius (qui v.* 7—patris 8 *ex C exhibet)*

Digitized by Google

Florenti Florique patris sat nomina produnt.
Matribus et pariter respondet fetus uterque.
Nam decuit Mariam sapientem fundere [natam]
Calliopenque simul iuvenem proferre to[gatum].
O similes multumque pares! te prima iuventus
Insignem vegetumque tenet. nam nuper [inumbrans]
Flore genas plenaque decens lanugine malas
Mollia votifero dempsisti vellera ferro.
Egregio fulges cultu totusque decorus,
Ex facie mores patriamque ex nomine pandens.
Nam quae primates quondam genuere Latinos
Antiquaeque urbi proprium tribuere vocamen,
Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomina nymphae.
Quid memorem mores iuvenili in corde seniles
Atque Italum ingenium Romana fervere lingua?
Tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal,
Promptaque impavidus tu suetus dicere dextra [es].
Te palmam insontes semper tenuere patrono,
Te contra stantem semper timuere nocentes:
Prorsus habes iuvenis totum, quod Tullius auctor
Causidicos retinere iubet. nam fultus utroque
Vir bonus es nimium, fandi pariterque peritus.
Ad te nunc breviter (nam sic te velle putamus),
Verba, puella, feram. pulchro formosa colore

8 Florentis *Claverius (at Florentium intellege)* patrum *Haupt* produnt *Burmann* prodet *VM* 9 fętus *V* 10 natam *vel* prolem *add. L. Mueller* 11 Calliopēq; *M* to *V*, *om M* to[gatum *supplevi ann. philol.* 1868, 707 *(i.e. patronum)* 13 nam nuper *V*, *om. M* inumbrans *addidi (cf. Claudianus I* 69), ad aras *Buecheler*, opacus *Ieep, alia alii* 14 Flore genas *Baehrens, cf. Aen.* 8, 160. Florigenas *M V* tegens *Baehrens ex Ov. Met.* 9, 398. 17 Et *VM* E *vulgo* facie (~ *& add. m.* 2) *V* 20 Dat *M* nomine *M* nymfę *V* 22 Ithacum *Birt* ithalum *M* 24 es *addidi* 25 insontes palmam *VM*, *transpos. L. Mueller* 26 stantem *idem* adstantem *VM* 27 *immo M. Cato (ap. Quintil. XII* 1, 1 *al.)* 29 fandi patq; *V*, *om. M* pariter *Heinsius* 30 At *VM* ñ *M* nc̄ *V* 31 pulcro *M*

Digitized by Google

Lilia ceu niteant rutilis commixta rosetis,
Sic rubor et candor pingunt tibi, Florida, vultus.
Denique miramur, quod colla monilia gestant:
Ex umeris frustra phaleras inponis eburnis.
Nam tibi non gemmae, sed tu das lumina gemmis,
Atque alias comit, per te quod comitur, aurum.
[Doct]a loqui scriptique tenax veloxque legendi [es],
[Et] tamquam talis fueris praesaga mariti,
[Sic] Musea tuis insedit cura medullis.
Nec minus in propriis studium: nam vellera lanae
Textilibus calathis semper tractare perita
Inque globos teretes coeuntia volvere pensa
Compositas tenui suspendis stamine telas;
Quas cum multiplici frenarint licia gressu
Traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,
Serica Arachneo densentur pectine texta
Subtilisque seges radio stridente resultat.
Sed iam sufficiat de magnis pauca locutum,
Nec sinit hoc tempus totas nunc pandere laudes.
Quin magis, o pueri, vosque exaudite, puellae,
Quas optare pares thalamos taedasque iugales
Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur!
Consertas prensate manus magnumque per orbem
Dextra liget laevam; festos celebrate hymenaeos

32 ceu *i. e. quasi* 33 Florida *nomen sponsae puto, cf. v.* 20: *in epithalamiis et sponsi et sponsae nomina prodi solebant* 34 gestent *M* 35 Atque *Wernsdorf, recte?* humeris *VM* faleras *VM* eburnas *M* 36 *sic M* Non tibi nam *V* 37 quod comitur *Eldikius* componitur *VM* 38 *sic Buecheler:* //a loqui *V. om. M* es *addidi* 39 Et *add. Heinsius* tamquam *om. M* 40 Sic *add Ieep,* Haec *Mueller; possis* Vel 42 Texilibus *M* galathis *V* traxere *M* 43 t.] ueteres *M* vellere *Wernsdorf* uellera *VM* volvere *Eldikius* 45 frenarunt *VM, corr. Mueller* 47 araneo *VM, em. Heinsius* 48 stndēte *M* 49 loquutum *VM* 50 Non *M* n. p. l.] effundere uires *M* 52 Quos *M* 53 eximiis *V m. pr. M* 54 *sic V* pensate *M* pressate *Buecheler* 55 fastos *M* ymineos *V*

Digitized by Google

Ac modulate melos pariter, quassoque pavito
Cum pede vox resonet! persultent atria longa,
Quae virides cingunt hederae laurique coronant
Votigerique ignes stellanti lumine complent!
Tympana, chorda simul, symphonia, tibia, buxus,
Cymbala, bambilium, cornus et fistula, sistrum,
Quaeque per aeratas inspirant carmina fauces,
Humida folligenis exclament organa votis!
Surge age iam, iuvenis, dextram conplectere sponsae,
Tuque puella, caput niveo velamine tecta,
Non cunctante gradu gressum comitare mariti.
Teque etiam paucis moneamus, pronuba, verbis:
Cum fuerit ventum ad thalamos primumque cubile,
Sit tibi cura vigens innoxia reddere membra
Virginis, ut totum, quod possit laedere, demas.
Nullum sit capiti, quo crinis comitur, aurum,
Nec collo maneant nisi quae sunt laevia fila,
Anulus et digitis tollatur mollibus asper
Ac niveos auro propera spoliare lacertos,
Ne, dum proludunt atque oscula dulcia iactant
Exercentque toris veneris luctamen anhelum,

56 modulante *VM*, *corr. L. Mueller* quasso *scripsi cf. Hor. c. I* 4, 7 ceso *VM* pauito *V teste Loewio* pauinto *M* (-ĩto *man. s. XV in V*) pavito: *sic Paulinus Nolan.* 25, 37. caeso pavimento *Heinsius* paumento *Haupt* 57 Conpede *M* larga *VM* longa *Heinsius* 59 stellanti lumine *Ieep* stellantia lumina *VM* limina *Heinsius* 60. 61 y]i *M* 60 corda *VM* 61 bambilium *VM* bambylium *Buecheler* bombylium *Birt* bombalium *Burmann* βαμβάλιος ἀνλητής *Cyrillus* et *VM*: aes *Birt* strum *m. rec. in V*; si *V, om. M* 62 erratas *M* ęratas *V* fauces *Haupt* uoces *MV* 63 Huĩa *M* folligeris *VM, corr. Burmann* exclamant *VM* ventis *L. Mueller*: uocis V^1M votis *V m. sec.* flabris *ex Aldhelmo conicere possis, cf. Birt p. CLXVIII* 64 cõplctere *V* 67 Tuque . . monearis *M* 69 ingens *vulgo* 72 iaceant *M* 73 et] e *Aldhelmus p.* 288 *G.* 75 Nec *M* Neo *V* proludunt *scripsi* (*cf. Ovid. art. am.* 3, 515) faro ludũ *V; om. M* iactant] captant *Eldik.* 76 thoris *M* ^{h}anelum M^1

Digitized by Google

Iuncta per amplexus foedentur membra mariti
Atque invita viri maculet, quae diligit, ora.
Ite pares tandemque toro recubate potito.
Mellea tunc roseis haerescant basia labris
Et compressa suis insudent pectora membris
[Per] niveosque umeros collumque, per os ....
Dextera cervicem roseam subiecta retentet,
Turgentesque simul constringat laeva papillas.
Vivite felices quam longaque carpite saecla;
Vivite concordes, donec premat una senectus,
[Donec] vestra habeant natorum vota nepotes.

743

B. M. — B. III 300.
CIL I 412.
Birt p. 409.

De Isidis navigio

Isi, o fruge nova quae nunc dignata videri
Plena nec ad Cereris munera poscis opem
(Nam tu nostra dea es nec te deus ipse tacendi
Abnegat, expertus quis tua vela ferat:
Namque tibi Zephyrus favet ac Cyllenius ales),
Ne nostra referas de regione pedem.

744

B. III 50. M. 927.
B. III 300.
Birt p. 410.

De lavacro

Qui splendere cupis claro tenuique lavacro,
Pontica succedas in balnea nobilis undae,

77 Cuncta *V M, corr. Mueller* fedentur *V* 79 petito *L. Mueller* 80 basia] labia *Aldhelmus p.* 43, 306, *ubi* 'Illud epithalamium' 81. 82 *om. M* Et c. viri sudet per *Birt* pectora: *an* corpora? 82 Per *add. in V m. rec.* osque genasque *Heinsius* osque marita *Birt* 83 roseam *V* niueam *M* recentet *V, corr. m.* 2 84 Stringentesq; *M* 87 Donec *m. rec. in lac. V,* Et iam *Mueller.* Multorumque M^2 *(om. M)* //////ûra *V* uota *V* iura *M.*

743. *(C)v.* De ysidis navigio *catalogus in M.* De isidiae navigio (vel isidis *mg.*) *v.*

744. *(C)av. Balnea Gai cuiusdam cum Ponticis comparantur. cf. Lampridius vitae Alex.* 26, 9

Digitized by Google

Quam nec Alexandri mater sub sole cadenti
†Emeruit; non si varia se aspergine Gai
Effundat per aperta latex e sedibus imis
Cum Syrio unguento, cui semper roscidus humor.
Hic femora et suras et brachia molliter ambit
Et rigat in pluviam, sensimque ad colla resultans
Tangit odore levi et grato spiramine nares
Lenis et externas admittere nescius artes. —
Huc ades, o Florens, et festa luce relaxa
Mentis onus nebulasque fuga, quae frontis honorem
. . . . . .

745

B. I 25. M. 576.
B. III 301.
Birt 410.

De vinalibus

Non tibi vina placent, o insanabilis hospes,
Nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso
Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes?
Vertice de Nysae per rura et nostra Lyaeus
Transiit implevitque vias nigrantibus uvis.
Musta sibi posuit pater, et non tempore ab illo
Desierant haec sacra coli, vatumque sonoro
Carmine Mincius et strepuit circumsita ripa
Fluminis Etrusci, quem non aequabit Orontes.

4 Abnuerit *Baehrens* si *a v* sic *Buecheler* Caii *a v* Gai *Birt* Bais *Buecheler* 5 operta *a* 6 semper cui *v* Quam (3) — unguento *Buecheler*, non (4) — unguento *Koch parenthesin putat.* 7 in pluviam *i. e. ita ut pluvia fiat, cf. Ziehen Philologi LVII* 416 ut pluvia *Baehrens* 9 leni *v* 10 ortes *a* 11 Florens *cf.* 742, 8 (?) 11—12 *separat Buecheler; ad c.* 742 *exordium rettulit Baehrens* 12 Dedecorant *add. Birt. Finem deesse indicat a.*

745. (*C*) *a v.* 1 insanabilis *v* 3 fulsisse *conieci* 4 nisae *a v* nostra rura *v* perlustrans rura *Buecheler* 6 orbi *Baehrens* siti *Birt* poscit *Oudendorp* 7 Desierant *a v* -erunt *Schrader* 8 *cf. Verg. ecl.* 7, 13 tremuit *a* 9 quem *v* quod *Baehrens*

Digitized by

746

B. III 276 M. 926.
B. III 301.
Birt 410.

De Cythera

Forte erat Aurorae tempus Solisque quadriga
Fecerat et ventum et sonitum per nobile marmor
Adstantis pueri, cum te, mea bella Cythere,
Aspicio venientem et tu mea limina grato
Introitu dignata rosas et lenis amomi
Delicias miras tecum allicis, unde secutae
Palladis et frondes nulliusque inscia laurus. —
Atria nostra virent et agunt in limine primo
Radicem platani, ad portam venit arbutus ipsam.
Felix multa arbos, imitans miracula Pindi,
Quam non delebit livor nec sera vetustas! —
O iucunda nimis, tenui quae visa poetae,
Dum credis vitium non auscultare Camenis.

747

B. V 190 M. 1120.
B. III 302.
Birt 411.

De cereo

Flora venit. quae Flora? dea an de gente Latina?
Non reor; at Chloris dicta per arva fuit.
Huius in adventum radiant de nocte lucernae;
Nam nitet atque hilarat lumine cuncta suo.
Cerea materies apibus debetur amicis,
Floribus atque horti sit precor aequa mei,
Non ut mel rapiam, cuius non tangor amore,
Sed cera in talem fiat ut alba diem.

746. (*C*)*a v.* De cethera *catalogus in M* 2 adventu *Schrader* marmor *Memnonis in Aegypto, de cuius sonitu cf. Strabo* 17, 816. *Plinius* n. h. 34, 55. 3 astantis *a* 4 Agnosco *a* 6 sequutae *a v* 8 'agunt' *v in mg., a* 'agens' *a in mg., v* limite *v* 9 ipsa *Buecheler* 10 culta *idem* multum *Baehrens* 11 'quae' *a in mg., v* quam *v in mg., a* 13 camaenis *a*

747. (*C*)*a v.* De cereo *catalogus in M, v a* flore *add. m. alt. in a.* 2 et *Baehrens. cf. Ovid. Fast. V* 195. 5 amicis]; apisque *Birt. Duos versus post* 5 *desiderat Buecheler* 6 hortis . . meis *a v, corr. Baehrens.*

B. V 147. M. 1083.
B. III 303.
Birt 409.

748

De aquila, quae in mensa de sardonyche lapide erat

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos, similisque figura
Texitur: inplumem mentitur gemma volatum.

B. I 26. M. 585.
B. III 303.
Birt 408.

749

Laus Martis

Mars, pater armorum, fortissime belligerator:
Esto volens, mitis, facilis deus, esto benignus.
Sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos
Amplexus tribuat vincli secura Cythere.
Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere
Incutis e vultu radiantia lumina ferro.
Te thorax galeaque tegunt, non quo tibi terror
Hostilis subeat, sed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
Inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.
Da nobis reditum, patriam repetamus ovantes.
Sic tibi lascivae celebrentur in urbe kalendae.

748. *VM(C)v.* De aquila *Cv, catal. in M; om. V.* Quae—erat *V* (*ubi* sardonuche). *Titulum om. M.* 1 M *om M* sinatur *M* iuvatur *Claverius* 2 florum *v Clav.* destinguit *V* similique *v Clav.* Explic. de aquila *V.*

749. *VM; v.* 1 *in av.* Laus Martis *V mg.; catal. in M; om. M.* De Marte [uel ad] versus rophalitus *v* Ad Martem versus Rhopalicus *a* 1 *sic VM* belligerantum *va hic desinentes* 2 mittis *V* 4 tribuit *M* uinclis *VM, corr. Heinsius* 6 e *M* a *V* cultu . . ferreo *Heinsius* 7 torax *V(M?)* 8 erit *V, corr. m.* 2 exit ab armis *om. M* 9 pulsati *M* concosseris *M* 11—12 *om. M lacuna quattuor versuum.* Da *et* Sic *add. m. rec. V* reditum nobis 750, 3; 751, 4 nobis reditum *VM* 12 lasciue, *corr. m.* 2, *V*

Digitized by

750

B. M. —
B. III 304.
Birt 409.

De Iunonalibus

[Sancta] poli domina, cui vincla iugalia curae,
[Supr]emi caeli regis coniunxque sororque,
[Da re]ditum nobis. sic regnum transeat orbis
. . . . . .

751

B. I 21. M. 574.
B. III 304.
Birt 408.

De Liberalibus

Lenaĕe vitisator Bromiē Semeleie Bacche
Thyrsitenens bimăter trieterice Nysie Liber,
Flos Ariadnaeē †coriatice, laete Thyoneu,
Da reditum nobis. sic totis dulcia rivis
Musta fluant, spumetque cavis vindemia labris.

752

B. V 146. M. 1082.
B. III 305.
Birt 409.

De hippopotamo [et crocodilo]

Vtraque fecundo nutritur belua Nilo:
Quaeque vorat morsu quaeque sub ore fremit.

750. *V solus. Inscr. habet V in mg., catal. M.* Ad Iunonem *Ieep.* 1 Sancta *supplevi*, Iuno *Ieep, alia alii.* Atq; 2 Supr *et* 3 Det re *m. rec. V* 3 Da *L. Mueller* 4 Ad tibi dilectas Tyriae Carthaginis arces *suppl. L. Mueller*

751. *VM(C)av.* De liberalibus *V in mg.* De Baccho vel ad Bac(chum) *va.* Laus Liberi *catalogus M, Claverius, om. M. Scatent hi versus vitiis prosodiacis, quae frustra conati sunt tollere Ieep et Baehrens.* 1 Lęneę *V* enee *M* Lenis *Cav* uittis sator *V* uitis sator *M* Br.] proles *Cav* Semeleia *MCav* bache *VM* 2. 3 *om. Cav et* (*praeter* tirsitenens) *M* nysię *V* 3 ariadene coriatice *V* Corybantice *Buecheler* chŏreutice *conieci* Curetice *Heinsius* l.] Iacche *Baehrens* tyoneu *V* 4 riuis *V* uerbis *M Cav* 5 Musta *vulgo* Musa *V* Mella *M Cav* que cavis *om. M Cav* totis spumet *Cav.*

752. *VM(C)av.* (Incipit *V*) de hi(hy)p(p)opotamo *V av*; et cocodrillo *add. solus catal. M, qui* De ippotamo.

Digitized by

B. V 192. M. 1122.
B. III 305.
Birt 404.

753

De dulcio

Nectareo muro dulces cinguntur harenae.

Birt 404 adnot.

753ª

Suave tibi nomen; sed si te talia tangunt,
Moribus atque animo post ea dulcis eris.

754 **Panegyricus Aniciorum**
755 **De hirundine**
755ª **De mergo**
756 **De vitulis marinis**
757 **De paupere singulari**
758 **De ape**

B. M — B. III 305.
Birt 404.

759

De zona missa ab eadem Arcadio Augusto

Stamine resplendens et mira textilis arte
Balteus alipedis regia terga liget,
Quem decus Eoo fratri pignusque propinqui

Titulum om. M 1 Vt quae *C a v* bellua *C a v* 2 uorat *V M* necat *C a v*

753. *Sic V M, Paris 5719 saec. XIV.* De dulcio de lucusta *V, titulum om. M (sed habet in catalogo M).*

753ª. *Sic C a v,* De dulcio *inscribentes.*

754—758. *Tituli soli extant in catalogo M et apud Claverium. 755ª deest ap. Claverium 754 (ubi* amicorum *traditur, quod corr. L. Mueller). Birtius de Claudiani Panegyrico Probini et Olybrii, fort. recte, intellegit.*

759. Idem de zona . . . archadio aũg. *solus V, in quo et M et schedis Gudii et Parisino 5719 solis hoc ep. post Claudiani ep 20 legitur.* Eadem *est Serena Stilichonis uxor.*
1 texilis *M* 2 ligat *V M Gud.* liget *m. rec. in V* 3 Quod *M Gud.*

Digitized by

Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.
Hoc latus adstringi velox optaret Arion,
Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

760

B. III 233. M. 998.
B. III 306.
Birt 413.

Marcus amans puerum natum mentitur amare
Vultque pater dici nescius esse pater
Et pietate nefas et amorem velat amore:
Se pietas umbram criminis esse dolet.
'Nate' dies audit, nox et torus audit 'amice',
Et pro temporibus nomina mutat ei.
Stulte — quid ignaro non dicit Cynthia fratri? —
Ne credas nocti digna latere diem! —

Qui 'puer' est, hic 'filius' est: a lumine primo
'Filius', a thalamis incipit esse 'puer'.

760ª (*olim* 779)

B. II 119. M. 109.
B. I 125.

Maecenas

Defleram iuvenis tristi modo carmine fata:
Sunt etiam merito carmina danda seni.

6 *de Cyllaro cf. Ennod. c.* 128, 10.

760. *Binetus in ed. Petron. p.* 125 *Dousae* 'Epigrammata . . . Claudiani in lucem deponam. Verum huius, credo, auctoris adscribam et illud, quod ad manum fuerit ex V. C. Cui(aciano): Marcus' *sqq. Medii fortasse aeri est.* 5 totus *Cui., corr. Binetus* 7 cincia *Cui., corr. Binetus* 8 *i. e. ne committas nocti, quae digna sunt, quae diem lateant: Birt, Ziehen* 9—10 *separat Barthius* 9 puer (*i. e. amicus v.* 5) *Meyer:* pater *Cui.* hic *et* lumine *Patisson:* huic *et* limine *Cui.* a] tibi *Ziehen.*

760ª. *B = Bruxellensis* 10675—76 *s. XII, cui similis est Mellicensis s. XI* (*v.* 1—25: *Stud. Vindob.* 1, 65). *M = Monacensium* 305 *s. XI* (*m*), 18059 *s. XI* (*n*), 21562 *s. XII* (*o*), *quos cont. Baehrens, consensus. B M P notabo, omissis orthographicis.* Incipit Mecenas *M* Maecenas eiusdem *P*(*ar.* 16236 *s. X v.* 1—43): *contuli.* Mecenas Virgilii

Vt iuvenis deflendus enim tam candidus et tam
Longius annoso vivere dignus avo . . .
Inreligata ratis numquam defessa carina
It redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuvenes prima florente iuventa,
Non oblita tamen sera petitque senes.
Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici:
Lollius hoc aegro conciliavit opus.
Foedus erat vobis nam propter Caesaris arma
Caesaris et similem propter in arma fidem.

Regis eras, Etrusce, genus; tu Caesaris almi
Dextera, Romanae tu vigil urbis eras.
Omnia cum posses tanto tam carus amico,
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phoebus donaverat artes:
Tu decus et laudes huius et huius eras,
Sicut vulgares vincit beryllus harenas,
Litore in extremo quas simul unda movet.
Quod discinctus eras nimio (quod carpitur unum),
Diluis hoc animi simplicitate tui.

Vossian. L. oct. 96 *s. XV.* P. V. Maronis Elegia *Rehdigeranus s. XV. Inscr. om. B. Ante Senecae aetatem scriptam putat L. Mueller; Ziehen mus. rhen.* 52, 450 *et Baehrens sub Augusto; paulo post Senecam K. Schenkl, sed inferiore aetate M. Haupt.* 5 carina *libri* Charontis *Cannegieter* -onis *Ribbeck* 6 It *edd.* Et *libri* 8 sed repetitque *libri*, *em. Burmann* cit repetitque *Ellis* 9 machaneas, *corr. m.* 2, *B* 10 Illius *M* aegro *Heinsius* ergo *libri* 11 Fidus *libri* Foedus *Heinsius* uobis *M* nobis *B* 12 et] it *B* 14 -nae tu] -ne et tu *M* -na u *B* 15 clarus *B* carus *M* 17 phebus *B ubique* 19 Sicut v. v. *scripsi* Vincit v. sicut *Baehrens* Vincit v. v. *libri* viridis b. *Buecheler* beritus *libri* haranas *B* 20 quam *B M P* vomit *Barth* 21 *cf. Seneca epp.* 114 distinctus *B* disiunctus *M* discunctus *P* nimium *vel* nimio *Hilberg* mimo *Ellis* animo quoque *libri* habitu *Baehrens* quod *Ruhnken* 22 Diluuii hoc *B M P* (Diluitur *cod. Basil.*) Diluis *Baehrens* nimia s. tua *libri, corr. id.*

Digitized by Google

Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo,
Quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
Livide, quid tandem tunicae nocuere solutae,
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus urbis erat custos et Caesaris obses?
Num tibi non tutas fecit in urbe vias?
Nocte sub obscura quis te spoliavit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipse, latus?
Maius erat potuisse tamen nec velle triumphos;
Maior res magnis abstinuisse fuit.
Maluit umbrosam quercum nymphasque cadentes
Paucaque pomosi iugera certa soli.
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aves.
Marmora temnentur, vincent monimenta libelli:
Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.
Quid faceret? discinctus erat comes integer idem
Miles et Augusti fortiter usque pius!
Illum piscosi viderunt saxa Pelori
Ignibus hostilis reddere ligna ratis;
Pulvere in Emathio fortem videre Philippi:
Tam tunc ille tener tam gravis hostis erat.
Cum freta Niliacae texerunt laeta carinae,
Fortis erat circa, fortis et ante ducem,

25 Liuida *libri* (-de ς) 26 tibi quid *B* 27 careris opses *solus B* obses *M* 28 Nunc *BP* Nuncubi *Scaliger* u orbe *B* 29 oscura *B* *Post* 30 *v.* 39—56 *posuit Ribbeck* 31 Malus *BP* nec nec *B* 32 res ς es *BM* 33 rcum *om. BP* lymphasque *Wernsdorf* canentes *M* 34 certa *libri*, culta *Aldina* 36 Se super arg. *BP* Sederat *Mς* *num* Saepe erat? 37 tunnei *B*; *hinc* temnentur *scripsi* moeonii *Mς* minaei *P* cygnei *Buecheler* Smyrnaei *vel* Marmorea Aonii *Scaliger* Ionii *Ellis* teneri *Ziehen* 38 *cf. Propert. IV* 1, 24. 39 facere *BP* discinctus *Birt* defunctus *libri* integer *libri* (impiger *Voss.*). 40 fortis et *vulgo.* 42 hostiles *libri* dedere *Heinsius* rates *M* 44 Tam *B* Quam *ceteri* nunc *B* 45 lata *M*, *recte?*

Militis Eoi fugientis terga secutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat: haec illos laxarunt otia cultus.
Somnia victores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
Postquam victrices conticuere tubae.
Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche, coloratos postquam devicimus Indos,
Potasti galea dulce iuvante merum.
Et tibi securo tunicae fluxere solutae:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor (et certe memini) sic ducere thyrsos
Brachia vel pura candidiora nive.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro:
Serpentes hederae vix habuere locum.
Argentata tuos etiam talaria talos
Vinxerunt certe; nec puto, Bacche, negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus
Et tibi consulto verba fuere nova.
Inpiger Alcide, multo defuncte labore,

47 Milites *B* 48 capud *B* 49 illo *BM*, *recte* ς laxarant *B* ocia *libri*. 50 Somnia *Birt a.* 1876 Omnia *libri* Otia *Meineke* Mollia *Buecheler* uictoris . . decet *BM*ς 52 turbe *B*. *Maecenatis comparatur et militia et luxuria cum Apolline* (51 *sq.*), *cum Baccho* (57—66), *cum Hercule* (69—86), *cum Iove* (87—92). 57 *sqq. cf. Ziehen Rh. Mus.* 52, 452, *qui de Augusto cogitat.* 55 *sq. ante* 53 *sq. Ribbeck* 53 ne] nec *B* 54 strupri *B* herere *Vat.* 3269 56 exorientis *sc. solis* mox orientis *Heinsius* acta orientis *Ellis* 57 bache *B* 58 Portasti *m o* 60 *non intellego.* 61 memini sic *libri* (memini *in B erasum*) (*add. m.* 2 *in mg.*) meministi *Buecheler* tirsos *B* vestem *Baehrens* 62 Bache *B* bacchea *M* purpurea *libri* vel pura *Burmann* Bacche puer, pura *Ellis* 63 tyrsus *B* geminis *B* 65 sandalia *Vat.* 3269 66 bache *BM* 69 duro *Baehrens*

Sic memorant curas te posuisse tuas;
Sic te cum tenera multum lusisse puella
Oblitum Nemeae iamque, Erymanthe, tui.
Vltra numquid erat? torsisti pollice fusos,
Lenisti morsu levia fila parum.
Percussit crebros te propter Lydia nodos,
Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciva fluentes
Inter lanificas ducere saepe suas.
Clava torosa tua pariter cum pelle iacebat,
Quam pede suspenso percutiebat Amor.
Quis fore credebat, cum rumperet impiger infans
Hydros ingentes vix capiente manu,
Cumve renascentem †terret velociter hydram,
Frangeret inmanes vel Diomedis equos,
Vel tribus adversis communem fratribus alvum
Et sex adversas solus in arma manus?
Fudit Aloidas postquam dominator Olympi,
Dicitur in nitidum percubuisse diem
Atque aquilam misisse suam, quae quaereret, ecquid
Posset amaturo digna referre Iovi.
Valle sub Idaea tum te, formose sacerdos,
Invenit et presso molliter ungue rapit. —
Sic est: victor amet, victor potiatur in umbra,
Victor odorata dormiat inque rosa.
Victus aret victusque metat, metus imperet illi,

70 potuisse *B M* 71 m.] laetum *cod. Basil.* 72 ne mea *B* erimante *B* 79—80 *ante v.* 73 *Ribbeck.* 73 Vltro *B* 74 Leuisti *M. cf. Catull.* 64, 315. 75. 77 lidia *B* (*M*) 77 fouentes *B M* 78 pensa *Heinsius* saeve *Birt* 79 tua *B M*] tibi *rec.* 81 cum iam premet *B M* (-mit *M*), *corr. Scaliger* 82. 83 y] i *B* 83 velociter ureret *conieci* torreret letifer *Maehly* terret *libri* meteret *Struchtmeyer* uelocior *m o* 86 aduersas *libri* conversas *Maehly* 87 *cf. Laud. Pisonis* 152 *sqq.* et oenidas *B* et enidas *M* et Aloidas *Rehdigeranus* 88 procubuisse *Ellis ex* ς 89 misse *B* etquid *M* 90 maturo signa *libri*, digna *Heinsius* 91 ida ea *B* idea *rell.* dum *libri*, tum *Heinsius* 95 metet *B M*

Digitized by Google

Membra nec in strata sternere discat humo.
Tempora dispensant usus et tempora cultus:
Haec homines, pecudes, haec moderantur aves.
Lux est, taurus arat; nox est, requiescit arator
Liberat et merito fervida colla bovi.
Conglaciantur aquae, scopulis se condit hirundo:
Verberat egelidos garrula vere lacus.
Caesar amicus erat: poterat vixisse solute,
Cum iam Caesar idem quod cupiebat erat.
Indulsit merito. non est temerarius ille.
Vicimus: Augusto iudice dignus erat. —
Argo saxa pavens postquam Scyllaceia legit
Cyaneosque metus iam religanda ratis,
Viscera dissecti mutaverat arietis agno
Aeetis sucis omniperita suis.
His te, Maecenas, iuvenescere posse decebat.
Haec utinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens revirentibus aetas:
Aegro non homini, quod fuit ante, redit?
Vivacesque magis cervos decet esse paventes,
Si quorum in torva cornua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos:
Cur nos angusta condicione sumus?
Pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx,
Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.

96 *i. e. et in non strata.* 99 erat *m o* non *B M* nox *Rehd. Voss.* 101 Cum glac. *Salmasius* se c.] sedit *B* 102 et gelidos *libri* (*cf. Catull.* 46, 1) ga ////rrula (*in ras.* ll) *B*. *Lacunam statuit Baehrens.* 105 merita *B* 107 parens *Voss.* scyllegia *M* scilleia *B*, *corr. Heinsius* relegit *Salmasius* 108 fretus *Maehly* rates *B* 109 disiecti *B* disiectu *M*; *recte* ꝫ mutaverit *B* agni *libri, corr. Aldina* 110 Aet//es (*erasum* t) *B* Aetas et *M* omẽ perita *B* (omne *ceteri*), *corr. Salmasius* 111 Is te *B* dicebat *B* 113 Reddit' *B* flores *B* aestas *libri, em. Aldina* 114 Aegro *conieci* Ergo *libri* Et ver *Baehrens* 115 que *om. B* -ne *Heinsius* 116 In quorum torva *Baehrens, fort. recte* 119 aurora, *sed corr.*, *B* coniux *B m o*

Digitized by Google

Vt tibi vita foret semper medicamine sacro,
Te vellem Aurorae conplacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili
†Et modo poeniceum rore lavante torum;
Illius aptus eras roseas adiungere bigas
Et dare purpurea lora regenda manu,
Tum mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi. —
Quaesivere chori iuvenem sic Hesperon illum,
Quem nexum medio solvit in igne Venus:
Quem nunc infuscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis. —
Hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
Hic e palmiferis balsama missa iugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc, redditus umbris:
Te sumus obliti decubuisse senem.
Et Pylium flevere sui ter Nestora canum:
Dicebant tamen, hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi vicisses saecula, si me
Dispensata tibi stamina nente forent.
Nunc ego quid possum? tellus, levis ossa teneto,
Pendula librato pondus et ipsa tuum!

122 con] com *m o* 123 *sq in singulari alia schedula manu eiusdem aetatis B* 124 Et modo *M B* Sancto *puto* Linquere *Baehrens* phoeniceo *B* puniceo *m o, corr. Scal.* 125 Illius aptus eras (*cf. u.* 123) *interpolata puto; nisi forte duae recensiones hic inter se commiscentur* 126 Et *Francius* Tu *libri.* 125. 126: $\overset{1}{\text{i}}$ *B in mg.* 127 Tu *B* Tum *M* Et *ego olim. post* 128 *lacunam indicat Baehrens.* 129 Locri *Buecheler* iuvenum *Scaliger* ilum *B* olim *Scaliger* 130 Que *B o* Quę *n* fovit *Heins.* nemus *M* 131 in fusci *B M* in fuscis *alii. corr. Ribb. post* 132 *lacuna Burmanno.* 133 coritū *R* 134 et *libri e Ald.* 135 Hunc *B* Nunc *M* Hoc *Buecheler* redditus *B* -tur *M* 137 Et *Heins.* Te *B* Ter *M* 138 que tamen, *om.* hunc, *B M* 139 annosa *libri* uixissem *B m o* uixisse *n* 140 nempe *libri* 141 quid *M* quod *B*

Semper serta tibi dabimus, tibi semper honores:
Non umquam sitiens, florida semper eris.

B. II 120. M. 110.
B. I 134.

760ᵇ (*olim* 780)

Sic est Maecenas fato veniente locutus,
Frigidus et iamiam cum moriturus erat.
'Mene' inquit 'iuvenis primaevi, Iuppiter, ante
Angustum Drusi non cecidisse diem!
Pectore maturo fuerat puer, integer aevo,
Et magnum magni Caesaris illud opus.
Discidio vellemque prius' — non omnia dixit,
Inciditque pudor, quae prope dixit amor.
Set manifestus erat: moriens quaerebat amatae
Coniugis amplexus oscula verba manus.
'Set tamen hoc satis est: vixi te, Caesar, amico
Et morior' dixit; 'dum moriorque, sat est.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar subito voce 'fuisse' tibi.
Hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa.
Nec tamen hoc ultra te doluisse velim.
Set meminisse velim. vivam sermonibus illic:
Semper ero, semper si meminisse voles.
Hoc decet: et certe vivam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.

143 odores *M* honores *B* 144 siciens *B*

780. *A praecedenti carmine separavit Scaliger.* 2 eciam iam *B* 3 Men inquid *B* prim(a)eui cũ *B M* 4 Angustam *M* Augustam *R* Angustum *B* bruti *libri* Drusi *Francius* fidem *libri, corr. Heins.* 6 *cf. consol. ad Liv.* 39 ille decus *Baehrens* (*cf. Verg. catal.* 11, 3) illud opus *libri* 7 Discedo *Leidensis* 9 Sed *M* 11 Sed *m n* est *om B* 12 satis *libri* sat est *Pithoeus* 13 *num* procidat? humor *libri cf. Consol. ad Liv.* 466 *Propert. IV* 11, 58. *u.* 23—26 *ante* 13—22 *Ribbeck* 16 Hec *B* potuisse *libri, corr. Heinsius* nil potuisse *Ellis* 17 Sed *M* 19 Hoc *Ribbeck:* Et *libri* Ut *Ziehen* amicus *R* amare *B M* 20 sibi *Barth*

Digitized by Google

Ipse ego, quicquid ero cineres interque favillas,
Tunc quoque non potero non memor esse tui.
Exemplum vixi te propter molle beati,
Vnctus Maecenas teque ego propter eram.
Arbiter ipse fui; volui quod, contigit esse:
Pectus eram vere pectoris ipse tui.
Vive diu, mi care, senex pete sidera sero!
Est opus hoc terris: te quoque velle decet.
Sit secura tibi quam primum Livia coniunx,
Expleat amissi munera rupta gener;
Et tibi succrescant iuvenes bis Caesare digni
Et tradant porro Caesaris usque genus.
Tum deus intersis divis insignis avitis:
Te Venus in proprio collocet ipsa sinu.'

761

B. M. — B. V 380.

De sphaera caeli

Haec pictura docet quicquid recitavit Hyginus
In septem quinis describens sidera signis
Ad caeli terraeque globos in mole rotundos.
Mallem prorsus opus solidis insigne figuris,
Quas nequit in plano similes expendere quivis,
Cum lateant intus quaedam curvisque profundis.

22 nunc potero, *corr., B* 23—26 *in alia scheda eadem manu qua* 760a, 123 *sq. additi B* 23 beati *Salmasius* beate *libri* 24 Unctus *Maehly* Unus *libri* 25 tui *Heinsius* uoluit *libri, corr. Aldina* 31—32 *ante* 29 *transpos. Ribbeck* quam primum *libri* cum (*sic Rehdig.*) primis *Heinsius* coniux *B* 33 Tum *Wernsdorf* Cum *libri* in terris *libri, corr. Ribbeck* 35 in patrio *libri* (impṛio *Voss. oct.* 96 *s. XV*) Explicit Mecenas *M, om B ceteri* Finit elegia Virgilii Maronis in Mecenatem inuenta ab Henoc in Dacia *Vatic.* 3269 *s. XV, Voss.* 95 *s. XV.*

761. *P* = *Parisinus* 12117, *olim Sangermanensis* 434 *saec. XI, fol.* 138 v. *V* = *Vossianus O* 15 *s. XI fol.* 61. *Orthographica omittam multa.* Versus de spera caeli *V, om. P*
1 yginus *P* ig. *V* 6 Dum *P* intus *V* inter *P*

Digitized by Google

Nam borealis apex arctos conplexus et anguem
Arctophylaca tegit nec non simulacra coronae,
Engonasinque, lyram, cygnum seu Cassiepiam,
Cuius adest pedibus coniunx et filia dextris.
Perseus inde gener, tunc est caprarius, inde
Deltoton, equus ac delphin, aquila atque sagitta,
Anguitenens, aries, taurus, cum Castore Pollux
Et cancer, leo, virgo, suis cum scorpio chelis,
Arcitenens tandem, capricornus et urnifer inde;
Piscibus extremus locus est quem signifer explet.
Primus in austrinis Orion partibus exit,
Tum lepus est et utrique canes Argoque triremis,
Hydrus, Centaurus, sed et ara et piscis enormis,
Pistrix, Heridanus: sic sphaerae finis habetur,
Quam gemini findunt aequa sub sorte coluri,
Se tangendo polis dum zonas quinque pererrant.
Has hinc inde sibi diversa a parte coaequat
Linea quae scindit medios utrosque coluros.
Torrida zona duas circa se a frigore servat;
Nam zonas similes aequales dicimus esse
In caeli terraeque modo Cicerone magistro.
Vertex alteruter terdenis partibus a se
Semper abest circumque facit sex undique sumptis;
Tum quinas utrimque feret habitabilis ora.
Aequidies capit octonas hinc, inde quaternas.
Corpora signorum circis resecantur eisdem.
His super esse ferunt caelo cuicumque notandos,
Quorum primus is est, qui candidus extat in astris
Obliquo caeli portas discrimine tangens;

9 Engonasimq; *V* seu (*i. e* et) *PV* ceu *Bursian* (*ed. pr. in annal. phil.* 1866, 786) sic *Baehrens* 11 inde *Bursian* ille *PV* 14 cum *V* tum *P* 15 urniger *Bursian* 16 extremis *VP, recte?* 21 iemini *P* 23 a *om. P, supr. lin. V* 26 esse *V* est *P* 27 *Ex Hygino hausit poeta, non ex Cicerone (Ziehen).* 31 Aequidies *cf. Woelfflini Archiv. Lexic. lat. II.* 34 is est *Bursian* inest *PV* constat *V*

Alter ubique vagus graece vocitatur horizon.
Solus eget terrae spatiis ut limes in astris
Dimidium sphaerae momentis omnibus abdens.
Ergo decem circis totus variatur Olympus,
Ex quibus ille latet semper qui dicitur austri,
Cum nobis numquam lateat qui continet arctos.
Inter utrosque tamen quod hinc levat, occidit illic.
Arcticus his signis finitur circulus: extra
Laeva Bootis inest dextro cum poplite flexo
Herculis innixi pedibus, umeris quoque Cephei;
Tum siliquastrensis tangit confinia basis.
Solstitialis et hoc signorum limite constat:
Arcturus lapsusque genu, Cepheia coniunx,
Anguiger oblongus, curvi quoque sinciput anguis
A superis tanguntur eo cum coniuge Persei
(Cui tamen arctophylax est in contraria versus
Pegaseo iunctae medio) pedibusque marito
Qui sectus laevo cubito cum crure sinistro
Heniochi caput ut currens ex pulvere foedat;
Ille tamen quasi lora tenens pede cornua tauri
Deprimit ac geminis traiectis denique collis
Inter aselliferi consurgit lumina cancri,
Currens per pectus, ventrem lumbosque leonis
Perque caput dextramque alam volitantis oloris.
Qui lucis noctisque pares dat circulus horas
Arietis ima pedum recipit vestigia primum
Semibovisque genu praecidit et inguinis eius,
Vltima quem fudit putens urina deorum;
Sustinet et geminos flexus ex ore draconis,
Exit et a genibus longo serpente ligati,

36 uocitatus *V* orizon *V* orion *P* 38 addens *V* 44 cum dextro *P* 45 innexi *P* hum. *PV* quo *om. V* 47 limite *P et ex corr. V* 49 sincipre *V* anguis *V* an. *P* 51 Qui *V* Cui caput et thorax *Bursian* 52 iunctae *V* uinctae *P* mariti *Bursian* 54 fędat *V* fedat *P* 60 oras *V* Semis bouisque *P* 63 que infudit *V*

Postquam chelarum longissima brachia pressit;
Tum Ganymedeae raptricis transilit alam
Pegaseamque iubam dirimens ex ordine pisces.
Quid hiemalis agat signorum corpora scindens
Decollatus eo novit qui spicula mittit
Piscinusque caper, nec non lymphaticus auspex
Et pistrix, fluvius, lepus et leporarius adsunt,
Finditur et puppis, Centauro terminat orbis.
Vltimus, aversus boreae, †sua dindima solis
Manibus ostendit fluvio finitus et Argo,
Centaurique pedes postremos tangit et aram.

B. V 87. M. 1053.
B. V 356.

761ª (*olim* 868)

Si novus a Iani sacris numerabitur annus,
Quintilis falso nomine dictus erit.
Si facis, ut fuerant, primas a Marte Kalendas,
Tempora constabunt ordine ducta suo.

762

B V 143. M. 233.
B. V 363.

De volucribus et iumentis.

De filomela

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans;
Inter aves etenim nulla tui similis.

74 *sic V.* sua sua dindima *P* d.] lumina *Bachrens*

761ª. *V = Vaticanus* 3262 *saec. XI, Ovidii Fastos continens, olim Ursinianus.* 1 nonus *V* 4 ducta *Heinsius* dato *V* quaeque *vulgo.* — *Anziani a.* 1875 *in codice Fastorum, quem possidebat, anni* 1467 *mihi ostendit Florentiae.*

762. *Libri saeculi XI: H = Harleianus* 3859 *fol.* 251, *quem et V ubique afferam. B = Bruxellensis* 1828 *fol.* 1. *C = Mus. Britann. Addend.* 16894 *fol.* 244. *ViW = Vindobonenses* 317 *et* 952. *MO = Monacenses* 14505 *et* 493. *V = Vaticanus* 639 *fol.* 88 *(quem contuli). [Non est in Sangallensibus]. Saeculi XI—XII: N = Monacensis* 19413. *Recentes: non pauci. Cf. collationes in ed. priore et Bach-*

Digitized by Google

Tu, filomela, potes vocum discrimina mille,
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina temptent,
Nulla potest modulos aequiperare tuos.
Insuper est avium, spatiis garrire diurnis:
Tu cantare simul nocte dieque soles.
Parrus enim quamquam per noctem tinnipet omnem,
Sed sua vox nulli iure placere potest.
Dulce pelora sonat, dicunt quam nomine droscam,
Sed fugiente die illa quieta silet.
Et merulus modulans tam pulchris zinzitat odis,
Nocte ruente tamen cantica nulla canit.
Vere calente novos componit acredula cantus
Matutinali tempore ruririulans,
Dum turdus trucilat, sturnus tunc pusitat ore:
Sed quod mane canunt, vespere non recolunt.
Caccabat hinc perdix et graccitat improbus anser,

rensiana extantes; Peiper mus. rh. 32, 530; *Huemer Stud. Vindob.* 2, 74. *In Gallia Germaniave carmen e Suetonio (p. 247 sqq. Reiff'ersch.) derivatum exeunte antiquitate conscriptum putat Baehrens.* Albi Ovidii Iuventini *esse mentitus est Goldast. Aldhelmus eo usus est.* Versus de uolucribus (bestiis *add N*) et (uel *N*) iumentis. De filomela *CN. Inscr. om. ceteri libri.* Ovidius de philomena *Philippicus* 210 *s. XIV/XV. Bern.* 576 *s. XV.* — 1—8 *om. H. Versum* 1 *Paulus Diaconus sic imitatus est:* Dulcis amice veni, pacem sub pectore gestans (*Poetae lat. aevi Caroling. I* 65); *cf. et A. L. Meyeri* 1074: Dulcis amice bibas gratanter munera Bacchi *sqq. Cf. et Poet. Carol. III* 128. 3 philomela *BMVi*(?)*V* 8 soles *BMV* (soles n. d. simul *B*) potes *CNOW* 9 Cantus auium *H in mg.* Parus *MW* 11 per ora *BCViW* perola *Peiper, sed* pelora (*VHMNO*) *per μετάθεσιν ortum est ex πνρραλλίς, quem* pirulum *medio aevo, hodie vocant Pirol.* quam dicunt *BM* dorscam *H* druscam *B; est droscila, Drossel.* 12 quiete *VO* 13 zinnizat *W* zinziare *Suet(onius p.* 252 *Reiff.)* 14 tamen: timet *H* 15 nouos *M* nouo *ceteri* 16 ruricolans *H* 17 Tunc t. *Baehrens.* dum pus. *O. Jahn* passitare *Suet. R.*

Et castus turtur atque columba gemunt.
Pausitat arborea clamans de fronde palumbes
In fluviisque natans forte tetrinnit anas.
Grus gruit in gronnis, cygni prope flumina drensant,
Accipitres pipant milvus hiansque lupit.
Cucurrire solet gallus, gallina cacillat,
Pulpulat et pavo, trissat hirundo vaga.
Dum clangunt aquilae, vultur pulpare probatur,
Et crocitat corvus, fringulit et graculus.
Glottorat immenso maerens cĭconia rostro,
Pessimus et passer sons titiare solet.
Psittacus humanas depromit voce loquelas
Atque suo domino 'chaere' sonat vel 'ave'.
Pica loquax varias concinnat gutture voces,
Scurrili strepitu omne quod audit ait.
Et cuculi cuculant et rauca cicada fritinit.
Bombilat ore legens munera mellis apis.
Bubilat horrendum ferali murmure bubo
Humano generi tristia fata ferens.
Strix nocturna sonans et vespertilio stridunt,
Noctua lucifuga cucubit in tenebris.
Ast ululant ululae lugubri voce canentes

20 gemit *B C Vi W* 21 *sic H V alii.* Pusitat *B* Plausitat *M Vi* 22 forte *B* sorte *ceteri* detrinnit *V* tetrissitare *Suet.* anans *libri* 23 ingronnis *libri* in gronnis *i. e. in pratis palustribus* (*cf. Du Cange, Lex med. latin.*): *sic Peiper* 24 'accipitrum plipiare' *Suet.* 25 Gugurrire *B, recte?* 'gallinae crispare' *Suet.* 26 *sic H.* Pululat *V M N* Pupulat *B C Vi* Papulat *W* Pap-, Pull- *ceteri* paupulare *Suet.* 27 glangunt *H* 28 Et croccitat *V* 29 Clottorat *V* (crotolare *Suet.*) lotorat *W* merensque *H* 30 sonsticia *V* solstitia *H* sonscitia *W* (sonst-, const- *ceteri*) recolit *libri, em. Burmann* 'passerum titiare' *Suet.* 31 Psyth. *H* Psit *ceteri* 32 chere (*i. e.* χαῖρε) *H* care *V* kere *ceteri* 34 Scurili *libri* (Socordi *W*) agit *M N* 35 frinit *B qui hic desinit* fritinnire *Suet.* 36 apis *H* apes *V, alii* apex *W* 38 Bubulat *Vi* 40 cuccubire *Suet.* 41 Ac *H* lugubre (-ure *V*) *libri praeter H*

Inque paludiferis butio butit aquis.
Regulus atque merops et rubro pectore progne
Consimili modulo zinzizulare sciunt.

Scribere me voces avium filomela coegit,
Quae cantu cunctas exsuperat volucres.
Sed iam quadrupedum fari discrimina vocum
Nemine cogente nunc ego sponte sequar.
Tigrides indomitae rancant rugiuntque leones,
Panther caurit amans, pardus hiando felit.
Dum lynces urcando fremunt, ursus ferus uncat,
Atque lupus ululat, frendit agrestis aper.
Et barrus barrit, cervi crocitant, mugilant et onagri;
Ac taurus mugit, et celer hinnit equus.
Quirritat et verres setosus et oncat asellus,
Bratterat hinc aries et pia balat ovis.
Sordida sus subiens ruris per gramina grunnit,
At miccire caprae, hirce petulce, soles.
Rite canes latrant, fallax vulpecula gannit,
Glaucitat et catulus ac lepores vagiunt.
Mus avidus mintrit, velox mustelaque drindat,
Et grillus grillat, desticat inde sorex.
Ecce venenosus serpendo sibilat anguis,
Garrula limosis rana coaxat aquis.

42 *om. V* buteo *Burmann* buttit *W* 43 prognes *H* -nis *ceteri* 44 zinzilulare *M, recte?* 45 *sic libri* (philomena *H*) 46 *desinit Vi.* 48 sequor *libri praeter H* 49 raccant *libri* (ranc. *H*) rancare *vel* raccare *Suet.* 53 *sic V M N.* corvorum crocitare *Suet.*, cervorum rugire *idem* croccitant *V*, cloc. *H M, om. O* mugilant *om. H C W. Heptameter est.* 54 celer H^2C *ex corr.*, *V* celeber H^1C^1 *ceteri* et *om. M O* 55 Quiritare *Suet.* orcat *H* oncare *Suet.* aselles *C N al.* 56 Cratt. *W* Blatt. *vulgo.* 58 *sic M, Suet.* mic(c)ere *ceteri* 59 grannit *V* 60 Glauc. *H* Glutt. *ceteri* (Glut. *N*) glattire *Suet.* fugiunt *V* 61 et mustela *W* que *solus H* drindat *H C N* derindat *V* drindrare *Suet.* didindrit *M O* 63 angues *N O W* 64 ranula coxat *H*

Digitized by Google

Has volucrum voces describens quadrupedumque
    Paucas, discrimen cuique suum dederam.
Sed cunctas species animantum nemo notavit,
    Atque ideo sonitus dicere quis poterit?
Cuncta tamen domino depromunt munera laudis,
    Seu semper sileant sive sonare queant.

763

Vide nunc c. 490ª.

763ª

B. M. —
B. fragm. p. L. 420.

PARTHENII presbyteri

. . . tempore quo medio peragunt suum sidera cursum
Noctis et obscuris densantur cuncta tenebris,
Cum refugit somnus fallaxque recedit imago,
Teque tenax totum nostris memoria reddit
Sensibus, intuemur cordisque amplexu tenemus
Et fruimur mutuis tacito sic ore loquellis.
Ast ego cernere sic te absentem gratulor absens:
Credo equidem, quod docta talem nec Graecia misit
Neque Larissa potens similem procreavit Achillem,
Nostris qualem [te] armipotens tam fertilis Africa
    frugum

65 describens *OCWN* describunt *H* describ/// *V* descripsi *M* 66 *solus H servavit.* Paucas *scripsi* Causaq; *H* Cautus *Baehrens.* 67 -tium *W* notavit *VW, similia ceteri* tacebit *H* 68 Atque *H* Ast *ceteri* pot //// *V* potest *W* 69 laudum *H*

763ª. *C = Casinensis 16 Augustini saec. XI, ex quo ed. Reifferscheid in Anecdotis Casinensibus, Vratisl. 1871. Continet epistulas in Africa Vandalorum aetate scriptas, inter quas III Parthenii presbyteri ad Sigesteum comitem, ex prosa in hos versus vitiosos transeuntem.* 1 sum *C* 4 totum nostris tenax *C* reddet *C* 7 si te *C* 8 parem *Baehrens* 10 te *om C heptameter est, nisi fere* Nostris *deletur.*

Digitized by Google

Vexit ad astra virum. Quem claro lumine fulgens
Sol ictu placido nostro de pectore tollit.

Te clipeo loricaque et galea caelitus armet
Omnipotens, et sit vita beata tibi!

B. M. B. — Boethius C. ph. ed. Peiper p. XXXVIII.

764

Invictus constans Anicius, ortus ab urbe,
Torquati genus, exconsul famosus et exul
Patriciusque bonus mage civibus atque βοηθὸς
Vsque caput iugulis genero comitante servavit.
Graviter exaegit furiis monimenta vetustis
Flebilibus scribendo modis tot carmina felix
Et, quod libertas multo sermone bilingui
Artificale tulit, dum post interprete lingua
Quicquid Aristoteles docuit transferre sategit:
Pandens conditionis opes hinc inde coactas,
Quas ab Atheneis rapuit bibliopola gazis,
Ne Romana fames epulas nesciret Achivas . . .

764ª

B. M. B. —

Versibus egregiis decursum clarus Arator
Carmen apostolicis cecinit insigne coronis,
Historiamque prius praeponens cautus ubique

12 Scilicet tunc *C* Sol ortu *Reifferscheid* Sol ictu *ego.* tolli *C* 2, 1 clipeo loricaque et galea *C*, cl. g. et lo. *Baehrens*

764. *Cod. Leidensis* 466 *saec. XI olim Petavianus, ex quo ed. Geel a.* 1852, *logicam ex Boethio et Apuleio conflatam continet; fol.* 1: A. M S. Boethius exconsul et patricius inuictus *sqq. In his versibus saeculi VI vel medii aevi nec poetae nec librariorum vitium ullum emendare temptavi.*
5 Gnaviter *Buecheler* 8 dum] clam *Loewe* 10 cognitionis *Buecheler.*

764ª. *Cod. Aratoris Bernensis* 286 *saec. XI fol.* 89. *Ed. Huemer, Stud. Vindob. II* 79. *Num medii aevi?*

Digitized by Google

Substituit typice sensatim verba figurae.
Lingua canora bonum testatur iure poetam,
Mysticus ingenium sic indicat ordo profundum.

765

Vide nunc c. 720ᵇ

766

Vide nunc c. 494ᵉ.

B. M. B. —

767

Laus domnae Eunomiae sacrae virginis

Plena deo, moderata animo, miranda decore,
Larga manu Eunomia provida virgo pia.
Alta sapis, praecelsa petis, profunda rimaris,
Angelicos motus pectore sancto geris.
Vive, caput vivum, generis veneranda propago,
Et meritis caeli culmina celsa pete!
Vnici iam desunt solacia congrua fratris:
Sola deo vivis, vivis et imperio.
Largior extensa sit dextera, longior aetas,
Nestoreos superes annos et imperium.

768

Item laus Eunomiae

Fulgens Eunomia decensque virgo,
Pollens nobilis et fecunda libris

6 iudicat *cod.*

767—768. *P* = *Parisinus* 8319 *saec. XI fol.* 45*r*. *Vitiis prosodiacis scatent, ut et alia saec. quinti sextique carmina. Ed. pr. Quicherat, Bibl. écol. chart. II* 144.

767. Inciῡ laus *sqq. P* 8 eius et imperio *conieci.*

768. Itemque laus Eunomiae. Versus cum cantilena dicendi *P*

Digitized by Google

Et totum venerabilis per orbem
Atque in culmine constituta celso,
Subter cuncta videns, beata clemens
Mitis blanda gravis quieta vivis.
Sic es Christo parens talisque, priscis
Qualis rustica Veritas capillis.
Augustum caput atque consecratum
Constans erigis et promittis omnes
Castam vivere te deo per annos.
Adsit cuncta regens pater volenti;
Dextram filius ille Nazarenus
Succurrens tibi tradat imploranti;
Sanctus spiritus influens medullis
Sensus inriget et fomenta donet,
Gressus dirigat et viam procuret,
Confirmet pedes et fidem propaget,
Enses proterat et dolos latentes
Prodat magnificus protector, et te
Annis praegravem et corona laetam
Sanctam collocet angelus in urbem.
Hic te perpetua quiete donet.
Tunc quaeso meminisse te clientis,
Cum Christum fide videris serena.

769

Vide nunc c. 487[d]

770. 771

Vide nunc c. 738[a. b]

6 uiues *P* 7 parens *i. e. propinqua.* priscis *i. e. prisco more inornatis. De personificatione cf. Ziehen mus. rhen.* 52, 279. *Prudent. cathem.* 7, 55. 9 Argutum *P, correxi* 10 promittit *P* 22 *Angelorum munus animas ad caelum portantium in sarcophagis exsculptum notat Ziehen.* Exp̃l. laus domnę eonomię sacre uirginis *P.*

Digitized by Google

B. M. —
B. IV 189.

772

Cum sua cornua Luna
Condit in aere prima,
Signat abunde, sequentes
Imbre madescere soles.
Si dabit ore ruborem
Virgineo aurea Phoebe,
Monstrat in orbe futuros
Flamina fundere ventos.
Puraque si sit in ortu
Cynthia vespere quarto,
Totius haec erit index
Mensis arescere soles.
Iam maculis ubi mane
Sol variaverit ortum,
Fit notus imbre ruenti
Arboribusque sinister.
Ast ubi pallidus ipse est,
Crastina vel rubet hora,
Hinc fluit horrida tectis
Et ferit omnia grando
. . . . . .
Igneus hic notat euros,
Caeruleus docet imbres,
Et rutilans maculosus
Fundere dat mare ventos.
Denique si occidet auro
Lucidus aut micet ortu,
Permanet aether amoenus:
Cede pavescere nimbos.

772. *P* = *Parisinus* 9344 *saec. XI; centonem* (*cf. Verg. Georg. I* 351 *sqq.*) *primus ed. Baehrens Mus. rhen.* 31, 91. 6 uirgineum *Georg. I* 430, *Baehrens* 8 Flammea *P* 14 ortu *P*, *cf G I* 441 15 nothus *P* & uentis *P* ruenti *Baehrens* 18 ortu *P* hora *Baehrens ex G. I* 425 *post* 20 *lacunam statuit Baehrens* 23 maculosos *P* 25 euros *P* auro *Baehrens*

Etsi aquilone moveri
Cernis in arbore frondes,
Te levis aura docebit,
Tempora credere clara.
Dumque polum astra relinquunt
Flammea terga sinentes,
Iam male flamina curvis
Temperat unda carinis;
Hinc super ardea nubes
Mergus et aequora scandit,
Hinc fulicaeque marinae
Littore ludere pergunt.
Si tonat en domus euri,
Si zephyrique resultant,
Si boreasque coruscat
(Maxima turbinis arma haec):
Vallibus effugit hinc grus
Et lacus ambit hirundo,
Corvus et agmina confert,
Garrit et improba cornix,
Bucula hinc bibit auras
Naribus ardua spectans,
Hinc canit horrida rana,
Vermis et efferit ova.
Ast †potus imbre notaret,†
Aethera quando serenant,
Cum bene sidera splendent
Et micat ore Selena.
Haec tibi signa manebunt

30 forndes *sed corr. P* *post* 32 *lacunam et* 34 Flammea *Baehrens,* Flamina *P* 35 *cf. Ge I* 360. flumina *P,* flamina *scripsi* 37 ardua *P,* 38 mergat et *P* (*corr. Baehrens ex Ge I* 361 *sqq.*) 40 Littora *P* 42 zepheriq; P^1

48 Garrizet *P* 53 ꝓtus imbre notaret *P* (R *in mg.*) polus *Baehrens* 55 serenent *P, recte?* 56 siluna *P,* silina *ex corr.; corr. Baehrens*

Digitized by Google

Omnia tempore tuta;
Ast tua cura valebit
Noscere iura polorum.

B. M. B. —

772ª (*olim* 772)

INL. Campanianus. PATR. Olybrio

Maiorum similis, nostrorum maior, Olybri,
Stemma poetarum, regula dogmatibus,
Trade notas, quis quaeque nitent bene dicta priorum;
Dux bonus audentes prisca tropaea doce.
Clarius auctorum pateant quae pollice laudes
Scis bene cunctorum, conscius ipse tuis.

PATR Olybrius. INL. Campaniano

Stigmata cur spectas maiorum infigere dictis,
Cuius iudicium sufficit ad titulos?
Censuram spernunt, quae per te lauta patescunt;
Sit satis ad laudem complacuisse tibi,
Omnia doctorum quem sic cinxere tropaea,
Vt cedat titulis lingua diserta tuis.

772ᵇ

B. M. B. —

TVLLII

Fontibus in liquidis parvum requiesce viator
Atque tuum rursus carpe refectus iter.

58 tuto *P*

772ª. *Cod. Cavensis* 3 *saec. XI—XII* (*cf. Reifferscheid mus. rhen.* 23, 127 *sqq.*), *ubi fol.* 255 *ante libellum* De notis antiquorum *carmen legitur.* Inlustrissimus *et* patricio *explicandum est.* 3 q; que *C* 4 tropaea *sunt dicta notabilia* notis *quasi* pollice *monstrata* 6 bona *C* bene *scripsi* 11 cenxere *C* 12 disserta *C*

772ᵇ. *Sic ex cod. Monacensi* 19413 *s. XI—XII* (*cf. c.* 762) *fol.* 116 *edidit Duemmler Nov. Archiv. IV* 554. — *Vaticanus* 639 *s. XI fol.* 89 *v*: *Inscr. om.* 1 parum. — Tullii *etiam Sangall* 397 *s. IX fol.* 121.

Digitized by Google

CARMINA

CODICVM SAECVLI XII—XIV

773

B. VI 84. M. 1697.
B. II 158.

Vere rosa, pomis autumno, aestate frequentor
Spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo et vereor, ne ligneus ignem
Hic deus ignavis praebeat agricolis.

774

B. VI 85. M. 6981.
B. II 158.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o viator, ecce populus
Agellulum hunc, sinistra et ante quem vides,
Erique villulam hortulumque pauperis
Tueor malaque furis arceo manu.
Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista sole fervido,
Mihi virente dulcis uva pampino,
Mihi glauca duro oliva cocta frigore.
Meis capella delicata pascuis
In urbem adulta lacte portat ubera,
Meisque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit aere dexteram,

773—780. *B* = *Bruxellensis* 10615/10729 *saec. XII, quem solum ubique afferam.* ς = *libri saec. XV: Helmstadiensis* 332 (*H*), *Monacensis* 18895 (*M*), *Rehdigeranus S. I* 6, 17 (*R*), *Arundelianus* 133 (*A*), *alii.* Ver(Vir)gilii Catalepton ς, *om. B* 773—775 *sunt carmina Priapea.*

773. autumno pomis *B* ς, *transp. Lachmann* 3 lintieus *B* ligneus ς B^2 4 ignaris *B* ς -vis ς

774. *Constat iambis puris, nisi quod duo versus* (5. 9) *ab anapaesto, v.* 14 *a tribrachy incipiunt* 2 o ς, *om. B* ς 3 Agellum *B, recte* ς sinistre tante *BHM, corr Ribbeck* 4 uillam *B, recte* ς 5 Tuor *edd.* malas . . manus ς 6 corollo B^1 9 M. g. oliuo duro cocta frigo *B, similia* ς duro oliva (*om.* cocta) *Muretus. Anapaestum quidam delebant.* 13 dextram *B*

Teneraque matre mugiente vaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Proin, viator, hunc deum vereberis
Manumque sursum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque trux stat [†ecce] mentula.
'Velim pol' inquis? at pol ecce vilicus
Venit, valente cui revulsa brachio
Fit ista mentula apta clava dexterae.

B. VI 86. M. 1699.
B. II 160

775

Hunc ego, [o] iuvenes, locum villulamque palustrem
Tectam vimine iunceo caricisque maniplis
Quercus arida rustica fabricata securi
Nutrior: magis et magis sit beata quotannis!
Huius nam domini colunt me deumque salutant
Pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
Alter assidua cavens diligentia, ut herbae
Asper aut rubus a meo sint remota sacello,
Alter parva manu ferens saepe munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla,
Primitus tenera virens spica mollis arista,
Luteae violae mihi lacteumque papaver
Pallentesque cucurbitae et suave olentia mala,
Uva pampinea rubens educata sub umbra . . . .

14 Et tenera *Ribbeck* uacula $B\varsigma$. *Multa multi tentarunt* (Tenella *Dorville*) 15 Dum pr. [illegible]a. *B* 18 crux (*sic et* ς) uestat (estate e ς, ecce *add b*) mentula *B* trux *Is. Vossius* stat *Ribbeck* 20 ualenti $B\varsigma$

775. 1 o *add. Lachmann* 2 carisque $B\varsigma$ 3 formicata *B*, *sic vel* formata ς fabricata *Schrader* 4 Nutrior *B; sic vel* Nutrivi ς Nunc tuor *Scaliger* magus et B^1 sit *Vossius* ut *B* nunc ς fit *Baehrens, recte?* 5 diumque $B\varsigma$ 6 adulescens *B*, *om.* ς 7 colens *libri* cavens *L. Mueller* herba ς 8 aut *B*] ad ς ac *Ribbeck* sit *B* sit *vel* sint ς 9 manu *om.* ς saepe *Schrader* semper $B\varsigma$ laga *B* 10 Florida *B* 12 Luttee *B* 13 Palantesque *Heinsius*. *Post* 14 *hiberna munera desunt* (*cf.* 774, 9) (*Baehrens*)

Sanguine [haec] etiam mihi (sed tacebitis) arma
Barbatus linit hirculus cornupesque capella.
Pro quis omnia honoribus huc necesse Priapo est
Praestare et domini hortulum vineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas:
Vicinus prope dives est neglegensque Priapus.
Inde sumite: semita haec deinde vos feret ipsa.

776

B. M. — B. II 172.

Pallida mole sub hac celavit membra Secu[ndus],
Antiquis sospes non minor ingeniis,
Et quo Roma viro doctis certaret Athenis.
Ferrea sed nulli vincere fata datur.

777

B. II 182. M. 834. B. II 177.

Vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque
Maior, Homereo non minor ore fuit,
Illius haec quoque sunt divini elementa poetae
Et rudis in vario carmine Calliope.

15 Sanguinea $B\varsigma$ haec *add. Is. Vossius* Sanguine hanc—aram *Muretus* et mihi *B* 16 cornipesque ς cornu(usq; *erasum*)pesque *B* 17 omnia $B\varsigma$: *sc. bona. An* munera? (munia *Maehly*; mutua *Baehrens*) huc *scripsi* (*i. e. huc convertere*) hoc $B\varsigma$ 18 que ς, *om. B* 19 mala $B\varsigma$ -as ς 20 semitam $B\varsigma$ -ta ς

776. *In* ς *est post Catalepton* 5, 16; *deest in B.* 1 Callide (allide *R*) mage sub hec c(a)eli est iniuria secli $R\varsigma$; *ni fallor, emendavi. cf.* Pallida sub parvo clauduntur membra sepulcro *Poet. Caroling. I* 109. mole sub hac *ib. I* 114; 365. Monte sub hoc *AL* 261, 1. Sede sub hac *AL epigr.* 622, 1. celavit: *cf. Aegrit. Perdicae* 257. *Ovid. met. X* 736. latet *AL epigr.* 603, 1. conderet artus *ib.* 460, 2. iniuria *ex voce* membra *corruptum est.* Attide *et* incuria saecli *Ziehen. Baehrensiana vide apud ipsum.* 2 hospes ς, *correxi: i. e. dum sospes erat.* 4 Terrea *duo* ς

777. *Post Catalepta in* $B\varsigma$. 1 sira scocio *B* 3 poeta *B*

B. II 202. M. 865
B. IV 187.

778

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dis inmortalibus aequas.

779. 780

Vide nunc c. 760ª· ᵇ

781. 782

Vide nunc c. 812. 813

783

B. M. —
B. V 83.

[PROBI]

Vade, liber, nostri fato meliore memento;
Cum leget haec dominus, te sciat esse meum.
Nec metuas fulvo strictos diademate crines,
Ridentes blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem se regna tenere
Si meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles fragili tectură libelli:
Theudosio et doctis carmina nuda placent.

778. *Est in Rehdigerano (cf. ad c.* 773*) et Ambrosiano C* 68 *i. s. XIV* 1 T *om. R* 2 diis *R. Cf. Verg. ecl.* 5

783. *In Cornelii Nepotis libris post 'Aemilii Probi' vitas ducum extat. Ad Theodosium II 'calligraphum' carmen missum est. cf. Nepotis edd. Rothii et Halmii, Vogel ann. philol.* 1895, 779, *et praecipue Traube Sitzungsber. d. bayr. Akad.* 1891, 404. — *G = Guelferbytanus Gudianus* 166 *s. XII. p = Parcensis s. XV* ς *= reliqui s. XV* Probi *om. Gpς* Versus Probi Emilii *similia* ς 1 nostri *p* noster *Gς cf. Ovid. amor. II* 11, 37: Vade memor nostri, vento reditura secundo *et Hor. epp. I* 13, 19. 5 Communis cunctis *i. e. cum in omnes comis et affabilis sit* Eminet is cunctis *Traube* se *p* sed *Gς* 6 Si *scripsi* (= *siquidem*). Se *libri. Sic interpunxi.* 7 *cf. Ovid Trist. I* 1, 9; 11. 8 Theodosio *libri, recte?* nuda *i. e. sine tectura egregia vel coloribus*

Digitized by Google

Si rogat auctorem, paulatim detege nostrum
Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.

Corpore in hoc manus est genitoris avique meaque:
Felices, dominum quae meruere, manus!

784

B. M. B. —

Tullius Hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans Officiorum.
Quo solo ferus extinctus furor est Catilinae.
Consilio superum custos directus ad urbem,
Lux orbis patriaeque salus, mens tota senatus:
Hic plus sole micat, cruciatus propter honestum.

785

Augustino tributum B. M. B. —

Excedunt cunctos hi libros philosophorum
Libri quos fecit tres Tullius Officiorum.

11 meaque *G, om. p* meique ς Nepotis *Vogel* 12 dominum *i. e. domini gratiam* (?) emeruere *Nipperdey* Aemilii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium liber explicit *Gp*

784—785ᵇ. *Haec omnia medio aevo orta suspicor, sed* 784 *propter imitationem c.* 603—614, *praecipue c.* 605 *et* 613, *reliqua hic propter* Augustini *nomen coniuncta omittere nolui. F = Mediceus* 76, 20 *s. XII. M = Matritensis Nat. e III* 20 *s. XIV ex.* ς = *reliqui. In F Bandinium, in M Loewium sequor.*

784. 1 H. *M*ς] experiens *F*

785. Hos duos versus ut fertur de Cyceronis L. composuit Augustinus *Petrarcae* (?) *manus in F.* 1 Excedunt *F* Excellunt *M. Ad Tullium spectant hi quoque versus Sangall.* 820 *s. X p.* 64 *et Medicei* 50, 20 *s. XI:*

Tullius erexit Romanae insignia linguae,
Rhetoricas Latio dum sonat ore tubas.

Digitized by Google

785ª

B. M. B. — *Augustino tributum*

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.
Et qui non studuit, sunt illi gaudia rara.

785ᵇ

B. M. B. — *Augustino tributum*

Principium cui sola fuit divina voluntas,
Aetas non frangit demoliturque vetustas.
Dissolvit tempus quidquid producit adesse,
Si non ad praesens, constat quandoque necesse.
Ergo super tali qui luget conditione,
Aut nihil aut minimum claret rationis habere.

785ᶜ

B. M. B. — **RVSTICI**

Ter quinos animo suadente per ardua libros,
Augustine, trahens nobile condis opus,
Et quamvis dederis numerosa volumina mundo,
Haec tamen ingenii est maxima palma tui.
Una trium virtus deus est, quem divite verbo
Auribus infestum credula verba bibunt.
Ille pium tinxit calamum quem lingua locuta est,
Descripsitque tua se deus ipse manu.

785ª. *Riccardianus* 931 *s. XVI fol.* 15 *solus habet, praemittens* S. Augustinus.

785ᵇ. *Ioannes Sarisberiensis in Metalogico IV* 35: Augustinus . . in expositione Porphyrii . . Alibi quoque ait: Principium . . .

785ᶜ. *Cod. Phillippicus* 14917 *s. XII fol.* 1ª: Explicit Retractatio sĉi Augustini: Versus Rustici defensoris sancti Augustini: Ter *sqq.* (*cf. Mus. rh.* 31, 94). *Rusticium Elpidium putat Baehrens. Sequitur Augustini De trinitate.*
6 infestum *non intellego* corda *cj. Baehrens.*

Digitized by Google

786

Hermaphroditus

B. III 177. M. 1538. B. IV 114.

Cum mea me mater gravida gestaret in alvo,
Quid pareret, fertur consuluisse deos.
Phoebus ait 'puer est', Mars 'femina', Iuno 'neutrum':
Iam, qui sum natus, Hermaphroditus eram.
Quaerenti letum dea sic ait 'occidet armis,'
Mars 'cruce', Phoebus 'aqua'. sors rata quaeque fuit.
Arbor obumbrat aquas; conscendo, labitur ensis
Quem tuleram, casu, labor et ipse super.
Pes haesit ramis, caput incidit amne, tulique
Vir mulier neutrum flumina tela crucem.
[Nescio quem sexum mihi sors extrema reliquit;
Felix, si sciero, cur utriusque fui.]

786ª

DYNAMII

De Lerine insula

B. M. B. —

Inter praecipuas quas cingunt aequora terras
Nil simile in mundo est, sancte Lerine, tibi.

786. *Hoc quoque carmen medii aevi et quidem Matthaei Vindocinensis esse demonstravit L. Traube (Abhdlgn. d. bayr. Akad. I 19, 319). Retinui, sed solius libri Vindobonensis 2521 saec. XII antiquissimi lectionem attuli, qui Hildeberti Marbodique carmina multa habet.* Ermafroditus *inscr. et v.* 4 *V* 6 aquis (ł a *super* is) *V* 9 anne *V* 11. 12 *om. V; habet Paris.* 3761 *s. XIII. Cf. Nov. Archiv.* 8, 408.

786ª. *C = Closterneoburgensis* 723 *s. XII. Ex hoc et simillimo eius Goettweihensi* 64 *recentiore ed. pr. De Rossi Inscrr. Christianae urbis Romae II* 1, 70, *quem sequor, deinde Manitius a.* 1897. *Dynamius patricius Massiliensis, qui decessit a.* 601, *vitas scripsit sanctorum Lirinensium.* Incipit de L. i. laus Dinamii *C* 2 similis mundo esce (*i. e.* ẽ sce) *C* sancta *puto.* — *Lerine prope a Fréjus (Foro Iulii) et Cannes abest.*

Digitized by Google

Optima quae vivo fundata est insula saxo
Et super ornato tegmine plana viret.
Dives multiplici laetatur silva colore;
Arboribus mixtis fert coronata comas.
Per nemus umbrosum ventorum flamina vitat
Et portum sanctis praeparat illa viris.
Vt caret haec nunquam foliis nec tempora mutat,
Sic meritis semper pectora [viva] tenet
Prisca redivivo quo constat regula cultu,
Quo grex agnorum non timet ora lupi.
Culmine Honoratus meritis et nomine dictus
Floruit hic primus incola, Christe, tuus.
Postquam sancta viri perrexit fama per orbem,
Vix [alium] meruit dives habere patrem.
Hic novus antiquum iecit ad leta draconem,
Nec post hic rabidus horrida fauce nocet.
Quod si vel casu veniat in litore serpens,
Vivere non ultra noxius ore potest.
Iustorum hoc opus est, ut nostri funeris auctor
Pellatur victus, vitā iubente mori.
Sic electa deo praecellit insula saeclo,
Quae tot perfectis gaudet amoena viris.
Temnere mundanas optat qui mente procellas,
Invenit hic valvas iam, paradise, tuas.

786ᵇ (*olim* 913)

ALEXANDRI

B. V 42. M. 1029.
B. Fragm. p. L. p. 409.

De ordine planetarum

Sortitos celsis replicant amfractibus orbes.
Vicinum terris circumvolat aurea Luna,

4 ornata *C* 9 tempore *C, recte?* 10 viva *add. De Rossi* 14 tuis *C* 15 porrexit *C* 16 Vix meruit aridas *C* 17 ieč ad letha *C* 18 rapidam *C* 21 upus *C* n.] m̃ *C* 24 amoena *De Rossi* agmina *libri*

786ᵇ. *Est in C = Cantabrigiensi Trin. O* 2, 24 *s. XII, quem mihi contulit Sinker. Sed et Chalcidius p.* 71 *apud*

Quam super invehitur Cyllenius. alma superne
Nectareum ridens late splendet Cytherea.
Quadriiugis invectus equis Sol igneus ambit
Quartus et aethereas metas, quem deinde superne
Despicit Armipotens. sextus Phaethontius ardor
Suspicit excelsum brumali frigore sidus.
Plectricanae citharae septem discriminibus quos
Assimilans genitor concordi examine iunxit.

787

B. II 172. M. 833.
B. IV 443.

Cum foderet gladio castum Lucretia pectus,
Sanguinis et torrens egereretur, ait:
'Testes procedant, me non favisse tyranno,
Sanguis apud Manes, spiritus ante deos.'

Baehrens l. c. habet, ubi alia quoque ab eodem ex graeco conversa invenies. Alexandri aut potius Anaximandri Milesii ex eius sphaera cuius Diogenes Laertius [II 1, 3] meminit *Pithoeus qui sua manu (testibus Schedis Heidelbergensibus) exemplari suae editionis c. adscripsit.* Consentit his Alexander Milesius ita dicens *Chalcidius.* Alexander *C* 3 supernę *C* superni *Pithoeus* -rne *Meyer* 4 Necta suum *C* 5 Quadrigis *C* quem] quę *C* 6 -rnę *C* 7 Respicit *Pithoeus* phetontius *C* 8 Suscipit *C* 10 Assimilem *C* fixit *C*

787. *V* = *Valentianus* 145 *s. XII* *B* = *Berolinensis Phillippicus* 180 *olim* 1694 *s. XII—XIII.* *Q* = *Parisinus* 14194 *s. XII—XIII.* *R* = *Remensis* 739 *s. XIV.* *P* = *Paris.* 8413 *s. XV.* *C* = *Cassellanus ph.* 4, 17 *a.* 1462. *ς* = *alii recentes.* *O* = *Otto Frisingensis, qui primus c. a.* 1145 *attulit* (*chron. II* 9) Hildeberti *Q* *At Hildebertus ipse* (*Migne* 171, 1447): Scribit et *Ovidius* super ipso crimine versus: Cum *sqq.* — *Sequor V.* *Inscr. om. VB O alii* Versus cuiusdam de Tarquinio et Lucretia *catalogus monasterii S. Oyan s. XI confectus* (*mus. rhen.* 48, 284) Epitaphium Lucretae Romane *P* Pulcre quidam *O* 1 Dum *PQ* f. ferro *PQO* 2 Sanguis *P* egrederetur *QCO* egredietur *P* 3 Proc. t. *CO* Accedant *P* *v.* 4 *ita amplificatur in BQR:* Ante uirum sanguis sp. ante deos. Quam bene testes hii (*sic R* producti *Q*) pro me post fata loquentur: Alter apud manes, alter apud superos.

788

Vide nunc c. 674ª.

789

B. M. B. — EVCLERII comitis

O pater omnipotens, celsi dominator Olympi,
O terrae pelagique sator, qui sedibus olim
Missus ab aethereis, humano corpore nasci
Non indignatus, caedis cruciatibus atrae
Mortales avidi rapuisti e faucibus Orci,
Dirige vela precor; curvo diducere rectum
Densaque Romulei dignoscere iura senatus
Ingenio permitte meo. qua luce reperta
Fas mihi sit populis reserata resolvere iura
Atque inter nebulas legum dignoscere causas.

B. III 145.
M 939. B. —

790

Lingua brevis, brevitate levis, levitate movetur,
Mobilitate loquax, garrulitate nocens.

B. M. —
B. III 169.

790ª

Versus in quo totae XXIII litterae continentur

Sic fugiens dux zelotypos quam karus haberis.

789. *In codice Claudiani Petaviano saec. XII—XIII (cf. Claudianus ed. Burman. p.* 707. 741 *sq.) N. Heinsius hoc carmen post Claud. epigr.* 45 *manu rec. scriptum in mg. inuenit.* Euglerius comes *inscr. Pet.; hunc nobilitati urbis Romae saeculi quarti ascribendum puto.* 6 precor *Heinsius* tuo *Pet.*

790. *In codice saec. XIII talia continente se invenisse Duebnerus (ztsch. f. alterth. 1 p.* 1 *sqq.) narrat. Est in Cantabrig. Trin. R* 14, 40 *s. XIV. Videtur medii aeui.*

790ª. *Ed. Baehrens ex cod. Veneto Bessar.* 497 *saec. XII.* quam icarus *cod.*

791

PATRICII

B. M. B. —

Plurima mira malum signantia signa futurum
Sive bonum dederat clemens deus, arbiter orbis,
Vt terreret eos, quos illa videre volebat.
Omnia paene loca, quibus haec iam facta fuerunt,
Tempora cuncta simul brevitas intacta reliquit.
Tres simul in caelo visi sunt currere soles;
Terribilem quaedam tellus effuderat ignem;
Maxima pars noctis fulgebat luce diei;
Ecce lapis cecidit de caelo magnus in amnem;
Circulus et solem circumdedit aureus altum.
Agnus in Aegypto mirum fuit ore locutus;
Bos loquitur Romae simulanti voce prophetam:
'Copia farris erit nobis hominesque peribunt.'
Spicas turba hominum iam vidit in arbore natas;
Panibus abscisis sanguis quoque fluxit habunde
Coram convivis, quos signum terruit illud;
Bos peperit dudum in †lectis conventibus agnum;
Armatas multis acies equitesque diebus
Aēre pugnantes crudeliter arma movere
Ante quidem cives viderunt tempora belli;
Natus equus fuerat totus homo tempore nostro
Aque homine hinnitum faciens quoque moris equini,

791. Incipit de diuersis signis et prodigiis mundi quae fecit deus ut terreret homines quae descripsit sĉs Patritius ybernie eṗc. *P* = *Parisinus* 4126 *s. XIII fol.* 12*r*. *Primus edidi ed. pr. Contulit mihi denuo Lebèque. S. Patricius Hiberniae episcopus mortuus est a.* 492. 4 fta *P* 5 intacta *P* 6 cter *P* currere *scripsi* 7 q̄dā *P*: *num* quondam? 9 ampnem *P* 10 Eirci (s *add. m.* 2) *P* 12 simulāt *P* ꝑphē *P* 15 avulsis *Buecheler* 16 ɔiuius *P* 17 in l7tis *P* inlicitis *conieci* 19 Aer *P* 20 Aū *P* 21 corpore nostro *Buecheler* 22 Atque *P*, *correxi* hoīe *P* ore *Buecheler*

Tam comedens fenum, quam panem et cetera edebat;
Natus erat duplex homo vivens tempore longo,
Quadrimanus, bipes atque biceps et pectore bino,
Atque duas animas unum ventremque gerebat.
Quorundam pars posterior nova verba sonabat.
Tunc mirabiliter cantans modulamina quaedam
Vox avis audita est dicentis talia verba:
'Mane novo surgens dominum laudabo potentem.'
His ita prodigiis signisque per omnia dictis
. . . . . .

B. M. —
B. V 388.

792

Tres sunt fatales quae ducunt fila sorores:
Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

793

B. I 3. M. 561.
B. V 388.

De Iove et Neptuno et Plutone

Iuppiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto
Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.

24 niuẽs *P, em. Buecheler* 27 nona *P* souabat *P* 29 Nox *P* úla *P* 30 dn̄u *P* 31 Hiis *P. Supple: 'deus homines terrebat, sed manebant in peccatis suis.' — Cf. Hymnus alphabeticus in laudem S. Patricii tunc viventis, Secundino episcopo adscriptus* (*Migne* 53, 837).

792. *Versus leonini medii aevi: ib. fol.* 104 *et in Burneiano* 224 *s. XIII p.* 358. 2 Cloco *P* Cloto *B* attropos *P*(?)*B. Est in Ang. Maii Mythographis I* 110; *II* 14. — *Fol.* 103 *v. hi versus extant in P:*

En ego rex Macedum genitus de rege Philippo,
Post Darii mortem victor in orbe manens,
Multos devici veniens huc usque triumphans,
De quo sit testis ista columpna michi.

793—797. *P = Parisinus* 3761 *s. XIII.*

793. Iupit̃ *P*

Digitized by Google

794

B. M. — B. V 388.

Conquerar an sileam? monstrabo crimen amicae
An quasi iam sanus vulnera nostra tegam?
Non queror aut molles oculos aut aspera crura
Nec vitio quovis exteriora premo:
Quod queror, est animi! laudaret cetera livor:
Verba fide, vitiis lubrica forma caret.
Illa decem menses mecum feliciter egit
Gratis in amplexus docta venire meos:
Aemulus ecce meus gemmis male fisus et auro
Hanc petit, ingeminat munera, flectit eam.
Muneribus vicit, quoniam natura vel usus
Praeter flagitium nulla dedere sibi.
Thersiten gerit in facie, gerit intus Oresten:
Pulcrior iste tamen, mitior ille fuit.
Non prius incurrit leviores ille reatus
Nec gradibus certis destitit esse bonus,
Set simul omne nefas auso puerilibus annis
Iam praeter facinus nulla licere putat.
Turpis atrox exlex, naturae crimen et hostis
In luctu ridet, flet nisi flenda videt.
Sufficit exemplis totum corrumpere mundum,
Sufficiunt sceleri nomina nulla suo,
Quippe tot illicitis famam lacerare laborat,
Vt nulla redimi laude vel arte queat.
Cur igitur placuit? quid honesti vidit in illo,

794. *Nescio an antiquum sit, Hildeberti esse suspicatur Hauréau.* F = *Florentinus bibl. Aed. Eccl.* 197 *s. XII—XIII, fol.* 120. P *mihi contulit M. Bonnet a.* 1875. *Primus edidi.* 1 *cf. Ov. met.* 9, 147. C *om.* P 3 H (*i. e.* N) P 5 laudarit *Baehrens* 11 qm̃ P vel] ł F lis P 13 Tersitē PF faciē P horestē PF 14 ille—iste F 15 Nā F 16 certis (c'tis) P ceteris (cet'is) F ēē P] ōē F 17 ausus F pueribib; P 23 formam PF, *correxi* 25 honesti F, *Buecheler*: in isto P

Quem iam nulla sequi praeter honesta pudet?
Cur, inquam, placuit? dignusne placere puellis,
Qui non exilio sed cruce dignus erat,
Lapsus in excessus tantos, ut nulla putaret
Deteriora fide vel potiora dolis?
Cur placuit letale nefas, cur dedecus orbis,
Cur tam terribilis larva pudorque patris,
Qui non tam locuples rebus quam pauper honesto
†Et minus infamis quam vitiosus erat?
Crimen opes redimunt, reus est crucis omnis egenus,
Et laudes hominum pensat acervus opum.
Hic quoque nec vita nec nobilitate parentum
Nec specie placuit, sed quia dives erat.
Divitiis animum tenerae turbavit amicae
Divitiisque patent oscula crura sinus.
Iam nec pura fides nec largi gloria sensus
Nec probitas morum nec bona fama iuvat:
Aurum sinceras solitum praevertere mentes
Mortales animos in scelus omne vocat.
Aurum dum speret, nil iam negat Hectoris uxor,
Iam populo iungi sustinet asse dato.
Dona truces animos et verba severa relaxant:
Penelope donis altera Thais erit.
Sed iam Thais erit Iunone severior ipsa,
Si nullas habeat pulcher amator opes.
Vos igitur iuvenes, quos nondum fervor amoris
Attigit, illarum laudo cavere dolos.
Nam licet uratur, tamen in complexibus ipsis
Quaeque salictores quaerit habere novos.

26 p̃t̃ *P*] pater *F* 27 umquam *F* 28 exitio *ed. pr.* 31 Curı̃ *F* pl///acuit *P* nephas *P* 33 $\overset{a}{q}$m *P*] q (= qui) *F* 34 informis *Baehrens* uicios *P* 40 oscula *Bonnet* hostia *PF* 41 Nam *F* 43 pervertere *Baehrens* 47 serena relaxat *F* 48 tahis *F* 50 hāt *P* pulc̃ *P* 52 Atigit *P* 54 sanctores *F*

Digitized by

Protea multiplicem solet ars retinere, sed illas
Quin elabantur, nil retinere nequit.

795

B. M. — B. V 390.

Lumina, colla, genae, flavi flexura capilli
In Ganymede suo flamma fuere Iovi.
Iuppiter in puerum quaerens sibi pauca licere
In puero statuit cuncta licere deus.
Oblitusque poli curas et murmura divum
Et linguam laesae coniugis atque Iovem
Iliacum tulit ad superos, ad sidera sidus,
Et se tunc tandem credidit esse deum.
Vtque puer pelex visu tactuque liceret,
Oscula nocte Iovi, pocula luce dabat.

796

B. M. — B. V 390.

Ad cenam Varus me nuper forte vocavit:
Ornatus dives, parvula cena fuit.
Auro, non dapibus decoratur mensa; ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego 'non oculos sed ventrem pascere veni:
Vel tu pone dapes, Vare, vel aufer opes.'

797

B. M. — B. V 390.

Graecinum virgo, puerum Graecinus amabat
Et puer in sola virgine captus erat.

55 Prothea *PF* valet *Buecheler* 56 Qui uel abũtur *P, recte F* nequid *F* (*cf. Commodiani c. apolog.* 217 numquam noluerunt): valet *Bonnet, Sedlmayer*

795. 7 Iliaden *Ov. met.* 10, 160. 9 placeret *Buecheler*

796. *R* = *Remensis* 1043 (743) *saec. XIII ex.; coll. in Novo Archiv.* 18, 516. 1 Ad mensam V. dives me f. v. 2 Illic ornatus, p. c. f. 3 Servili pompa dec. cena; min. *R* 4 oculis *P* mense *R* 6 Aut tu *R*

797. 1 G *om. P.* —

Digitized by Google

Tradidit hanc puero Graecinus, se puer illi,
Et fruitur voto virque puerque suo.

B. M. —
B. V 382.

798

Signifer aethereus, mundus quo cingitur omnis,
Astra tenet tantum se sede moventia septem;
Caetera nam proprio stant semper in ordine fixa.
Saturni sidus summa concurrit in arce
Ter denoque suus completur tempore cursus.
Inde Iovis cursus bis senis volvitur annis;
Sic Mars quingentis †rubeus quadraginta diebus.
Ast uno Solis completur circulus anno,
Trecentis Venus octo et quadraginta diebus,
Mercurius centum triginta novemque diebus.
Bis denis septemque diebus Luna peragrans
Octo horisque simul proprium sic conficit orbem.

B. V 117.
M. 1057. B. —

798ª (*olim* 906—908)

Est ubi non imber nec ros dilabitur umquam,
Est ubi nec nix est nec glacialis hiems,
Est sine vite solum, quaedam [est] sine matre propago.
Est sine rege tribus, est sine nave fretum. —

Non sine mors gemitu, non partus absque dolore,
Non nix absque gelu, non notus absque sono.

798. *P* = *Parisinus* 7461 *saec. XIII fol.* 17. *Contuli. Num medii aevi est?* 2 ten9 *P* se sede *Baehrens* seseque *P* 7 Et, *suprascr. m.* 1 † sic, *P* rubeu' (*sic*) *P* ruit et *Ziehen* rubens *Angelonius De Marte Venere Mercurio Luna falsa narrantur* 11 septem atque duobus *Orellius ed. Phaedr. p.* 242.

798ª. *P* = *Parisinus* 18275 *s. XIII fol.* 23. ***Contuli*** *a.* 1906. *V.* 1—18 *ed. pr. Pithoeus. Poematia inter se vix cohaerent.* 3 est *add. Pithoeus* 4 rege *Pith.* mātrege *P* 5. 6 dolore *et* sono *scriba P commutavit, sed correxit* nix *sic P (errat Pithoeus)*

Absque calore focus non est nec amore puella,
Non sine carne pilus, non sine pelle caro,
Non sine matre puer, non est sine vite Lyaeus,
Non sine pisce lacus, non sine sorde palus,
Non sine laude pius, non est sine crimine latro,
Non sine fraude forum, non sine mure penus.
Non urbs absque malo, non scortis absque lupanar,
Non sine voce sonus, non sine luce dies.

Dulce sopor fessis et terris flumina siccis,
Dulce patri proles divitibusque gaza.
Tela viro decus est peplumque columque puellis.
Laus sine lite domus, laus sine fure locus.

Scire aliquid laus est, et nil nescire verendum:
Nam sine doctrina quid nisi turpis homo?

Visus, auditus, tactus, olfactus, hiatus:
Vnum quinque duces sub vice corpus alit.
Dant oculi lacrimas, auditus concipit auris,
Cor dolet, os loquitur, nasus odore sapit.

Armeniae tigres, Libyae fert terra leones,
Est elefas Indis, tura Sabaeus habet.
Grifes hyperboreae septem subiecta trioni
Genti non absunt, aemula pestis edax.

799 (*olim* 898)

B. III 118. M. 133. B. —

[Auro quid melius? iaspis. quid iaspide? sensus.
Quid sensu? ratio; quid ratione? modus.]

19—28 *adhuc inedita* 19 ad *P* aliquid *puto* 21 hyat' *P* sub vice *i. e. invicem?* 27 G ifes yporee *P.* — *Fortasse hi versiculi medii aevi sunt.*

799. *E* = *Escorialensis Q* I 11 *s. XIII* (*ap. Hartel Bibl. p. Hisp. p.* 218). *L* = *Laurentianus* 36, 18 *s. XV.* *O* = *Ottobonianus* 643 *s. XV.* *V* = *Vindobonensis*, *A* = *Augs-*

Quid levius fama? fulmen. quid fulmine? ventus.
Quid vento? mulier. quid muliere? nihil.

---

800 (*olim* 872)

B. II 203. M. 249.
B. IV 188.

Epitaphium super Vergilium

Pastor arator eques pavi colui superavi
Capras rus hostes fronde ligone manu.

De capris pastis, de rure sato, hoste subacto
Nec lac nec segetes nec spolia ulla tuli.

B. M. B. —

801

De adventu cuiusdam novi magistri

Lucifer exoritur, emittunt sidera lumen;
Quom latuere diu lumina, stella nitet.

burgensis nunc Monacensis. Medii aevi puto. 3, 4 *E sequor. v.* 1—2: *Pithoeus; v.* 3—4: *E L A; v.* 1—4: *O V.* — Senece uersus *O et* (*ad* 1 *et ad* 3) *V* 2 modus *V O:* deus *Pithoeus* 3 leuior *L* farsa *ex* flāma *E* Vento quid levius *O A V* ventus *E*]fama *L V*, flama *O*, fumus *A* 4 Fama quid *O V*, Quid fama *L*, Fumo quid *A*

800. *H = Hauniensis* 2007 *Q, s. XIII. A = Ambrosianus C.* 68 *inf. s. XIV. O = Ottobonianus* 643 *s. XI*[-] *(quem contuli) W = cod. Wattenbachii, cf. Anz. f. K. d. deutschen Vorzeit* 1867 *p.* 111. *G = Gothanus IV* 1047 *s. XV. B = Bernensis* 457 *s. XV. M = Matrit. M* 15 *s. XV.* Epitaphium super uirgilium *A G, om. H W.* Versus Virgilii *O M* 1 colui *H G*: seui *A O W B M* 2 rura *B* fr. lig. m. *H*]quaeque (quodque *W*) labore gravi *A O W G B M* 3. 4 *om. H W* de *B, om. rell.* sāto rure *puto* hoste *B*, hosteque *reliqui* 4 sp. uilia *B* ulla sp. *G*

801—803. *Cod. Remensis* 739 (743) *s. XIII—XIV, unde ed. Ellis, Journ. of philol. IX* 190 *sq.*

Ad 801 *cf. Hildeberti* (*ed. Beaugendre a.* 170) *p.* 1323: Sidera caligant radio privata sereno *sqq.* 2 Quom (*ex* Quod) tacuere *cod.* latuere *scripsi*

Digitized by

Nube prius latuit lux non extincta sed absens:
Non sibi sed mundo perdita stella nitet.
Nube carens, depulsa die, dans lumen Olympo
Mundus ovat, fugiunt nubila, stella nitet.
Quam gallus totiens cantu praedixerat, ecce
Lux oritur, mundo reddita stella nitet.
Per gallum formam, per lucem signo magistrum;
Hic canit, illa refert; haec nitet, ille docet.

802

B. M. B. —

Vulpe salitur ovis, dum densis vepribus haeret:
Hac Ligures genitos fabula stirpe refert.
Impliciti sunt sex vitiis: a vepribus unum,
A vervece duo, cetera vulpis habet.
Gens ea vepre tenax, ove supplex, vellere mollis,
Gens ea patre suo cauta, dolosa, pavens.

803 (*olim* 897)

B III 275. M. 262.
B. V 391.

Parce, precor, virgo, toties mihi culta videri sqq.

804

De quieta vita

B. M. —
B. IV 57.

Phoebe, fave coeptis nil grande petentibus aut quod
A te transferri turba maligna velit.

802. *In eodem. Vix antiquum. Post v.* 4 Sermo sancti Iheronimi *cod., quod non intellego.*

803. *Et in Remensi et in Phillippico Berolin.* 180 *olim* 1694 *s. XII—XIII extat, et hoc quidem teste Godefridi Remensis poetae s. XI videtur; quare nunc omitto. Cf. Catalogus codicum Phillipp. ed. Rose p.* 403, *et Wattenbach Nunt. acad. Ber.* 1891, *I* 107. *Medio aevo ed. pr. attribui.*

804. *F = Fuerstenfeldensis (Monac. lat.* 6911) *s. XIII—XIV. ed. pr. Baehrens Mus. rhen.* 31, 271, *Petronio tribuens; O. Rossbach Diss. Vratisl.* 1882 *p.* 16 *sq. Senecae esse opinatur. Inter* 440 *et* 437 *F.* 1 Phebe—ceptis—quot *F* 2 Ad se *Rossbach dubitanter*

Digitized by Google

Divitias averte; alios praetura sequatur
Optantes, alios gratia magna iuvet.
Hic praefectus agat classes alienaque castra
Laetus sollicita †sollicitate roget,
Bis senos huius metuat provincia fasces;
Audiat hic plausus ter geminante manu.
Pauperis arva soli secura[que] carmina curem,
Nec sine fratre mihi transeat una dies.
Otia contingant pigrae non sordida vitae,
Nec timeat quidquam mens mea nec cupiat;
Ignotumque diu solvat non aegra senectus
Ossaque compositi frater uterque legat.

B. M. —
B. IV 189.

805

Aeneas et Amor, pariter Iocus atque Cupido
Sunt nati Veneris diversis patribus orti.
Anchises primum genuit Mavorsque secundum,
Vulcanus quartum; Iove natus tertius astat.
Eloquio primus dulcis, dat amara secundus,
Tertius illecebras, fervorem denique quartus.

806 (*olim* 930)

B. M. —
B. V 413.

Argumenta Lucani

I

Proponit primus liber, invehit, invocat atque

3 aueste *F* 4 gra *F (scil. imperatoris)* 5 pfectus *corr. ex* profectus *F* 6 sollicitate roget *F* sedulitate regat *Baehrens* 9 que *add. Baehrens* 10 me *F*: sine *Baehrens* ulla dies? 14 compositi *F*, combusti *Baehrens*

805. *Ed. Baehrens ex cod. Phillippico* 2290 *saec. XIV et Canoniciano lat.* 52 *s. XIV.* 2 partibus 5 arma *codd.*

806. *Cf. Opitz, Stud. Lips.* 6, 308, *qui antiqua esse negat. — E T contulit Loewe, cuius collatione utor E = Escorialensis g III* 6 *saec. XIV. T = Toletanus caj.* 101, 31

Exponit causas, cursus properantis ad urbem
Caesaris et nimios hic narrat in urbe timores.

II

Quadruplices questus libri pars prima secundi
Continet; eiusdem pars proxima verba Catonis
Et Bruti. dicit, quo foedere Martia nupsit.
Hostis in occursum ducit pars tertia; Magnum
Opposuisse manus notat et quod Caesaris ira
Cuncta ruunt. arcesque capit, cedentibus instat.
Ast uni vitam tribuit qui nuntius hosti,
Exemplumque fuit; quo viso Magnus ad omnes
Turmas ipse suas hortandas magna minatur.
Hinc pars quarta notat Pompeium tunc properasse
Brundusium; tandemque videns maris ostia claudi
Hesperiam puppesque duas in parte reliquit.

III

Tertius exponit primo quid Iulia dixit,
Quid Magnus fecit, audax quo Curio missus.
Altera pars libri dicit, quod Caesar in urbem
Ivit opesque dedit Romae nolente Metello
Militibus, Magnique notat qui signa sequuntur.
Vltima quod tendens Hispanas Caesar ad oras
Massiliae stetit: hanc sed vicit in aequore Brutus.

anno 1449 *scr. Omisi libros Oudendorpi recentes et Barthii Adversariorum l.* 37, 8 *codicem 'ante sexcentos annos scriptum.'* 1 Preponit *E* 2 Causas exp. *T* 3 hic *T*, *om. E* narat *E* in *om. T* 4 questus] narrat *E*, *Barth* 7 occursu *E* dicit *E T, corr. Barth* 8 Composuisse *E* iras *T* 9 *om. T* Cuncta et nunc cunctisque capit *E* 12 Turbas *T* hortandus *T* 13 Hic *T* quarti *E* quinta *edd.* uocat *E* 14 Brundixium *E* 15 parte *Buecheler* mare *E* morte *T* relinquit *E* 17 fecit *Burmann* fuerit *E T* qui *E* 20 secontur *E* 21 Vltimo *T* que *E* C.] cessit *E* horas *E* 22 sed hanc *E*

IV

At quarti libri narrat pars prima, quod ivit
Caesar in Hispanos ad iussa ducesque reversos.
Mortem Vultei cum multis altera pars dat.
Vltima, quod Varum pepulit campoque fugavit
Curio, fraude Iubae cecidit qui strage suorum.

V

In prima quinti Pompeio Roma regenda
Est data. multa timens pro se responsa recepit
Appius; exponit pars proxima seditionem
Sedatam poena. mare transiit urbe relicta
Caesar, qui questus, quod non Antonius ultra
Iverat, expertus fuit ipse pericula ponti.
Vltima, quod posita mansit Cornelia Lesbo.

VI

'Postquam castra' notat, quod Caesar victus ab hoste
Fugit in Emathiam, quamvis clausisset is ipsum.
Hinc et Thessaliam quae sit gentemque profanam
Describit. damnat Sextum non digna petentem.

VII

'Segnior Oceano' casu quo bella geruntur
Ostendit primo, sic et quae dixit uterque.
Proxima pars bellum describit, et ultima, Magnum
Devictum cepisse fugam. Sed Caesar habendas
Militibus monstravit opes castrisque recedit.

23 Ad *E* quarta *T* magna pars *E* 24 in *Barth* (ad *E T*) 25 ultei ca m. *E* 26 narrum *E* 27 iuste *E* morte *E* strage *T* 29 Et *E* 30 Apius *E* sedit. *hucusque E* 31 transit *T* 33 p. Martis *Barth* 35 P. c. duces notatque cesar ab h. *T* *Hinc ab ipsis librorum initiis incipiunt.* 37 querit *T* 38 signa potentem *T* 39 gerentur *T* 43 mostr. o. castriq; resedit *T*

Digitized by Google

VIII

'Iam super Herculeas' quo fugit, denotat atque
Quid dixit [Magnus] . . quando quaerere Parthos
Consuluit: sed cassa fuit sententia Magni.
Parsque secunda notat Pompeium morte peremptum
Indigna; Phariis pars ultima datque sepulcrum.

IX

'At non in Pharia' dicit, quod bella Catoni
Libertate placent, qui Sextum multa minantem
Corripuit, postquam scivit de funere Magni.
Altera pars multos correptos voce Catonis
Dicit per Syrtes fore multa pericula passos.
Tertia quod Caesar simulavit ferre dolorem
Nec doluit saevus generi cervice recisa.

X

'Vt primum' primo notat ut perrexit ad urbem
Aegypti Caesar et ut est Cleopatra locuta.
Et dapibus sumptis Nili disquiritur ortus.
Parsque secunda refert famulos qui fata parabant
Prava duci caesos adversa nefandaque passos.

807 B. M. B. —

Ad fora pictoris dum numina lignea gestans
Venalesque deos tendit asellus iners,
Vertice detecto vel flexo poplite turba
Obvia cum precibus numina sancta colit.

45 Magnus *Burmann*] multis qd *T* 53 sirthes *T* 56 At pr. *T* 59 feret *T*

807. *V* = *Vaticanus* 5088 *s. XIV fol.* 82. 83. *ed. Rossbach, Philol.* 54, 141. *Aviani censet Rossbach, antiquitatis dubiae Crusius. 'Vertice detecto' adorare (v.* 3) *vereor ne antiquum non sit. cf. et v.* 13. — *Aliter Aesopus ed. Halm.* 324; 324b. *Babrius* 129. 2. 5 inhers *V*

Digitized by Google

Gaudet iners tanto secum sublimis honore,
    Virtutes. mores, gesta, genus numerans.
Sors vaga cuncta rotat: olitorem nactus asellus
    Allia cum porris fertque refertque forum.
Horret turba procul et olenti cedit asello.
    Hic stupet ignarus et gemebundus ait:
'Cur sic contempnor? cur tanti cessit honoris
    Gloria? quae coluit me modo, turba fugit.
Haec est lex mundi: genitum consistere quicquam
    Non valet. Hic factus †portheor alter ego.'

Se putat indigne mutatum functus honore,
    Post positos fasces vilis ad ima cadens.

7 olicorem *V* 8 finum *V* 12 gloriar? *V* 14 protenus *Crusius ib.* 488. 15 indigno *V, correxi* 16 yma *V*

CARMINA

CODICVM RECENTIVM

Digitized by Google

Olim 799—830 *ed. pr.*

Vide adnot. crit.

808

B. M. —
B. V 112.

Aegritudo Perdicae

Dic mihi, parve puer, numquam tua tela quiescant?
Non sat erant frondes, non undae nec fera nec fons?
Non Satyrus, non taurus amans, non ales et imber?
Non tristes epulae, post quas petit aëra Tereus?
Hoc tibi restabat postremum, saeve Cupido:
Ad dirum matris iuvenem conpellis amorem!
Mută, precor, flammas alioque intende sagittas:
Quid possit nosti pietas. ah, perfida mater,

799—830. *Hoc loco in ed. pr. fabulas Perottinas posui, quae tamen cum Phaedri ipsius et sint et esse putentur, a nostra sylloge alienae sunt.*

808—810. *H* = *Harleianus* 3685 *s. XV fol.* 21 *sqq. Cf. etiam c.* 719[b]. *Ed. pr. Baehrens a.* 1877 *et multa correxit; quem in singulis non nominabo. Praeterea collatione Noltei usus sum aliaque, quam Duemmler mihi miserat.*

808. Incipit egr. perd. *H* 3 satirus . . alis *H* 4 per quas *H* ethereus *H* 5 ubi testabat *H* 6 At dirum in m. *H*, *em. Rossberg* (*cf. ann. philol.* 1878 *et* 1881) 7 aliasque *H* 8 ah *scripsi* et *H* perfida *H*, -de *Rohde*

Est Paphiae quam triste decus †arcere furorem.†
Claudite nunc animos miserandaque pectora, matres,
Ne scelus hoc vestras iteratum polluat aures
Neu vos sollicitas temptet dolor iste nefandus
* * *
Viderit ac simili poena commissa recuset.
Namque omnes superos et cetera templa deorum
Ture pio sacroque mero votisque colebat,
Oblitus Veneris puerique oblitus Amoris.
Hinc offensa dea est, haec diri causa furoris,
Hinc quoque partus amor redeunti ad tecta parentum,
Infelix Perdica, tibi — nam nuper Athenas
Venerat et studiis animos praebebat et aures —;
Hinc quoque regreditur matris periturus amore.
Infelix qui Cecropias nunc deserit arces:
Iam praeda est Veneris; iam flammis atque sagittis
Armatus tenuit servans iter omne Cupido.
Lucus erat variis in frondibus, undique saeptus,
Quem Phoebi Daphne foliis diffusa tenebat
Et myrtus Paphies, speciosi testis Adonis,
Egrediturque solo fundens sua brachia pinus —
Hac Phrygius pastor spernens in amore Cybeben
Desertusque viro per tympana plangitur Attis —
Fonsque regit medio nota per gramina lapsum:
Illic dispersi flores mixtique colores
Ostendunt, Veneris quid amor; nam candidus illic
Flos Narcissus amat veteris vestigia fontis

9 decuis *H* deae marcere furore *Baehrens.* 10 matrum *H* 11 Nec *H, em. Hiller in litteris ad me datis* iterato *H* pollulat *H, corr. m. pr.* 12 Neue soll. *H, em. Hiller. Nulla lacuna in H* 13 recussit *H* 14 et terrat *H* 15 Tu te pro *H* 16 amore *H* 17 duri *H* 18 redeunte *H* 19 Infoelix *H* perdica *bis H* aethenas *H* 22 cecropeas *H* 24 Armatñ t *H* 25 *interpunxi* 26 Quae phebi solus dafnae difussa *H* 27 tectis *H* 28 Erigiturque *Baehrens* 29 Hanc frigidus *H* ebebe *H* 30 Desectusque virum *Baehrens, recte?* 31 rigat *Ellis* torta per *conieci* mota *Ziehen* lapsa *H* 34 ueneris *H*

Digitized by Google

Et rosa purpureum spargens per prata ruborem;
Seu Veneris cruor est seu flamma Cupidinis ista
Nescio, sed gratus memini, quia servit amori.
Hunc lucum Filomela tenet: circumvolat alis
Et dulcis queritur fetus suspensaque ramo
* * *
Lucus Amoris: erat delapsus [ab] aethere pinnis.
Namque illi conquesta Venus mandaverat ignis.
Paruit imperio matris pharetramque sagittis
Plenam fundit humi tollitque e pluribus unam
'Hoc telum est' dicens 'olim quo Iuppiter auro
Decidit et Danaen fulvo compressit amore.
Est' (aliud tollit) 'Ledam hoc quo cygnus amavit,
Antiopam Satyrus tenuit. iam fessa sagittast.
Quo, Perdica, tibi calamo firmemus amorem?
Vulnera iam nostrae veteres fecere sagittae,
Nunc nova visenda est. dixit rivumque secutus
Quaerit arundineas scrutatus limite silvas.
Nec mora nata deo est. namque obvia venit arundo,
Quam puer excissam totis radicibus aufert.
Et primo mollis eradit pumice libros,
Post volucri cupiens missu librare sagittam,
Pinnam de propriis ardentibus abscidit alis
Et religat cera, possit quo certa tenere
Quod temptabat opus. et Amoris pluma tenebat.
Iam sol emenso radios libraverat ortu
Atque diem sexta magnum discreverat hora:
Omnia per terras animalia fessa calore

35 roborem *H* 37 gratum *H* 38 locum filo mella *H* ilis *H sec. Nolte* 39 *Nulla lacuna H* 40 ab *om. H* 41 illa *H* 42 pharetaq; *H* 44 telo *H* solim *H* 45 danae *H* 46 Ast *H, corr. Rossberg* leda hoc quod cignus amabit *H* 47 Antiopa satorus *H* sagittas *H* 48 Quo] O *H* fermemus *H* (*Nolt.*) 49 uetera *H* 50 rinaumq; *H* (*Nol.*) 52 nota *H, em. Ellis* 53 Quem *H* excussam tutis *H* 55 missu *conieci* uibrã *H* 57 relegata c. p. quoq; cera *H* 58 Quo *H* tenebat] celebat *H* 59 sole menso radiis l. orbẽ *H* 60 ortã *H*

Digitized by Google

Sideris aestiferi frondis sub tecta subibant.
Ad lucum Perdica venit fessusque labore
Inlimes respexit aquas lymphasque recentes
Vmbriferumque nemus, mixtos per gramina flores.
Ingressus postquam est lucos Perdica rigentes,
Talibus est verbis socios ac voce secutus:
'O socii, vestro iustum si corde videtur,
Defessos artus ac membra calore gravata
Hic poterit relevare locus. nam frigida fontis
Vena fluit, flores sunt hic, [hic] dulcia prata.'
(Heu, Perdica, gravis aestus radiosque micantes
Solis te fugisse putas lucosque petisse
. . . . . .
Ignoras: intus gravior tibi flamma paratur!)
Sic postquam fatus, fusi per gramina terrae
Accipiunt epulas et dulcia dona Lyaei,
Post somno reparant vires. tunc aliger ille
Paruit officio mutatusque ore Cupido
Perdicae reddit Castaliam nomine matrem,
Complexusque dedit per somnia tristis imago
Et saevo iuvenem confodit pectora telo.
Matris enim miserae caros dinoscere vultus
Non poterat, quam parvus adhuc dimiserat olim,
Cum peteret divae doctissima templa Minervae.
Qui postquam somno miser est deceptus acerbo,
Ardet in incestum, verum simulante figura:

62 frondi *H* 63 locum *H* 64 Infimas *H*, *em. Rossberg* nimfasq; regentes *H* 67 aut *H* ac *Hiller* 69 haec *H* ac *Baehrens* 70 fontes *H* 71 hic *semel H* 73 Sol iste *H* putos *H* *ante* 74 *nulla lacuna in H* 74 tibi grauior *H* 75 factus *H* 76 lcti *H* Lyaei *Baehrens* 77 somnos *H* cunt tunc *H* 78 mutaturq; *H* 79 Castaliam: i *est consonans.* *post* 79 *v.* 240—260 *sed expuncti in H* 81 saevo *Rossberg* suo *H* confudit *H* 85—87 *ante* 82 *transposui* 85 etin *H* invisae *Rossberg* care *H* 87 minerae *H* (*No*). 82 aceruo *H* 83 incestu *H* puero simolante *H*, *correxi (figura in somnio obvia veram matrem imitante)* p. s. figuram *Baehrens et Ziehen, qui v.* 71—74 *sic interpunxit.*

Ingrediturque suae regalia limina matris.
Continuo natum famulae venisse parenti
Castaliae dixere suum: pietatis honore
Illa memor nati venienti est obvia facta
Osculaque aequa dedit materni plena decoris.
Quam miser ut vidit, suscepit vulnere curas;
Et quotiens iuvenis mutata est mente figura
Vel quotiens pulsante deo nova forma secuta est,
Haesit et insano obstipuit deceptus amore.
'Heu, ego quam vidi per somnia tristia demens,
Mater eras? aut ista tibi par fertur imago?
Est sed caeca . . . . . .
Nam fari scelus est, [est] admissi quoque crimen.'
Talia constanter secum Perdica locutus.
Sed nox umbriferis per caelum roscida pinnis
Presserat aërios fugientis solis honores
Cunctaque per terras animalia pressa sopore:
Solus ibi dulci numquam Perdica quieti
Tradidit assiduis ardentia lumina flammis.
Nox ipsi maesta [est]: vigilat metuitque tepetque,
Suspirat numquam requiem daturus amori.
Omnia fessa domat caelestia sidera somnus
Fluminaque [ille] tenet nec non maris imperat undis;
Corpora vel modicam conpellit adire quietem.
Pro dolor! hoc scelus est soli vigilantis amori.
Tunc quoque Perdicam [saevo] premit igne Cupido,

89 dixisse *H* 90 nati *Baehrens*] anti *H* facti *H* 91 Oscula quaeque *H* maternae *H* doloris *H, em. Rohde* 94 *sic transposuit Baehrens* 94 uulneris ora *H* 92 Sed *H* mutata m. f. est *H* 95 Hesit at *H* 96 Sed ego *H* per] quae *H* 97 erat *H, em. Rossberg* par etur *H* 98 *lacuna in H* 99 est *semel H* 101 mox (*No*) *H* Iam nox *Baehrens* 104 Soli tibi *H* ibi *suspectum* 105 ass. *Rossberg:* ardentis *H* a. l. flammas *H, em. Rossberg* 106 est *om H* mediumq; tenetq; *H* 109 F. quoq;' *H;* ille *add. Hiller* 110 modica conpellata dire *H* 112 saevo *addidi*

Vt possit vix ferre vicem. nam fulmine tactus
Ardebat miser; [et] ducens suspiria cordis,
Quae puer edocuit mortales cire Cupido,
Tales †triste feras reddit de pectore voces:
'Nox sceleris secreta mei, nox conscia cladis,
Soli me commendo tibi nostrumque furorem.
Tu nosti quid possit amor, sine te nihil ille,
Seu Veneris pars es tu seu Venus aut Venus in te est:
Des requiem miserando precor, et posse fateri.
'At matri narrabo nefas.' Tamen ibo coactus?
'Credamus!' Quibus hoc poteris conponere verbis
Aut vox qualis erit? adgressus namque parentem
'Mater, ave' dicturus ero. quid deinde? tacebo!
Oedipodem thalamos matris vult fama subisse
Incestosque toros: satis est quod nescius iste
Commisit, culpamque tulit licet ille nefandam,
Exegit, sese privat dum lumine, poenam.'
Talis Perdicam per noctem cura premebat
Et proprium miserando nefas fit causa laboris.
Iamque dies ortus †clarior nudaverat orbem
Et radiis Titan noctis disperserat umbras:
Deficiunt iuveni paulatim fortia membra
Decoquiturque umor, cunctos qui continet artus.
Namque undas cereremque negat victumque ciborum.
Tunc quoque sollicitam monuit maestamque parentem

113 vix *scripsi* nec f. vocem *H* 114 et *add. Rossberg* 115 inmortale scire *H*, *em. Rohde* 116 tristificas *Baehrens* 119 ille cupido *H* 120 es tu] est *H* 121 Dis *H* fatiri *H?* 122 Et *H*, *em. Ellis.* *Interpunxi.* 123 *post* 125 *posuit Rohde* 125 nox *H* 124 quid hoc *H* 123 de mede *H* (*No*) 126 Et ipoderit talamus *H* (*No*) 127 Incestusq; torus *H* ista *H*, *em. Hiller* 128 illi *H* 129 s. priuato l. *H* 130 pnoctu *H* 131 miseranda *H* fit causa *Baehrens:* incesta *H* 132 clarum (*sed cf.* 227) *Baehrens.* *Num* ortu claro? 133 Titan *Rossberg* citã *H* undas *H* 134 forsitã membra *H* 135 qui] q; *H* 137 sollescit ãmonuit *H*

Digitized by Google

Maternae pietatis honos, famulosque vocavit
Ad sese iussitque artis medicae [venerandos]
Primores qui forte forent, adducere secum.
Iussa citi peragunt: vitae venere magistri
Ingressique fores atque abdita tecta cubantis
Inveniunt iuvenem postrema clade gravatum.
Et primum quaerunt, quae causa laboris inesset,
Post vena [est] temptata: sed haec pulsusque quietus.
Esse negant causas vitiati corporis illic,
Sed iecur et splenis temptanda cubilia et atri
Fellis: quae metuenda †domus, sunt omnia sana
Per proprium digesta larem, sunt cuncta quieta
Et vitae devota suae; sed dira procella
Mente latens caecos urguebat pectore coeptus.
Hippocrates illic fuerat qui forte vetustus
Ac vitae spatio longum qui ceperat usum,
Restitit ac secum docto sermone locutus
'Quid, medicina, taces? rationem redde petenti!
Non isti calor est pulsus nec vena minatur;
Non sacrae partes, quibus omnis vita tenetur,
Discordare parant, †cum mox elementa resolvant,
Quae faciunt hominem, dum quattuor ista ligantur.
Stridenti gremio vivaces inpedit auras.
Non omenta suas per mollia viscera sedes
[Deficiunt], non corda vagi pulmonis anhelant

138 famulatusq; uocabit *H* 139 artis medicinae requiri *H* medicae *scripsi*, venerandos *vel simile quid addens* 142 adq; *H* caciantis *H* calentis *Nolte* 144 inessit *H* 145 est *add. Rohde* sedes *H* sed haec *Rossberg* pulosq; *H* uiciati *H* 147 iecor *H* cobilia patri *H* 148 Quae fellis m. *H* domus: *desidero* putant *vel tale quid* 150 si dera *H* 151 coetus *H* 152 Yppocratis *H* suberat *Rossberg* 153 spatiorum l. q. coeperat *H* 154 adque *H* 156 pulso *H* 157 Non *scripsi* Nam *H* 158 parent cum *H* tum *Bachrens* 159 legantur *H* 160 *non intellegitur.* 161 Non omenta *Ellis* Momenta *H* sedis *H* 162 Deficiunt *vel* Destituunt *addidi*, Excedunt *Ellis*

Digitized by Google

Intersaepta sero, non ilia concita coxis
Incutiunt saevos †iaculata saepe dolores:
Displicet os solum, quod sunt suspiria longa.'
Sic fatus fessae scrutatur conscia venae.
Ingreditur mater. tum, quae fuit ante tenenti
Mitis et in lentos motus aequaliter acta,
Inprobiter digitos quatiens pulsatibus urguet,
Sic mentis confessa nefas. magnusque virorum
Invenit Hippocrates, quae pectore clausa fuere.
Et tali sequitur miserandam voce parentem:
'Causas mater habes: medicinae munera cessent.
Hic animi labor est: abeo; iam cetera di dant.'
Talia fatus abit. matrem nova cura premebat
Per varios divisa metus, natumque cubantem
Adgreditur redditque pio de pectore voces:
'Nate, precor, miserere mei, miserere tuorum!
Lumina tu partus, tu me facis esse parentem.
Inclita si virgo est, hymenaeos iungere possum,
Sive suo matrona fovet viduata marito.
Ne dubites. [haec] cura mea est, hoc maesta verebar,
Inlicitos ne forte toros temptare mariti
Cogeret acer amor matrisque gravaret honorem.'
Ille silet solumque trahit suspiria longa
Avertens faciem, nec matrem cernere rectis
Luminibus poterat sacro prohibente pudore.
'Mater' ait, 'discede, precor: plus uris amantem.'

163 Intercepta (-ptor *Nolte*) se non (mon *Nolte*) nilia c. costis *H*, *em. Ellis et Baehrens* 164 iaculataque *Baehrens* 165 osculum *H*, *em. Hiller* 166 factus fessa scrutatus *H* compita *Ellis* 167 dum q. f. ille t. *H* quae *sc. vena* 168 et qualiter apta *H* 169 pulsantibus arguit *H* 171 yppogras q. pectori *H* 172 miseranda *H* 173 habes mater *H* 174 abeo *Hiller* hebeo *H* ceteri dicant *H* 175 habet, sed m. nati n. c. *H* hebet *Nolte* 176 mõs *H* modos *Nolte* 180 Indica s. v. es himineos uincere p. *H* 181 Siuero m. foret *H* fovet *scripsi* movet *Baehrens* 182 haec *om. H*

Roscida post radios aeternaque lumina solis
Nox tenebris diffusa suis conpresserat omnes.
At iam te, Perdica, puer numquam ille Cupido
Vel partem minimam patitur decerpere [somni]:
Sed solus tenet et tenebrosa tectus in umbra
Continuus tollit pharetras ac tela furoris
Et tecum vigilat per noctis tempora longa,
Intorquens dira assiduis incendia flammis.
Et Pudor huc aderat, proprio comitante vigore.
Stant duo diversis pugnantia numina telis
Ante toros, Perdica, tuos: Amor hinc, Pudor inde.
Inde Cupido monet secreta referre furoris,
Inde Pudor prohibet vocis[que] exordia rumpit
†Famamque surgentem revocit.† negat alter, at alter
Ire iubet propriumque nefas exponere mentis,
Verbaque multa docet; quae vix e pectore lapsa
Perdicae miseri moriuntur in ore pudico.
Sed postquam calor inmensus per pectora currens
Vsserat exesas ardenti corde medullas,
Talia dimittit reserato pectore verba:
'Saeve puer, semper lacrimis et funere gaudes!
O scelerate, tuas si tu paterere sagittas!
Sique tuos ignes in te convertere discas,
Ut credas, quid possit Amor! sed parce, Cupido
Inprobe! quae mandas, non possum dicere matri.
Tormentis adfige tuis, constringe catenis:

189 radiosaet nāq; *H* alterna *Baehrens; em. Hiller* 190 discussa *H* 191 Ad ante perdicā n. p. i. c. *H* 192 somni *om. H* 193 Sed solum tenuit ueneranda te casus umbras *H, correxi* 194 Continuas *puto* faretras *H* 197 *an* Vigore? 201 que *addidi* rumpi *H, correxi* 202 Famamq; s. reuocit neanillans *H* Flammamque urgentem revocat *conieci* negat alter, at alter *scripsi* petit ille, sed ille *Baehrens* 203 mentis *H*: matri? 204 docent *H* quae uoces pectora labi *H, em. Rohde* 205 A perdice *H* 206 per corpora *Bachrens* 207 ardentes *H* 210 patereres sagitas *H* 211 dicas *H* 212 cernas *Baehrens* 214 adflige *idem*

Non fatear. totas in me consume sagittas,
Quotquot amoris habes, et si tibi tela furoris
Defuerint, etiam tibi de Iove fulmina sumas:
Vincere non poteris sanctum, scelerate, pudorem!'
Talia per noctem iuvenis miserandus agebat.
Interea matrem nati nova cura premebat,
Multaque quaerenti placuit sententia talis,
Matronas omnes totis e moenibus urbis
Ad propriam concire domum, si quis vigor illis
Aut species inlustris erat vel forma superba,
Quae proprio iuvenem statuisset amore †gravare.
Hoc visum placitum matri. Non distulit ultra.
Iam[que] dies ortus †clărior nudaverat orbem:
Matronae veniunt forma cultuque micantes.
Hic erat Andromeda, hic altera Laudamia,
Ditior haec Danae, fulgentior altera Glauce,
Candidior Chione venit [altera et] altera Dirce.
Huc etiam tenerae sanctae venere puellae,
Virgineum florem servantes lege maritis.
Has tristis Perdica videns et lumina flectens
In matrem traxit †dura suspiria corde
Et tali secum miser est sermone locutus.
'Pro dolor, o superi! defecerat altera forma:
Mater amanda fuit. sed vincere certo furorem
Quaerendo vultus, liceat quos iure tenere.
Hoc etiam voluisse nefas. sed respice, quales
Vituperas! cernis, niteat quae gratia formae?
Sunt niveae, sunt hic procero corpore pulchrae,

215 fateor *H* 217 etiam tibi] et si *H* 221 tutis ae m. urbes *H* de *puto* 223 proprium (*Nolte testatur*) uenire d. sed q. v. illic *H* illis *Hiller* 224 specie *H* superna *H* 225 potuisset *Hiller* iuvare *puto* 227 que *om. H. cf. v.* 132 230 alter *H* 231 coigne peruenit altera disce *H* 234 tristes *H* 235 dura *H* dubio *Rossberg* duram *Baehrens* 237 soperi *H* 238 certas furore *H* certo *scripsi* 240—260 *bis in H* (*cf. ad* 79) 241 Quid iuperas *H* sed uim mutentur gr. f. *H, correxi* (*fort.* sed et his) 242 ne uae *H*

Digitized by Google

Virgineo[que] nitent gratae de flore puellae.
Nulla tamen matri similis!' fatusque coercens
Detorsit fessos artus et languida membra.
Nunc, o Calliope, nostro succurre labori:
Non possum tantam maciem describere solus,
Tu nisi das animos viresque in carmina fundis.
[At quod] mandasti, iam possum expromere, Musa.
Tristis languentes pallor perfuderat artus,
Tempora demersis intus cecidere latebris
Et gracili cecidere modo per acumina nares,
Concava luminibus macies circumdata sedit
Longaque testantur ieiunia viscera fame,
Arida nudati distendunt brachia nervi,
Ordine digestae consumpto tegmine costae
Produnt, quidquid homo est vel quod celare sepulchris
Mors secreta solet. satis id tibi, saeve Cupido?
Materia est iam nulla, atrox ubi flamma moretur:
Denique defessos artus ac membra calore
†Molitur gestare .. victusque virorum†
Solvitur infelix per tota cubilia fusus
Miratusque suos artus haec verba remisit:
'Quid dicis, Paphie? retulisti nempe triumphum:
Ad tantam maciem deducimur. haec tibi virtus,
Si dea mortalem propriis superaveris armis?
Cerne, precor, quid agas: flammis absumis et ossa,
Quae semper servata rogis. miserere rogantis,

243 que *om. H* netent *H* grato *H, corr. Nolte*
244 coercet *H* 245 Retorsit defessos *H, em. Rossberg*
atrus *H* 246 sucurre *H* 247 matiendi scribere *H*
248 Ac (A) nitidas animus (-mis) *H* 249 At quod *addidi:*
Tu si *Ellis,* Iussisti *H* musam *H* 250 Primis *H*
251 dimersis *H* 254 famem *H* fame *Hiller* 255 *sic*
et discendunt *H* 256 digesta *H* regimine (tegmine) *H*
257 vel] et *H teste Noltio* 258 sufficit *H* satis id
Baehrens 259 Materia lam (ła) nłła sit atrox *H*
260 *i. e. calore vitali destitutos* 261 Mollitur *Baehrens*
nequit *add. idem* 262 Siluitur *H* Volvitur *Nolte*
264 pafiae *H* nemphe *H* 266 deam *H* 268 roganti *H*

Alma Venus! nosti, quae sint tormenta caloris
Et quid possit amor: nam mater Amoris amasti.
Nunc finem, Perdica, vides: nam spes puto nulla est.
Quod superest, moriamur' [ait.] 'letumne bibamus?
Cur, miserande, petis frustra potare venena?
Iam fauces clausere viam dirosque recusant
In mortem latices. ferro reseremus amorem?
O demens! gladio? quibus armis quove vigore
Haec manus ecce valet librare in vulnera mortem?
Praecipitem iactare libet? fors poena placebit,
Sed vereor ne forte leve et sine pondere corpus
Vento gestatum rursum servetur Amori.
Stringamus laqueum? sic finis detur amanti.
Quid turbaris, Amor? puto, vicimus! omnia leti
Praedixi tormenta mei, nec te pavor ullus
Terruit. et laqueum metuis mihi? redde tenebris!
Iam scio quid fugias: ne te mea vincula prodant!
Da laqueum collo: vel sic cum corpore nostro
Inclusus morieris, Amor. solatia fati
Haec tantum, Fortuna, mihi concede precanti,
Vt tumulo scriptum per saecula longa legatur:
Hic Perdica iacet secumque Cupido peremtus.'

809

B. M. —
B. III 264.

TIBERIANI

Amnis ibat inter herbas, valle fusus frigida,
Luce ridens calculorum, flore pictus herbido.

271 Hunc *H* nulla sit *H* 272 Quid *H* (*Nolte*) ait *add. ego,* Amor *Baehrens* laetūq; *H* 273 portare *H* 274 durosq; *H* 275 reseramus *H* 276 uigorē *H* 277 Quae m. *H* in vulnera *sc. cordis amore perditi* 278 lactare *H* 281 detur *Rohde* de cura *H* 282 uincimus o. liti *H* 283 Praedixit *H* 284 me redde *Baehrens* 285 perdant *Baehrens* 286 siccū *H* 288 Hoc tandem *H* tantum *Baehrens* 289 legetur *H*

809. Incipit uersus Teberiani *H* 1 inter arva *Baehrens* fussus *H*

Caerulas superne laurus et virecta myrtea
Leniter motabat aura blandiente sibilo.
Subtus autem molle gramen flore pulcro creverat;
Et croco solum rubebat et lucebat liliis.
Tum nemus fraglabat omne violarum spiritu.
Inter ista dona veris gemmeasque gratias
Omnium regina odorum vel colorum lucifer
Auriflora praeminebat †forma dionis, rosa.
Roscidum nemus rigebat inter uda gramina:
Fonte crebro murmurabant hinc et inde rivuli,
Quae fluenta labibunda guttis ibant lucidis.
Antra muscus et virentes intus [hederae] vinxerant.
Has per umbras omnis ales plus canora quam putes
Cantibus vernis strepebat et susurris dulcibus:
Hic loquentis murmur amnis concinebat frondibus,
Quis melos vocalis aurae musa zephyri moverat.
Sic euntem per virecta pulchra odora et musica
Ales amnis aura lucus flos et umbra iuverat.

[Eiusdem Tiberiani]

1 Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer

2 Pegasus hinniens transvolat aethram

3 supernae *H* mirtea *H* 4 mutabat *H, em. Baehrens* 5 Subt' (*i. e.* Subtus) *H teste Noltio* Subter *Baehrens* florea dulco *H, correxi* flore adulto *Baehrens* 7 fragrabat *Baehrens* vīolarum: sub *vel* de *add. Baehrens* 9 vel (= *et*) *Baehrens* et *H* 10 Auro flore praeminebat forma dionis rosa *H* Auriflora *scripsi* dionis] insignis *puto* flos Dionaeus *Baehrens* fama Diones *Ziehen* 14 *ante* 13 *transp. Baehrens* Qua *Ziehen* labebunda *H* 13 *lacuna in H post* intus: hederae *addidi*; myrtus intus *Baehrens* 15 quã pt̃ *H, i. e.* potest 17 Hinc *H* 18 Quas *H* zefri *H* 20 Alis *H* imbra *H* 19 *sq. docent, ex narratione partem esse excerptam. Sequitur in H c.* 719ᵇ, *deinde* 810.

1. *Fulgentius, exposit. serm. antiq. p.* 183 *M.* Sudum dicitur serenum. Tiberianus: *sqq.*

2. *Fulgentius Mythol. I* 26. Unde Tiberianus: *sqq.*

Digitized by Google

3 Tiberianus in Prometheo ait, deos singula sua homini tribuisse

4 Platonis hereditatem Diogenes cynicus invadens nihil ibi plus aurea lingua invenit, ut Tiberianus in libro de Socrate memorat.

5 Tiberianus inducit epistolam vento allatam ab antipodibus, quae habet: Superi inferis salutem.

810

B. M. —
B. III 266.

De avicula

Ales dum madidis gravata pennis
Vdos tardius explicat volatus,
Defecta in medio repente nisu
Capta est pondere deprimente plumae:
Cassato solito vigore pennae,
Quae vitam dederant, dedere letum.
Sic, quis ardua nunc tenebat alis,
Isdem protinus incidit ruinae.
Quid sublimia circuisse prodest?
Qui celsi steterant, iacent sub imis!
Exemplum capiant nimis tenendum,
Qui ventis tumidi volant secundis.

3. *Idem ibid. III* 7.
4. *Idem Vergil. contin. p.* 154 *M.*
5. *Servius ad Verg. Aen. VI* 532.

810. Incipit discriptio de auicula *H. Versiculi Luxorium poetam redolent.* 1 madida *H* 2 expleat *H, corr. E. Rohde* 3 Daepta *H* 4 depraemente *H* 5 Cassata *H* 6 loetum *H* 7 arduam *H* 9 sublima *H* circuisse, *i. e. petiisse: cf. circare* (*it. cercare*) 10 celsis *H, corr. Rossberg* 11 tenendo *H* 12 uanis tumidi tonant *H, corr. Rohde*

Digitized by Google

811

B. M. B. —

Hymnus et laus Bacchi

Salve magne pater, divum suavissime, salve,
Liber, et o nostris saepe colende modis.
Numine nostra tuo dignaris tecta subire.
Te colimus laeta fronte: benignus ades.
Qui modo sollicitis fueramus mentibus, ecce
Adventu exhilaras nos, pater alme, tuo.
Tu lactas hominum mentem et convivia laeta
Efficis, ac sine te gaudia cuncta silent.

---

812 (*olim* 781)

Vergilio tributum

B. M. —
B. IV 160.

Ad puerum

Parce puer, si forte tuas sonus improbus aures
Advenit infandum[que] audens exposcere munus.
Nam meminisse potes, servata lege pudicos
Esse aliquos longumque diu tenuisse pudorem,
Sed postquam aurata delegit cuspide telum
Caeçus amor tenuique offendit vulnere pectus,
Tum pudor et sacri reverentia pectoris omnem
Labitur in noxam: dolet heu sic velle, stupetque
Flammigeros motus, et tandem cogitur ipsi

811. *M = Matritensis M* 15 *saec. XV fol.* 201 *r., edidit Hartel, Bibl. patr. lat. Hispan. p.* 417 3 dignatus *M, correxi* 4 Incolimus *M* Te colimus *scripsi* En colimus *Ziehen* 5 Q *et* montibus *M, corr. Ziehen* frontibus *Hartel*

812 *sq. R = Rehdigeranus I* 6, 17; *A = Arundelianus* 133 *s. XV: quos afferam.*

812. *RA; M (Monac.* 454) *N (Monac.* 319) *F (Riccardianus* 710) *saec. XV. Primus edidi ed. pr.* P. M. Virgilii ad puerum *RA, similia* ς 2 que *add. Buecheler* 5 posq̃ *R* 7 sancti *MNF* 8 inoxam *R* 9 Flamigeros *AR*

Digitized by Google

Succubuisse deo et genua inclinasse tyranno.
Quare age, care puer, cuius modo forma decorque
Ingeniumque ferax omni probitate sacroque
Pieridum cultu renitens et Palladis arte
Vexant pervigili semper mea pectora flamma:
Da precor auxilium atque ignem lenito furentem!

813 (*olim* 782)

B. II 67. M. 757.
B. IV 160.

VERGILIVS

De Caesare

Iuppiter in caelis, Caesar regit omnia terris.

831—854: B. —
B. V 396.
831: M. 878

831

Quisquis ad ista moves fulgentia limina gressus,
Priscorum hic poteris venerandos cernere vultus,

10 Succūbuisse *R* 11 clare *MN* 15 furetem *R*

813. *RA; Ambrosianus D* 267 *inf., Florentinus* 91, 19 *s. XV. Sic inscr. R, om. ceteri.* terris *RA Am.* mundo *Fl. Cf. Ovid. met.* 15, 858 *sq.*

814—830: *hi numeri excidunt, cf. p.* 283.

831—854. Carmina de uiris illustribus Romanis tam consulibus quam imperatoribus et regibus *A. Maius Classic. auctorum III* 359 *ex V(aticano) nunc ignoto. Titulo carent G (Gothanus* 1047) *saec. XV et A (Ambrosianus H* 184 *inf.) saec. XV. Ordo in A V est hic:* 831, 32, 37, 34, 41, 38, 36, 40, 39, 43, 44, 42, 45—47, 51, 53, 54 (853 *om A*). *G sine ullo ordine carmina coniungit; solus habet c.* 833 *et* 835. *Ex solo V novimus* 848—50 *et* 852. *G ut deteriorem raro afferam. Leviuscula omittam. 'Carmen vergentium litterarum Latinarum aetate videtur scriptum esse exemplorum ex historia Romana haustorum studiosissima. Epigrammata e*

Hic pacis bellique viros, quos aurea quondam
Roma tulit caeloque pares dedit inclyta virtus.
Grandia si placeant tantorum gesta virorum,
Pasce tuos inspectu oculos et singula lustra.

832

Romulus

B. — M. 711.

Hic nova qui celsae fundavit moenia Troiae,
Vrbem Romanam proprio de nomine dixit.
Infantem gelidi proiectum ad Thybridis undas
Vberibus fecunda piis Larentia pavit.
Ausus finitimas praedari fraude Sabinas,
Fortem fortis humi postravit Acrona duello.

833

L. Quintius Cincinnatus

B. — M. 717.

Cui dedit hirsutus nomen venerabile cirrus,
Quintius hic ille est, rigidis animosus in armis.
Is quoque dum curvo sudans penderet aratro,
Ante boves meritum meruit dictator honorem.
Consulis obsessi partes defendit inertis,
Inde triumphalem conscendit agricola currum.

libro quodam iconographico, quales adamaverunt librarii Romani, puto collecta esse' (Ziehen). Prudentii Dittochaion confert idem. Cf. et Ovid. Fast. 5, 566.

831. De eadem urbe Roma *G. cf. Venant. Fort. I* 2 1. 2 hic *om. V* 4 dabit *G* 5 Grandia *G,* Inclyta *VA*

832. *Est et in R(iccardiano* 931) *s. XV, quem contuli.* 1 troiae *VR* romae *AG* 2 dixit *GR* dictam *VA* 3 undam *V* 4 laurentia *libri* 5 A. est *R* 6 humo *G.*

833. *inscr. et* 2 Quintus *G* 3 curvo *Buecheler* curuis *G, unde* aratris *Baehrens* 5 inhertes *G*

834

B. — M. 713. **M. Furius Camillus**

Qui fuit en patriae quondam spes ampla ruentis,
Hic Senonum propria domuit virtute furores;
Vicit et opposito quos clausit Marte Faliscos,
Brachia fallaci religato in terga magistro.
Quicquid ubique truces bello valuere decenni,
Inclita, Veientes, accessit pompa triumpho.

835

B. — M. 714. **T. Manlius Torquatus**

Inclita Torquatae dedit hic cognomina genti.
Vir ferus ante acies prostrati guttura Galli
Perfodiens gladio poscentis voce duellum
Abstulit aurati pretiosa monilia torquis.
Consulis et Decii bello collega Latino
Victoris nati maculavit caede secures.

836

B. — M. 715. **P. Decius**

Hic est qui vitam patriae devovit amatae.
Dum furor oppositos agitaret ad arma Latinos
Saevaque crudelem cecinissent classica pugnam,
Inter tela aciesque virum cuneosque pedestres
Candida sacrata religatus tempora vitta
Ante aciem moriens hostilibus occidit armis.

834. M. Furius *om. G* M. Fulvius Ca′ *A* 1 q.] cum *A* 3 Ridit *G* opposito*s A* claudit *G* 4 religata *G* 5. 6 *om. V* truci—decerni *A* 6 ueienses *G* thriumphi *A*

835. Manilius *G* 4 torques *G*

836. 2 Cum *Duebner.* 5 sacrato *V* 6 Ante diem *Baehrens* crudelibus *V*

837

B. — M. 716.

M.' Curius Denatus

Quid iuvat imperio populos rexisse potenti
Fulvaque Mygdoniis ornasse palatia gemmis?
Quamquam civis inops, toto notissimus orbe
Hic fuit, egregio domuit qui Marte Sabinos.
Fregerit ipse licet fulgentis robora Pyrrhi,
Pauperiem lato Samnitum praetulit auro.

838

B. — M. 718.

C. Fabricius

Contentus modico tectique habitator egeni
Hic erat et renuit devicti munera Pyrrhi,
Sprevit et oblatos, Samnitum munera, servos,
Respuit immensi locupletia ponderis aera,
Horruit infamem scelerata fraude magistrum
Pocula pollicitum regi miscere veneno.

839

B. — M. 719.

Q. Fabius Maximus.

Vir fuit iste ferox, qui torvus fronte verenda
†Vir fuit egregius et bello clarus et armis.
Captivos modici quamquam pauperrimus agri
Exemit pretio Poenorum in vincula missos.

837. Marcus *VG, om. A* demptatus *A*. *Cf. Claudianus III* 200 *sqq.* 5 fulgentis *A* ingentis *V* fugientes *G* 6 oblato *Buecheler* lato *libri*

838. 3 samnitis *A* 4 locupletis *V* 5 magistrum *libri* ministrum *Froehlich* (*'potionibus regis praeerat' Val. Max. VI* 5, 1) 6 m.] miseroq; *A*

839. 1 qui totus *V* 2 Vir fuit *libri:* Visitur *Baehrens* Viribus *Ziehen v.* 2 *cum* 3 *coniungens* Moribus *malim* et bello *A* vir b. *G* belli praeclarus *V*

Is qui cunctando nisi Punica fregerit arma,
Nulla foret Latiis Romana potentia terris.

B. — M. 720.

840

Claudius Nero

Armorum virtute potens Nero Claudius hic est.
Coniunctus Livio Picentis ad arva Metauri
Prostravit Libycas memorando Marte cohortes.
Fortunate tui, iuvenis metuende, furoris!
Ausus es ignari iacere ad tentoria fratris
Cervicem Libyci media inter tela tyranni.

B. — M. 721.

841

M. Marcellus

Tu primus Libycum Nolae sub moenibus hostem
Insidiis periture tuis, Marcelle, fugasti.
Cumque Syracosii quondam †negaretur honoris
Pompa tibi, Albano gessisti in monte triumphum.
Praedonum deprensa manu venerandaque multis
Luctibus heu patrio caruerunt ossa sepulcro.

B. II 41. M. 722.

842

Scipio

Ille ego sum, patriam Poeno qui Marte cadentem
Sustinui rapuique feris ex hostibus urbes

5 qui *V* quoque *AG* nouerit *V* arua *A*

840. Nero Claudius *V* 2 linio *A* 5 tempora *G*

841. 1 mollem s. m. orbem *A* 3 syracusii *AV* -si *G* negaretur *GV* raperetur *Duebner cf.* 847, 3. insignis cessisset *A* abnueretur *Buecheler* 5 deprehensa *A*

842. *F* = *Florentinus* 39, 9 *anni* 1464; *R cf. ad c.* 832: *hos contuli.* *M* = *Matritensis M* 15 *s. XV.* ς = *Florent.* 63, 33; *Bodleianus Canon. misc.* 308 *s. XV.* 1 *sic M* Ille sum p. pene q. *R* morte *G* ex Marte *VFR* ex hoste *A* 2 feras *F* ex *om. G*, et *M*

Digitized by Google

Hispanas, †Hannonisque acies magnumque Syphacem
Perdomui et fractum totiens armisque repulsum
Hannibalem, victorque ferox mihi regna subegi
Punica et excelsas altae Carthaginis arces.

843

B. — M. 727.

C. Marius

Et genus et nomen merui virtute feroci
Rusticus Arpinas, bellorum maximus auctor.
Effera post Numidae quam fregimus arma Iugurthae,
Cimbrica praeclaros geminavit pompa triumphos.
Exegi civile nefas servilibus armis,
Et mea Sullanos fregerunt arma furores.

844

B. — M. 729.

M. Caesius Scaeua

Igne calens belli mediaque in caede cruentus,
Pompeiana phalanx patulis exire ruinis
Dum furit et properat claustrorum frangere turres,
Scaeva ego Caesarei defendi culmina valli.
Dum timet Oceanus praeclari Caesaris arma,
Textum pampineae gessi sublime coronae.

3 *sic VF et* (-neas) *R* amonisque *A* an(n)onis *RMG* aciem Hannonis *Baehrens* Maurumque *Buecheler* 4 et *om. M* 5 uictumque *A* (bellisque *FGMR*) 6 excelsis *R* altae*AV* dure *GR* dirae *FM*

843. 4 pompa *V*] turba *AG* 5 ciuilibus a. *G* 6 me *V* syllanos *A* syllani—furoris *V*

844. Marcus *G*] Gaius *V* G. *A* Cesius *G, om. AV.* *Cf. Val. Max. III* 2, 23. *Sidon. Ap. c.* 23, 82 *sqq.* Cassius *Duebner* 5 praedari *V*

Digitized by

B. — M. 730.

845

Gn. Pompeius

Arma tuli quondam toto victricia mundo,
Qui pelago Cilicas et Pontica regna subegi.
Vis mea, quos profugus commoverat exul ad arma,
Bellorum virtute truces prostravit Hiberos.
At me post soceri civilia bella cruenti
Dextera Septimii Phariis laceravit in undis.

B. II 52. M. 747.

846

M. Porcius Cato

Cerne hic ora sacri semper veneranda Catonis!
Libertate potens animoque invictus et armis
Avius incerto peragravit tramite Syrtes.
Libertatis enim dulcedine captus amatae,
Ne sua servitio premerentur colla tyranni,
Fortia crudeli penetravit pectora ferro.

B. II 63. M. 750.

847

Iulius Caesar

Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis
Non timuit generum nec inertia signa senatus,
Ne sibi Gallorum raperetur pompa triumphi,
Intulit invitus per civica viscera ferrum.
Vis invicta viri reparata classe Britannos
Vicit et hostiles Rheni conpescuit undas.

845. Gn. *om. V* 2 Cilices *Duebner* 5 seruilia *A*

846—847. *Sunt in L* (*Landsdowniensi Mus. Brit.* 762 *s. XV—XVI*)

846. 1 ossa *GL* 3 peregrauit *A* syrthas *A* 4 avitae *Burmann* 6 uiscera *V*

847. 1 hastis *L* 2 s.] tela *L* 4 inuitus *G*] inuictus *AV* immite *L* per cuncta, *sed corr. G* 5 reperata *A* caede *AV* 6 reni *AG* composuit *L*

Digitized by Google

848 B. — M. 751.

[Iulius Caesar

Caesar, ad imperium civili sanguine partum
Venisti, famulasque manus Fortuna tetendit.
Ipsa tibi cessit tellus et iussibus aequor
Paruit omne tuis. verum invidiosa potestas
Et suspectus honos: adimunt civilibus armis
Imperium vitamque tibi formidine regni.

849 B. — M. 752.

Iulius Caesar

Germanos domui Caesar Gallosque potentes,
Cesserunt signis omnia regna meis.
Et generum vici natosque ferumque Catonem
Imperioque fuit subdita Roma meo.
In tantis opibus me fors inimica peremit,
Omnis et immiti gloria sorte ruit.

850 B. — M. 753.

Epitaphium Iulii Caesaris

En adsum Caesar. quis me praestantior armis?
Quis prior eloquio? quis me clementior alter
Egregia pietate fuit? quoscumque subegi,
Hos vici pietate magis quam fortibus armis.
Plus mecum Fortuna fuit, plus obtulit uni
Quam sibi di dederunt. gestis belloque refulsi,
Germanos domui populos Gallosque potentes

848—850. *Maius ex V ut videtur. Recentiora puto, cum Caesari iam epigramma datum sit metrumque in altero, versuum numerus in tertio a reliquis discrepet.*

850. 4 fortibus *Meyer cl. Ovid. met. I* 456 fastus in *V* fortis in *Maius* 5 obtulit *Ziehen* omnibus *V* 6 dii dederant *V*

Digitized by

Atque tripartitum tenui sub fascibus orbem.
Deleri haud potuit virtus, non inclyta fama;
Haud patricida meum potuit restringere nomen.
Qua rapitur Titan curru, qua vergitur axis,
Hac Zephyrus nostros referet per saecla triumphos.]

B. — M. 755.

851

Caesar Augustus

Quae mihi, sancte, dabit grandes expromere laudes
Musa tuas? iam pauca canam. tu Caesaris alti
Vltus es indignam memorando nomine mortem,
Actiaco et Pharias superasti in gurgite classes,
Tranquillumque tuis faciens virtutibus orbem
Clausisti reserata diu sua limina Iano.

B. — M 756.

852

Augustus

Solus habes aquila corvos laniante triumvir
Imperium, victusque tuis Antonius armis
Leucadio et regina freto; Ianumque bifrontem
Clausisti. at toto cum feceris otia mundo
Teque audes conferre deo, te Livia sortis
Dicitur humanae [tandem] monuisse veneno.

B. — M. 759.

853

Tiberius

Claudius egregie vixit privatus et insons
Imperiis, Auguste, tuis; simulataque virtus
. . . . . .

10 parricida *V* restinguere *Meyer*.

851. Octavianus *A* Oct. Augustus *G* 1 sancta *codd.*, *em. Buecheler* dedit *G* depromere *G* 6 lumina *AG*

852. *V et F* (*cf. c.* 842) 4 ac *V*, *corr. Meyer* 6 tandem *add. Maius*, mixto *vel* nocuo *Buecheler*.

853 *in solo V.*

Digitized by

854

B. — M. 771.

Traianus

Caesareos toto referens hic orbe triumphos
Notus erat mundo quondam pietate gementi.
Inclytus extremos penetravit victor ad Indos,
Belligerosque Arabas et Colchos sub iuga misit,
Armenia Parthos pepulit Babylone subacta,
Et dedit Albanis regem, quos vicerat armis.

855

B. II 64. M. 754.
B. V 403.

Octavianus Augustus

In Macetum campis ultus iam Caesaris umbras
Sum patris, Augustus belloque armisque superbus,
Atque meos sensit fugiens Antonius enses.
Quantum ingens mundus, quantum Iovis alta potestas,
Tantus in orbe fui. terras pontumque subegi:
Vix caelum superis et sidera summa reliqui.

854. 2 mundi *VA*] uidue *G* quondam *V*] qui pro *A* gementis *libri* mundo . . gementi *conieci* 3 peregravit *A*. *Catullus* 11, 2: in extremos penetrabit Indos. 4 iugo *G* 5 et Parthos *VA* et *om. G*

855—855^{d}. *R* = *Riccardianus* 931 *s. XV* (*cf. ad c.* 832), *quem contuli.*

855. *L* = *Landsdowniensis* 762, *cf. ad c.* 863^{a}. *Est et in F* (*cf. ad c.* 842); *M* = *Matrit. M* 15 *s. XV.* 1 Macedon *L* -donum *R* -dum campos *FM* 2 pater *LMF* armis belloque *RMF* 3 Atque *scripsi* Meque *RMF* Neque *L* Namque *Fabricius* sensit] timuit *MF* 4 mu.] Martis *Iacobs* 5 mare *ante* terras *L* 6 et *RL*] vix *MF*

B. M. —
B. V 404.

855ª

Epigramma Pyrrhi

Demetrium Antigoni, Poenos, elapsus Epiro
Concussi bellis, Siculos, Lacedaemona Pyrrhus.
Romanos studui Tarento avertere et ardor
Fervidus assidui belli mihi semper inhaesit.

B. M. —
B. V 404.

855ᵇ

Epitaphium Alexandri

Magnus Alexander sum, qui victricibus omnem
Munificus bellis incussi et stragibus orbem.
Ante meos nullus potuit tam fortiter annos
Tam late imperium et regnorum extendere fines.

B. M. —
B. V 404.

855ᶜ

Epigramma Iulii Caesaris

Magni animi Caesar populos virtute subegi
Iulius Arctoos, potui qui solus honores
Flectere Pompeii et solus Romana tenere
Imperia atque unum mundo praeponere regem.

B. M. B. —

855ᵈ

Epitaphium Caesaris

Volve tuos oculos: metuendum hunc aspice, lector,
Armorum bellique ducem †bellatrix in omnes
Terrarum pelagique plagas victricia quondam

855ª–ᵈ. *R.* — 1 Dometrium antigonũ *R* 2 pyrrus *R*
855ᵇ. 2 Magnificus bellis concussi *puto*
855ᶜ. 1 Lomganimi cesaris p. *R*
855ᵈ. *Ineditum ni fallor; descripsi.* 2 bellatrix *ex v.* 5 *R*; bellator *vel potius* qui primus *puto* 3 pellagique *R*

Victor signa tulit, nullo superatus ab hoste.
Gallia bellatrix, opibus superba virisque
Passa sub hoc dudum Romanas principe leges,
Pontica quo cecidit victore potentia; quartum
Caesareis titulis dedit Africa terra triumphum.

856

B. II 3. M. 696.
B. V 402.

De Nino

Ninus ab Assyriis sum primus regibus ausus
Non modo finitimos populos regesque potentes
Imperio pressisse meo, sed viribus omnem
Paene Asiam domui terraeque marique timendus.

857

B. II 4. M. 700.
B. V 402.

De Semiramide

Te stola ne dubium teneat cultusque venusti
Corporis ambiguus: sum clara Semiramis, alto
Non minor ipsa viro, belli pacisque probatis
Artibus insignis, nato miserabilis uno.

858

B. II 5. M. 698.
B. V 402.

De Cyro

Quantum fata valent atque inmutabilis ordo
Astrorum, docui Cyrus: quem nulla domare

856—863. *H* = 'Cod. Ms. Viri Amplissimi Balth. Huydecoperi, in quo sylva veterum aliorumque Epigrammatum habebatur' *Burmann. Omnia recentis aevi esse verisimile est; quae c.* 860 *praebet, Diodorus III* 53—55 *solus prodidit: quem ante saeculum XV vix quisquam noverat, qui latine scripsit. In reliquis Iustinum plerumque sequitur. Cf. etiam c.* 859, 3 *ex solo Herodoto I* 211—213 *notum.*

857. 1 ne] te *H*

Vis potuit, non Astyages Babylonve superba,
Massagetis eadem me fata dedere tremendis.

B. II 6. M. 699.
B. V 403.

859

De Tamyri

Quantum ego claruerim Mavortis in agmine, Cyrus
Ipse ferus novit, qui dum mea regna profanus
Spargapise insidiis rapto popularier audet,
Quam Tamyris turbata valet, cognovit in utre.

B. II 8. M. 704.
B. V 403.

860

[De Myrina]

Inter Amazonidas, quas insula celsa Tritonis
Hespera progenuit, qui me nescire Myrinam
Dixerit, ignarum sese fateatur oportet
Eximiae laudis: Libyamque Asiamque subegi.

858. 2 *post* Cyrus *interpunxit Ziehen* 4 eadem] tandem *Iacobs.*

859. De eodem *H* 3 populariter *H* 4 Thamyris *H* *Est in Vaticano* 4999 *saec. XV simile hoc:*

De regina Thomari.

Aspice, si Thomarim Sithie furibunda potentem
Ira fremens cum Marte tulit. Non (Nam?) morte ducentis
Milibus adiunctis Zirum violenter ademit
Illa ferox terẽ, cuius capud ipsa cruentum
Imponens talles effudit in aera voces:
'Sanguine tolle sitim, quem fremdus (fervidus *corr. Ziehen*) ipse sitisti.'

et alia id genus De regina Semirami, De regina Panthasilea *cett. atque etiam* De Matheldi sctissima!

860. *inscr. om. H.* 1 quam *H, correxi* (*cf. Diodor.* 3, 53, 4) 2 me: *num* se? *Cod. carmina ordinat ut Burmann; ordinem mutavi, ut bina cohaererent carmina.*

861

B. II 10. M. 705.
B. V 403.

De Penthesilea

Graiugenas acies superans passimque fugatas
Penthesilea premens ulcisci nobilis umbram
Hectoris ipsa mei potui, ni dirus Achillis
Ille Neoptolemus me clam misisset ad Orcum.

862

B. II 7. M. 701.
B. V 403.

De Alexandro Magno

Magnus Alexander bellisque horrendus et armis,
Qui terrore mei trepidantem nominis orbem
Vsque sub Eoum parvo cum milite Gangen
Vndique concussi, nulli sum laude secundus.

863

B. II 9. M. 749.
B. V 403.

De Iulio Caesare

Sum genus Aeneadum Gaius cognomine Caesar
Iulius, Assyrios, Cyrum, Macetumque ferocem
Qui iuvenem probitate animi, qui corporis acer
Viribus exsuperans fueram pater urbis et orbis.

863ª

M. B. —
B. V 394.

[Iudicium Paridis]

Tres deae ad Paridem

Tres sumus [ecce] deae: forma se quaelibet effert.
Hoc in discidio volumus, Paris, arbiter esto:
Cui pomum dederis, titulum simul ipse referto.

862. *Cf. ad c.* 792 3 patrio *Buecheler.*

863. 2 Assyrium *Meyer* Macedumque *H*

863ª. *L = Landsdowniensis* 762 *in mus. Brit. servatus, s. XV—XVI, fol.* 17. *Ausonianis simile est.* Iud. Par. *add. Baehrens* 1 ecce *add. id.*

Venus ad Paridem

Plectra sonora, ioci, lusus, lasciva voluptas,
Haec mea. si reliquis me praefers, ipsa puellam
Pro mercede dabo, qua non formosior ulla.

Iuno eidem

Sceptrorum sublimis honor fascesque tremendi
Divitiaeque mei iuris. te iudice palmam
Si tulerim, regno per me donabere summo.

Pallas eidem

Quae caelum, quae terra tenet, quae pontus et orcus,
Legibus astringo certis: nil me sine rectum;
Et, si me sequeris, non abstrahet invius error.

Iudicium Paridis

Grata mihi tua forma, Venus, tua munera grata.
Plus aliis mihi mente sedes: certaminis ecce
Pignus habe victrix auri spectabile malum.

Poeta

Hac in lite triplex hominum mellita poesis
Depinxit studium, quorum datur optio cunctis.
Falluntur tamen optando plerique: sequaces
Luxus habet multos, honor et sapientia paucos.

4 ioco plausus *L* 7 fastesq; *L* Panlas *L* 10 celumq; t. t. qui *L* orbis *L* orcus *et* 12 avius *Baehrens* 13 tu m. *L* 16 poeses *L* 19 sapiam *L* Finis *L*. *Sequitur epitaphium recens Naevii cuiusdam* (*B. V* 395) *et medii aevi distichon* (*M.* 690. *B. ib.*) *hoc:*

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis effudit morte fera, iacet hic.

864

B. V 67. M. 1036.
B. V 379.

[De quatuor anni tempestatibus]

Aestatis Maius Tauro primordia prodit.
Iunius aestivo Geminorum cardine surgit.
Iulius aestivas Cancro secat †alter aristas.
Autumni caput Augustus parat ore Leonis.
Autumnas uvas September Virgine curat.
Libra sub autumno Octobri dat semina sulco.
Scorpius innectit tempus †brumale Novembris.
Arcitenens hiemis . . . . . .
. . . . . Capricorni sidere frigens.
Inducit Februo ver udus aquarius arvo.
Mars flores vernis nemori sub Piscibus edit.
Aprili vernante novans Aries micat annum.

865

B. V 194. M. 1123.
B. V 405.

Porcius octophoro fertur resupinus ad aedem
Iunonis Triviae priscaque templa deae
Et circum Phoebi. merito stupet inscia turba
Atque ait: an horum victima porcus erit?

864. 'Ex veteri codice Virgilii Mediceo descripserat N. Heinsius' *Burmann. Codex nondum repertus est. Inscripsi ut Burmann. V.* 10—12 *ante* 1 *transp. Baehrens* 3 altus *Buecheler* acer *Baehrens* 5 Maturas *Baehrens* 7 hiemale *puto* 8 *ab* 9 *separavit Meyer* 9 Hiberno est Ianus C. s. fr. *supplevi.* 10 udum *cod., corr. Burmann* arco *cod.* arvo *Buecheler* 11 vernos *Burmann*

Aliter in cod. Phillippico 1694 *s. XIII* (*B. V* 65. *M.* 1034):

De quattuor temporibus anni.

Ver aestas autumnus hyemps sunt quatuor anni
Tempora, quae currus lustrat, Apollo, tuus.
Ver sua grana serit, fovet aestas semina, fota
Colligit autumnus, lecta recondit hyemps.

865. '*Ex cod. MS. Bourdelotii ineditum hoc Epigramma adfert Pricaeus ad Apuleji Apolog. p.* 173.' *Burmann.* In Porcium *Burmann. Ficticium putat Buecheler.* 2 Rheae *et* 4 en *conieci*

B. V 212. M. 1141.
B. V 216.

866

Quis deus hoc medium flammavit crinibus aurum,
Iussit et in dumis sentibus esse rosam?
Aspicis ut magni coeant in foedus amantes:
Martem spina refert, flos Veneris pretium est. —

Quid tibi cum magnis, puer, est, lascive, sagittis?
Hoc melius telo pungere corda potes!
Nec flammas quaeras neque †alti pectoris ignis:
Si tibi ver tantum praebeat ista, sat est. —

Pallens herba viret: color est hic semper amantum.
Tam fugitiva rosa est quam fugitivus amor.
Nam quod floricomis gaudet lasciva metallis,
Aurum significat vilius esse rosa.

B. M. —
B. V 217.

867

Fabula constituit toto notissima mundo
Gorgoneos vultus saxificumque nefas.
Hoc monstrum natura potens novitate veneni
Ex oculis nostris iusserat esse malum.
Hanc auro genitus Iovis ales praesule diva

866. *In antiquissimo Terentii codice Bembino (Vatic. 3226) fol. 96 post Hecyram manu s. XV (cf. Terent. ed. Umpfenbach p. XIII), — ab Angelo Politiano teste Heinsio — additum; eadem certe manu, quae totum codicem correxit. Contuli a.* 1875. 'Dracontii' *Baehrens. Allegoria rosae et spinarum eius est Ausonianis similis.* 1 flammabit *cod.* fl. cr. *i. e. crinibus sive foliis flammeis cinxit* vallavit *Baehrens* vepribus *Heinsius* 2 densis *Buecheler* et inclusam *Baehrens* 3 amantis *cod.* 5 Quit . . lasciuae *cod.* 6 pongere c. potis *cod.* 7 alti *cod.* anheli *Buecheler* sit ut alti *Baehrens* 8 Set tibi uer nantum preueat ista facis *cod.* Si . . sat est *scripsi* tantum *Buecheler* faces *idem.* 9 erba *cod. Tria epigrammata distinxi.*

867. *In eodem Bembino fol. 97 r. s. XV eadem manu additum. Ad ἀποτροπαῖον spectat* 1 mondo *cod.* 4 Ex]Trux *Buecheler* Ex oculis esse '*i. e. non spectari*' *Ziehen* 5 Hanc ales: *Gorgonem Perseus* pre sole *cod., correxi.*

Mactans aerato conspicit ingenio.
Deriguit mirata necem fatumque veneni
Vertit et in mortem decidit ipsa lapis.
Sic praesens absensque simul caecumque videndo
Ludit et ignaro raptor ab hoste redit.

868

Vide nunc c. 761ª

869

B. M. B. —

Pulcinus milvo dum portaretur 'hoc' inquit
'Iam cado, ne timeas; non tenet . . . .'

870

B. — M. 276.
B. —

Augustinus

Roma labore vigil fregit Carthaginis arces:
Desidia interiit Roma subinde cito.

6 erato *cod.* ingenio *i. e. dolo, sollertia* in gremio *Ellis* in clipeo *Buecheler* 7 Diriguit *cod.* mirari *i. e. mirando aspicere* 8 morem *cod.* mortem *scripsi* rorem *Ellis* 9. 10 *ut ad Perseum spectantia post* 6 *ponit Buecheler* 9 abssens *cod.* cecumq. *cod.* caecusque (*i. e. non visus*) *Baehrens* 10 sapetor ab oste *cod.*

869. *In Cod. Valentiano* 396 *saec. IX ex. fol.* 66 *r., sed manu, ut mihi uisum est, saeculi XV.* 1 hoc] at *Buecheler.*

870 *et* **871** *e cod. Gothano anni* 1495 *Duebnerus ed. a.* 1828. *Cf. Augustinus de civitate dei I* 30 'Deleta Carthagine tanta mala continuo subsecuta sunt, ut Romani perdita integritate vitae crudeliora paterentur' *et III* 21, *et Appianus praef.* 11 '[Ῥωμαῖοι] ἀρετῇ καὶ φερεπονίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ πάντας ὑπερῆραν . . . μέχρι βεβαίως ἐκράτησαν.'

870. 2 supina *Buecheler.*

B. — M. 880.
B. —

871

Appianus

Postquam militia et belli sudore vacabant
Romani et nusquam bella vel hostis erat,
Desidia et luxu robur Romana iuventus
Perdidit. hoc cecidit inclita Roma modo.

872

Vide nunc c. 800

B. V 174. M. 1104.
B. V 405.

873

In equum mirae pernicitatis

Te cuperet Phoebus roseis aptare quadrigis,
Sed fieret brevior te properante dies.

B. M. — B. V 405.

873ª

TVLLII

de civitate Tarenti

Ambitur gemini sinuosa fauce profundi
Urbs, quae de parvo flumine nomen habet;
Quam mare, quam tellus ditant, set dispare fato:
Pisce fretum, terra germine grata placent.
Vitis oliva seges surgunt tellure feraci
Et mare purpureo murice dite rubet.

873. 'Inveni in cod. Ms. D'Orvilliano, quo continebatur Ruderici Cari Baetici opus . . de veteribus Hispaniae Deorum Manibus, in cuius fine hoc epigramma legebatur post inscriptionem et epigramma metricum de templo Traiano sacrato' *sqq. Burmannus.*

873ª. Versus composita ut dicitur per Tullium de ciuitate Tarenti: *e 'Canoniciano l.* 308 *saec. XIV fol.* 190 *manu saec. XV' ed. Baehrens mus. Rhen. XXXI p.* 96.
3 fato *cod.* pacto *Baehrens*; fetu *Ziehen* *De Tullio fortasse eodem cf. c.* 772ª.

873b

B. M. — B. IV 438.

Baiarum dum forte capit sub mollibus umbris
Fessus Amor somnum murmure captus aquae,
Ipsa facem accurrens gelida celavit in unda,
Vt veteres flammas vindicet, alma Venus.
Quum primum liquor ille aeternos concipit ignes;
Igne novo (quisnam crederet?) arsit aqua.
Flammivomis igitur fumant haec balnea lymphis,
Quod facula una omnes vincit Amoris aquas.

873c

B. M. — B. IV 438.

Dicite, cum melius cadere ante Lucretia posset,
Cur potius post vim maluit illa mori?
Crimine se absolvit manus illa habitura coactae
Vltorem et patriae depositura iugum.
Quam bene contempto lacerat sua pectora ferro,
Dum pariter famae consulit et patriae!

873d

B. M. B. —

Dum non laeta fuit, defensa est Ilios armis:
Militibus gravidum laeta recepit equum.

873b c. *Ex R = Riccardiano* 2939 *saec. XV ed. Baehrens, in quo deinde c.* 706 *sequitur.*

873b. 3 accurres *R* 5 Quam *R*, *corr. Ziehen* 6 aquas *R*

873c. 4 Vultorem *R* 6 lacerat *Baehrens*: sacra *R*

873d. *Apud Mythographum Maii Vaticanum III* 6, 3.

B. III 146. M. 1564.
B. V 408.

873e (*olim* 911)

Cum te mortalem noris, praesentibus exple
Deliciis animum. Post mortem nulla voluptas.
Namque ego sum pulvis, qui nuper tanta tenebam.
'Haec habeo quae edi, quaeque exsaturata libido
Hausit; at illa iacent multa et praeclara relicta.'
Hoc sapiens vitae mortalibus est documentum.

873e. *Ex Bernensi* 211 *saec. XV fol.* 163v. *Pithoeus p.* 603 *v.* 1—2 *habet* (Epicuri *ille et* 2 Divitiis). 4 que exactura *B* 5 et prera *B* 4—5 *sunt etiam apud Cic Tusc. V* 101.

Digitized by Google

CARMINA
QVAE LIBRI TANTVM TYPIS DESCRIPTI EXHIBENT

GENVINA, DVBIA, FALSA.

874

Vide nunc. c. 720ª

874ª

B. M — B. V 214.
Auct. antiquiss.
XIV 227.

DRACONTII

Ad Trasimundum comitem Capuae

De mensibus

Ianuarius

Purpura iuridicis sacros largitur honores
Et nova fastorum permutat nomina libris.

Februarius

Sol hiemis glacies solvit iam vere nivesque;
Cortice turgidulo rumpunt in palmite gemmae.

Martius

Martia iura movet, signis fera bella minatur,
Excitet ut turmas, et truncat falce novellas.

Aprilis

Post Chaos expulsum rident primordia mundi.
Tempora pensantur noctis cum luce diei.

874ª ᵇ. *Ed. C = Corius, Hist. urbis Mediolanensis I p.* 13 *a.* 1554 *ex cod.* 'in caratteri Langobardi', *deperdito. Inde sumpsit V = Vaticanus* 9135 *s. XVII, quem descripsi.*

874ª. Capuae *scripsi* Capud *V*; conte di Capua *est apud C. Hunc a Corio confusum esse cum* Thrasamundo rege Vandalorum *monui mus. rhen.* 32, 319. 2 permittit *Baehrens* 3 verbere nives *C V, em. Baehrens* mitis *Traube* vemens *Leo* 6 truncet *C V, correxi*

874

Vide nunc. c. 720ª

874ª

B. M — B. V 214.
Auct. antiquiss.
XIV 227.

DRACONTII

Ad Trasimundum comitem Capuae

De mensibus

Ianuarius

Purpura iuridicis sacros largitur honores
Et nova fastorum permutat nomina libris.

Februarius

Sol hiemis glacies solvit iam vere nivesque;
Cortice turgidulo rumpunt in palmite gemmae.

Martius

Martia iura movet, signis fera bella minatur,
Excitet ut turmas, et truncat falce novellas.

Aprilis

Post Chaos expulsum rident primordia mundi.
Tempora pensantur noctis cum luce diei.

874ª ᵇ. *Ed. C = Corius, Hist. urbis Mediolanensis I p.* 13 *a.* 1554 *ex cod.* 'in caratteri Langobardi', *deperdito. Inde sumpsit V = Vaticanus* 9135 *s. XVII, quem descripsi.*

874ª. Capuae *scripsi* Capud *V*; conte di Capua *est apud C. Hunc a Corio confusum esse cum* Thrasamundo rege Vandalorum *monui mus. rhen.* 32, 319. 2 permittit *Baehrens* 3 verbere nives *C V, em. Baehrens* mitis *Traube* vemens *Leo* 6 truncet *C V, correxi*

874

Vide nunc. c. 720ª

874ª

B. M — B. V 214.
Auct. antiquiss.
XIV 227.

DRACONTII

Ad Trasimundum comitem Capuae

De mensibus

Ianuarius

Purpura iuridicis sacros largitur honores
Et nova fastorum permutat nomina libris.

Februarius

Sol hiemis glacies solvit iam vere nivesque;
Cortice turgidulo rumpunt in palmite gemmae.

Martius

Martia iura movet, signis fera bella minatur,
Excitet ut turmas, et truncat falce novellas.

Aprilis

Post Chaos expulsum rident primordia mundi.
Tempora pensantur noctis cum luce diei.

874ª ᵇ. *Ed. C = Corius, Hist. urbis Mediolanensis I p.* 13 *a.* 1554 *ex cod.* 'in caratteri Langobardi', *deperdito. Inde sumpsit V = Vaticanus* 9135 *s. XVII, quem descripsi.*

874ª. Capuae *scripsi* Capud *V*; conte di Capua *est apud C. Hunc a Corio confusum esse cum* Thrasamundo rege Vandalorum *monui mus. rhen.* 32, 319. 2 permittit *Baehrens* 3 verbere nives *C V, em. Baehrens* mitis *Traube* vemens *Leo* 6 truncet *C V, correxi*

Maius

Prata per innumeros vernant gemmata colores;
Floribus ambrosiis caespes stellatur odorus.

Iunius

Messibus armatis crispae flavantur aristae:
Rusticus expensas et fluctus nauta reposcit.

Iulius

Humida dant siccas messes domicilia Lunae:
Fontanas exhaurit aquas, ut Nilus inundet.

Augustus

Atria solis habet, sed nomen Caesaris adfert.
Mitia poma †dabit, siccas terit area fruges.

September

Aestuat autumnus partim variantibus uvis,
Agricolis spondens mercedem vina laborum.

October

Promitur agricolis saltantibus ebrius imber;
Rusticitasque †decet gaudens plus sordida musto.

November

Pigra redux torpescit hiems; mitescit oliva,
Et frumenta capit quae fenore terra refundat.

December

Algida bruma nivans onerat iuga celsa pruinis
Et glaciale gelu nutrit sub matribus agnos.

9 vernat *C V* 11 flavae crispantur *Baehrens, recte?* 13 *obscurus.* 14 Fortunas *C; corr. V* 16 datat *Baehrens* 19 euhius *idem* 20 deo est g. *Baehrens* 21 nitescit *V* mit. *C*

874ᵇ

B. M. — B. V. 215. Auct. antiquiss. XIV 228.

De origine rosarum dicitur:

Alma Venus [quondam] dum Martis vitat amores
Et pedibus nudis florea prata premit,
Sacrilega placidas irrepsit spina per herbas
Et tenero plantas vulnere mox lacerat.
Funditur inde cruor; vestitur spina rubore;
Quae scelus admisit, munus odoris habet.
Sanguine cuncta rubent croceos dumeta per agros
Et sancit vepres astra imitata rosa.
Quid prodest, Cypris, Martem fugisse cruentum,
Cum tibi puniceo sanguine planta madet?
Sanguineis Cytherea genis, sic crimina punis,
Mordacem ut spinam flammea gemma tegat?
Sic decuit doluisse deam, sic numen amorum,
Vindicet ut blandis vulnera muneribus.

875

B. III 262. M. 1006. B. —

Cogitat Vrsidius sibi dote iugare puellam;
Vt placeat domino, cogitat Vrsidius.
Cogitat Vrsidius heredem tollere parvum;
Vt placeat domino, cogitat Vrsidius.
Cogitat Vrsidius domino quacunque placere
Virgine vel puero. quam sapit Vrsidius!

874ᵇ. Dicitur *traieci in inscriptionem* Icitur *Traube* quondam *addidi* 6 *cf. Dracontius satisf.* 162: quae scelus admisit, munus honoris habet. 7 croceus *C* -eos *Baehrens* 12 Veracem *C, corr. Baehrens* Uracem *Vollmer Auct. antiquiss.* XIV 228.

875. 'Tollere dulcem cogitat haeredem: unde illud epigramma: Cogitat' *sqq. Geo. Valla in comm. ad Iuvenalem* 6, 38 *a.* 1486 *edito. In codice suo vetustissimo si Valla invenisset, disertis verbis ut solet adnotasset.* 3 haeredem 6 quam] q̃ *Valla.*

B. III 58. M. 279. Avienus ed. Holder p. 1. B. –

876

RVFI FESTI AVIENI

Qua venit Ausonias austro duce Poenus ad oras,
Si iam forte tuus Libyca rate misit agellus
Punica mala tibi Tyrrhenum vecta per aequor,
Quaeso aliquid nostris gustatibus inde relaxes.
Sic tua cuncta ratis plenis secet aequora velis,
Spumanti cum longa trahit vestigia sulco,
Romuleique Phari fauces illaesa relinquat:
Sit licet illa ratis, quam miserit alta Corinthos,
Adriacos surgente noto qua prospicit aestus,
Quamve suis opibus cumularit Hiberia dives,
Solverit aut Libyco quam laetus navita portu.
Sed forsan, quae sint, quae poscam, mala, requiras.
Illa precor mittas, spisso quibus arta cohaeret
Granorum fetura situ, castrisque sedentes
Vt quaedam turmae socio latus agmine quadrant
Multiplicemque trahunt per mutua vellera pallam,
Vnde ligant teneros examina flammea casses.
Tunc ne pressa gravi sub pondere grana liquescant,
Divisere domos et pondera partibus aequant.
Haec ut, amice, petam, cogunt fastidia longis
Nata malis et quod penitus fellitus, amarans
Ora, sapor nil dulce meo sinit esse palato.
Horum igitur suco forsan fastidia solvens
Ad solitas revocer mensis redeuntibus escas.
Nec tantum miseri videar possessor agelli,

876. *V* = *Avieni ed. pr. Venetiis a.* 1488 *impressa.* *L* = *libri veteris Orteliani deperditi collatio in cod. Leidensi Burm. q.* 13 *extans.* *O* = *V L* Rufus Festus Auienius V. C. Flauiano Myrmeico V. C. suo salutem *V* 4 relaxis *O* 6 dum *Burmann* 7 fari *V* 9 Adria consurgente *O, em. Barth* notus *O, em. Schott* 14 foetura *O* 15 claudunt *Oudendorp* 16 pellem *Wernsdorf* telam *Heinsius* 17 ex (et *L*) agmine *O, em. Heinsius* 19 pastibus *O, em. Pithoeus* 23. 31 succo *O* 25 Ne *L*

Vt genus hoc arbos nullo mihi floreat horto:
Nascitur ex multis onerans sua brachia pomis,
Sed gravis austerum fert sucus ad ora saporem.
Illa autem, Libycas quae se sustollit ad oras,
Mitescit meliore solo caelique tepentis
Nutrimenta trahens suco se nectaris implet.

877

B. V 134. M. 1072. B. —

Caesaris ad valvas sedeo, sto nocte dieque,
Nec datur ingressus, quo mea fata loquar.
Ite, deae faciles, et nostro nomine saltem
Dicite divini praesidis ante pedes:
Si nequeo placidas affari Caesaris auris,
Saltem aliquis veniat, qui mihi dicat 'abi'.

878

MEROBAVDIS vel CLAVDIANI

Laus Christi

B. M. B. — Claudianus ed. Birt Auct. antiquiss. X p. 411. Ibid. XIV p. 19.

Proles vera Dei cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
Ante tuae matrisque parens, quem misit ab astris

27 ex *V* et *L* onerant *O, correxi* 28 succus O 29 auras *O, correxi* 30 coeli *O*

877. *Mazocchius in* Epigrammatis antiq. urbis Romae (*a.* 1521) *fol.* 130 *r.*: 'Ubi sit, ignoratur'. 3 facilis *Mazocchius* 4 praesidis] Caesaris *Pithoeus.* — *cf. Carmen Scotti cuiusdam in poet. aev. Carol. III* 688:

Nocte dieque gemo, dominum quia sentio tristem;
Et quia hunc timeo, nocte dieque gemo. *sqq.*

878. *C* = *Claudianus a Camerte Vindobonae a.* 1510 *editus. O* = *codex Oporini deperditus. Simile est* Carmen paschale *sive* De salvatore, *Claudiano in cod. Veronensi* 163 *s. IX adscriptum.* Claudiani laus Christi *C.* Merobaudis Hispani Scholastici carmen de Christo transscripsimus e libro antiquo, quem ad nos Oporinus misit *G. Fabricius Poet. christianorum comment. p.* 87; *ad p.* 763. 3 Nate, *Barthius* tuam *Heinsius*

Aequaevus genitor verbumque in semina fusum
Virgineos habitare sinus et corporis arti
Iussit inire vias parvaque in sede morari,
Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo
Vidisti quicquid mundo nascente crearas,
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire vices et corporis huius
Dissimiles perferre modos hominemque subire,
Vt possis monstrare deum, ne lubricus error
Et decepta diu vani sollertia mundi
Pectora tam multis sineret mortalia saeclis
Auctorem nescire suum: te conscia partus
Mater et attoniti pecudum sensere timores.
Te nova sollicito lustrantes sidera visu
In caelo videre prius, lumenque secuti
Invenere magi. tu noxia pectora solvis
Elapsasque animas in corpora functa reducis
Et vitam remeare iubes. tu lege recepti
Muneris ad Manes penetras mortisque latebras
Immortalis adis. nasci tibi non fuit uni
Principium finisque mori; sed nocte refusa
In caelum patremque redis rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
Et toties unus triplicique in nomine simplex.
Quid, nisi pro cunctis, aliud quis credere possit
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

4 verbumque *Birt* verbique *CO* 5 artus *O* 8 creares *O* 9 tui *Scaliger* sui *CO* iniquos *O* 12 posses *Claverius* 13 vani *Heinsius* varii solertia *CO* 15 n. s.] scivere deum *O* patris *Barth, recte?* 17 visu] cursu *olim conieci* 21 *om. O* recoepti *C* 22 Mundus et ad *O* 23 nasci *om. O* non *Barth*: nam *C*, tantum non *O* 24 finisve *O* repulsa *Buecheler* refusus *Vollmer* 25 In c. ad patrem scandis *O* In c. patremque redis *C* 27 insons *i. e. sanctus.*] idem *Birt* ingens *Vollmer* spirituum fons *Barth* 29 Quis *O. Multa deesse putavit Scaliger*

879

B. M. B. — Claudian ed. Birt p. 412.

Miracula Christi

Angelus alloquitur Mariam, quo praescia verbo
Concipiat salva virginitate deum.

Dant tibi Chaldaei praenuntia munera reges:
Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus.

Permutat lymphas in vina liquentia Christus,
Quo primum facto se probat esse deum.

Quinque explent panes, pisces duo milia quinque,
Et deus ex parvo plus superesse iubet.

Editus ex utero caecus nova lumina sentit
Et stupet ignotum se meruisse diem.

Lazarus e tumulo Christo inclamante resurgit
Et durae mortis lex resoluta perit.

Nutantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto
Et dextra gressus firmat et ore fidem.

Exsanguis Christi contingit femina vestem.
Stat cruor in venis. fit medicina fides.

Iussus post multos graditur paralyticus annos,
(Mirandum) lecti portitor ipse sui.

879. Claudiani miracula Christi *C* (*cf. ad* 878). *Disticha singulis picturis vel fortasse musivis destinata puto.* 4 *cf. Manitius Hist. poeseos lat. christ. p.* 103, 1. 9 caetus *C* sensit *C, corr. Birt* 16 fidis *C* ἡ πίστις σου σέσωκέν σε *Ev. Marci* 5, 34 18 lectus *C* lecti *Isengrin. Post* 18 *disticha nonnulla desunt: Ziehen.*

880. 881

Vide nunc c. 494[a b]

B. III 109.
M 937. B –

882

'Optimus est' Cleobulus ait 'modus' incola Lindi.
Ex Ephyra Periandre, doces cuncta emeditanda.
'Tempus nosce' inquit Mitylenis Pittacus ortus.
Plures esse malos Bias autumat ille Prieneus,
Milesiusque Thales sponsori damna minatur.
'Nosce' inquit 'tete' Chilon Lacedaemone cretus,
Cecropiusque Solon 'ne quid nimis' induperavit.

B. M. —
B. III 203.

883

. . . . . .
Et tetracem, Romae quem nunc vocitare taracem
Coeperunt. avium est multo stultissima. namque
Cum pedicas necti sibi contemplaverit adstans,
Immemor ipse sui tamen in dispendia currit.
Tu vero adductos laquei cum senseris orbes,

882. *Hygini fabulae* 221 *invertum iam in ed. Micylli a.* 1535, *sed multo posterioris aevi. Mauricii Schmidt editionem p.* 130 *sequor.* 2 et meditanda *M(icylli ed.), corr. Buecheler* 7 induperabit *M, corr. Scheffer. Cf. c.* 351.

883 *et* **884.** *Gybertus Longolius in dialogo de avibus* (*Coloniae a.* 1544) *p. E* 2[a]: 'Nemesiani poetae authoritas, qui de aucupio Latinis versibus conscripsit, me in hanc sententiam perduxit [*tetracem esse urogallum*]. descripserat autem furtim in bibliotheca porcorum Salvatoris Bononiensi⟨s⟩ versus aliquot Hieronymus Boragineus Lubecensis . . . . ex iis ego quosdam, cum opus erit historia, tibi recitabo: (*sequitur c.* 883). *Nemesiani Ixeuticis fragmenta* 883 *et* 884 *vindicavit M. Ihm mus. Rhen.* 52, 454 *sqq.*

883. 2 nunquam *Longolius*, namque *C. Gesner* 10 Pentinum *Longolius* Pelt(u)inum (*Vestinorum*) *Buecheler cf. CIL IX* 324. radicibus *Buecheler:* radices *Longolius* et rad. *Haupt* ad rad. *Baehrens*

Appropera et praedam pennis crepitantibus aufer.
Nam celer oppressi fallacia vincula colli
Excutit et rauca subsannat voce magistri
Consilium et laeta fruitur iam pace solutus.
Hic prope Peltvinum radicibus Apennini
Nidificat, patulis qua se sol obicit agris,
Persimilis cineri dorsum, maculosaque terga
Inficiunt pullae cacabantis imagine notae.
Tarpeiae est custos arcis non corpore maior
Nec qui te volucres docuit, Palamede, figuras.
Saepe ego nutantem sub iniquo pondere vidi
Mazonomi puerum, portat cum prandia, circo
Quae consul praetorve novus construxit ovanti.

884

B. M. — B. III 204.

. . . . . .

Cum nemus omne suo viridi spoliatur honore,
Fultus equi niveis silvas pete protinus altas
Exuviis: praeda est facilis et amoena scolopax.
Corpore non Paphiis avibus maiore videbis.
Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,
Pascitur, exiguos sectans obsonia vermes.
At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat:
Impresso in terram rostri mucrone sequaces
Vermiculos trahit et vili dat praemia gulae.—

12 collum *Gesner* 13 notae] guttae *Vlitius* 17 Mazonoim *Longolius, em. Gesner* cirro *id., em. Burmann.*

884. *Longolius p. F* 2ª: 'Nemesianus scolopacem cum Herodiano [*ascalopam*] appellat . . . . Nemesiani versus, si quis expetit, sunt: Cum nemus' *sqq.* 3 facilis praeda est *puto* 5 proluit *Longol.* profluit *Ihm coll. Verg. Georg. IV* 25. 10 atque gulae dat pr. vili *Wernsdorf* et dat vilia *conieci* curae (vitae) *Ihm*

B. III 264. M. 1701.
B. V 406.

885

Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis
Nostrae cultior hortus est puellae.
Mirari, o bone, desinas, Sabelle.
Hortorum deus ipse nam Priapus
Cunctis hunc fodit et rigat diebus.

B. I 148. M. 247.
B. V 404.

886

Acidis tumulus

Acidos haec cernis montana cacumina busti
Aequor et ex imis fluminis ire iugis?
Ista Cyclopei durant monumenta furoris:
Hic amor, hic dolor est, candida nympha, tuus.
Sed bene, si periit, iacet hac sub mole sepultus,
Nomen et exultans unda perenne vehit.
Sic manet ille quidem neque mortuus esse feretur
Vitaque per liquidas caerula manat aquas.

B. I 33. M. 590.
B. V 401.

887

Pani et Apollini

Pan tibi, Phoebe tibi, lenimen dulce laborum,
Otia dum terimus, carmina mille damus.

885. *Ed. Menagius ad Diog. Laert. lib. II p.* 77 *ed. Lond.* 2 Vestrae . . . est Lupercae *et* 4 ipse quaestuosum '*in Laertii ed. novissima in notis Menagianis*' *Burmann* '*Lusus novicius*' *Buecheler.*

886—889. *Ed. pr.* (*sed vide* 888) *G. Fabricius a.* 1587 *in Antiq. monum. p.* 131. 162. 164.

886. *Num novicium? Pentadio tribuit Scaliger* 5 *post* bene *interpunxit Ziehen* 6 dedit *Burmann. cf. Ovid. Metam.* 13, 891.

887. *Num novicium?* 1 *cf. Horat. carm. I* 32, 14 *sq.*

888

Vide nunc Anthol. lat. epigraphica 871 = *CIL XIII* 581.

889

B. III 10. M. 70.
B. V 405.

De urbe Feltria

Feltria perpetuo nivium damnata rigore,
Terra vale posthac non adeunda mihi.

890

B. II 235. M. 1544.
B. V 406.

IVLII

Petroni carmen divino pondere currit,
Quo iuvenum mores arguit atque senum.
Quare †illepraesa gaudet lasciva puella,
At quoque delicias frigida sentit anus.
Nam †rbter diri scripsitque Neronis †amictu,
Arbiter arbitrio dictus et ipse suo.

889. *Fabricius p.* 164. 'Hoc distichon Iulio Caesari ascribitur' *idem p.* 234. *Hinc* 'Iulio Caesari inscribit vetus membrana' *Scriverius. Recens puto (num Iulii Caesaris Scaligeri est? sed in edd. eius non extat).* 1 rigori *Oudendorp* 2 Terra *Pithoeus* Forte *vulgo.*

890—892. *B = Petronii epigrammata ed. Cl. Binetus a.* 1579 (*p.* 109 *ed. Dousa*).

890. 'Epigramma Iulii cuiusdam, quod Romae in Vaticana bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi.' *Pomponio Laeto Niebuhr kl. Schriften p.* 347 *tribuit.*
3 Quartillae prosa *Rivinus, recte?* illo prenso *Dorleans* Quaerens illecebras *Buecheler* Quare his illecebris *conieci* 5 rbter] rector *Buecheler* amicus *Binet.* 6 et] ab *Heinsius.*

B. I 22. M. 1545.
B. V 406.

891

Infantem Nymphae Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inventum sub cinere abluerant.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,
Seiunctus quod sit ignis et urat adhuc.

B. III 217. M. 987.
B. V 406.

892

Formosissima Lai feminarum,
Dum noctis pretium tibi requiro,
Magnum continuo petis talentum:
Tanti non emo, Lai, — paenitere!

B. M. B. —

893

SEVERI SANCTI †IDEST ENDELECHII

rhetoris De mortibus boum

Aegon. Bucolus. Tityrus.

Aeg. Quidnam solivagus, Bucole, tristia
Demissis graviter luminibus gemis?

891. Item *B* (*p.* 122 *ed. Dousa*). *Conversum ex Meleagro, Anth. Pal. IX* 331:

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατο κοῦρος,
Νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἦν δέ νιν εἴργῃς
Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

892. *B p.* 124 *ed. D.* 'In Polianthaeae libro ad vocem Talentum referuntur hi versus ut M. Val. Martialis.' *Cf. Macrobius II* 2, 11. 2 tuae *Patisson.*

893. Incipit carmen Severi Sancti id est Endeleichi Rhetoris de mortibus boum *P* = *Pithoeus in 'Veterum aliquot Galliae theologorum scriptis' Parisiis ap. Nivellium* 1586 *fol.* 144 *r., fonte non indicato. Hanc ed. principem presse sequor.* 'Codex ubi sunt . . item epigrammata diuersa, inter quae uersus Endelici de mortibus boum': *haec leguntur in catalogo librorum monasterii St-Oyan (in Iura)*

Cur manant lacrimis largifluis genae?
Fac, ut norit amans tui!
Buc. Aegon, quaeso, sinas alta silentia
Aegris me penitus condere sensibus.
Nam vulnus reserat, qui mala publicat,
Claudit, qui tacitum premit.
Aeg. Contra est quam loqueris, recta nec autumas.
Nam divisa minus sarcina fit gravis,
Et quicquid tegitur, saevius incoquit.
Prodest sermo doloribus.
[Buc.] Scis, Aegon, gregibus quam fuerim potens,
Vt totis pecudes fluminibus vagae
Complerent etiam concava vallium,
Campos et iuga montium:
Nunc lapsae penitus spes et opes meae,
Et longus peperit quae labor omnibus
Vitae temporibus, perdita biduo.
Cursus tam citus est malis!
Aeg. Haec iam dira lues serpere dicitur.
Pridem Pannonios, Illyrios quoque
Et Belgas graviter stravit et impio
Cursu nos quoque nunc petit.
Sed tu, qui solitus nosse salubribus
Sucis perniciem pellere noxiam,
Cur non anticipans, quae metuenda sunt,
Admosti medicas manus?
Buc. Tanti nulla metus praevia signa sunt,
Sed quod corripit, id morbus et opprimit:

saec. XI scripto, cf. Delisle, Cabin. des mss. 3, 385 *sq.; mus. Rhen.* 48, 284. *De rhetore huius nominis, Paulini Nolani amico, v. Teuffel* § 367, 7. id est *ex nomine falso intellecto, fortasse* Aedesii (*Ammian. XV* 5, 4) *ortum puto.* Buculus *et* 1 Bucule *P* 11 Sed . . id coquit *Baehrens* 13 Buc. *om. P* 15 Complerint *Heumann* 17 opis est *P* et opes *Buecheler* 22 Pannonicos *edd. post P* Illyricos *P, corr. Baehrens* 29 pervia *P, correxi* 30 corripuit m. *Wernsdorf.*

Nec languere sinit nec patitur moras.
Sic mors ante luem venit.
Plaustris subdideram fortia corpora
Lectorum studio, quo potui, boum,
Queis mentes geminae, consona tinnulo
Concentu crepitacula,
Aetas consimilis saetaque concolor,
Mansuetudo eadem, robur idem fuit
Et fatum: medio nam ruit aggere
Par victum parili nece.
Mollito penitus farra dabam solo:
Largis putris erat glaeba liquoribus,
Sulcos perfacilis stiva tetenderat,
Nusquam vomer inhaeserat:
Laevus bos subito labitur impetu,
Aestas quem domitum uiderat altera.
Tristem continuo disiugo coniugem,
Nil iam plus metuens mali;
Dicto sed citius consequitur necem,
Semper qui fuerat [sanus] et integer;
Tunc longis quatiens ilia pulsibus
Victum deposuit caput.

Aeg. Angor, discrucior, maereo, lugeo.
Damnis quippe tuis non secus ac meis
Pectus conficitur. sed tamen arbitror
Salvos esse greges tibi?

Buc. Illuc tendo miser, quo gravor acrius.
Nam solamen erat vel minimum mali,
Si fetura daret posterior mihi,
Quod praesens rapuit lues.
Sed quis vera putet, progeniem quoque
Extinctam pariter? vidi ego cernuam
Iunicem gravidam, vídi animas duas

35 frontis *Heumann* 43 per facilis *Baehrens* 50 sanus *add. Pithoeus in mg., om. P* 58 vel] nec *Baehrens*

Vno in corpore perditas!
Hic fontis renuens, gramiuis immemor
Errat succiduo bucula poplite;
Nec longum refugit, sed graviter ruit
Leti compede claudicans.
At parte ex alia, qui vitulus modo
Lascivas saliens texuerat vias,
Vt matrem subiit, mox sibi morbido
Pestem traxit ab ubere.
Mater tristifico vulnere saucia,
Vt vidit vituli condita lumina,
Mugitus iterans ac misere gemens
Lapsa est et voluit mori.
Tunc tanquam metuens, ne sitis aridas
Fauces opprimeret, sic quoque dum iacet,
Admovit [moriens] ubera mortuo.
Post mortem pietas viget.
Hinc taurus solidi vir gregis et pater,
Cervicis validae frontis et arduae,
Laetus dum sibimet plus nimio placet,
Prato concidit herbido.
Quam multis foliis silva cadentibus
Nudatur gelidis tacta aquilonibus,
Quam densis fluitant velleribus nives,
Tam crebrae pecudum neces.
Nunc totum tegitur funeribus solum;
Inflantur tumidis corpora ventribus,
Albent lividulis lumina nubibus,
Tenso crura rigent pede.
Iam circum volitant agmina tristium
Dirarumque avium, iamque canum greges
Insistunt laceris visceribus frui,
Heu cur non etiam meis?

Aeg. Quidnam, quaeso, quid est, quod vario modo

70 *corruptus.* nexuerat *Ziehen* 79 moriens *om. P, add. Pith. in mg.*

Fatum triste necis transilit alteros
Affligitque alios? en tibi Tityrus
Salvo laetus agit grege!
Buc. Ipsum contueor. dic age, Tityre:
Quis te subripuit cladibus his deus,
Vt pestis pecudum, quae populata sit
Vicinos, tibi nulla sit?
Tit. Signum, quod perhibent esse crucis dei,
Magnis qui colitur solus in urbibus,
Christus, perpetui gloria numinis,
Cuius filius unicus.
Hoc signum mediis frontibus additum
Cunctarum pecudum certa salus fuit.
Sic vero deus hoc nomine praepotens
Salvator vocitatus est.
Fugit continuo saeva lues greges,
Morbis nil licuit. si tamen hunc deum
Exorare velis, credere sufficit:
Votum sola fides iuvat.
Non ullis madida est ara cruoribus
Nec morbus pecudum caede repellitur,
Sed simplex animi purificatio
Optatis fruitur bonis.
Buc. Haec si certa probas, Tityre, nil moror,
Quin veris famuler religionibus.
Errorem veterem defugiam libens,
Nam fallax et inanis est.
Tit. Atqui iam properat mens mea visere
Summi templa dei. quin, age, Bucole,
Non longam pariter congredimur viam,
Christi et numina noscimus?

99 *Cf. Verg. ecl.* 1, 1 *sqq. et c.* 719ª *de Tityro.* 100 salvos *et* greges *Baehrens* 106 *contra in pagis* 'paganorum' *cultus conservabatur* 111 deus hic *Baehrens* 123 diffugiam *P, corr. Weitz* discutiam *Baehrens* 126 Bucule *P* 128 numen agnoscimus *P, em. Pith. in mg.*

Aeg. Et me consiliis iungite prosperis.
Nam cur addubitem, quin homini quoque
Signum prosit idem perpete saeculo,
Quo vis morbida vincitur?

---

894 B. III 234. M. 999. B. —

Praxitelis Venerem lapidosa per oscula multi *sqq.*

895 B. III 235. M. 1000. B. —

Mitte, aquila, hanc praedam. mitte, inquam, si sapis, inquam, *sqq.*

895ª ibidem

Quicquid formosum est, penetrat, trahit, arripit ad se *sqq.*

896 B. I 6. M. 1552. B. —

'Quaenam haec forma?' dei. 'cur versa est?' fulgura lucis *sqq.*

---

897 B. III 275. M. 262 B. V 391.

Vide nunc c. 803.

894—896. *Haec carmina H. Hagen in cod. Bernensi* 189 *saec. XVI invenit et in libello gratulatorio ab universitate Bernensi a.* 1877 *ad Rettigium misso ostendit, vel a Camillo quodam qui anno* 1530 *Patavii versabatur vel ab eius aequali aliquo composita esse. Et* 895 *quidem* 'in Iovis Capitolini templo ad aram magnam in tabella lapidea' *fuisse,* 895ª *Ephesi in* 'Ephesiae templo in aere insculptum' *se vidisse,* 896 'imagini inscriptum Iovis' *fuisse Camillus narravit. Cf. et Peiper, ann. philol. suppl. XI* 254 *sq.* 895ª *hucusque cum* 895 *coniunctum legebatur.*

898

Vide nunc c. 799.

B. II 252. M. 849.
B. V 407.

899

CORNELII CELSI

Dictantes Medici quandoque et Apollinis artes
Musas Romano iussimus ore loqui.
Nec minus est nobis per pauca volumina famae,
Quam quos nulla satis bibliotheca capit.

B. II 171. M. 557
B. V 407.

900

MODESTI

De Lucretia

Roma, tibi ambiguum mea mors sine teste dedisset,
Esset utrum ut corpus sic scelerata anima.
Proin animam testor scelus haud tetigisse, sed ecce,
Vt solum foedum est corpus, et id fodio,
Qua cruor inflictam labem lavet et per aperta
Pectora ab invisa sit fuga sede animae.

B. III 166. M. 945.
B. V 407.

901

TVLLII MARCI

Callidus Afer eris semper, Romane disertus,
Semper Galle piger, semper Hibere celer.

899—912. *P* = *Epigrammata et poematia vetera ed. P. Pithoeus Paris.* 1590. *Editione sec. a.* 1596 *usus sum.*

899. *P p.* 48. 1 Medici *i. Aesculapii* App. *P*

900. *P p.* 57 De Lucretia Modesti *P* 4 Et *Klotz* et] ita *Barth.* 5 Quo *Oudendorp*

901. *P p.* 66 (2 Ibere). *Ad Servium ad Aen. VI* 724 'inde Afros versipelles, Graecos leves, Gallos pigrioris videmus ingenii' *retuli mus. Rhen.* 36, 473. *Ex Glossa cod. Bern.* 48 *saec. XI* 'Tullius Marcus dixit: Graecus ante

902

B III 160. M. 923
B. —

Cor non laudo hominis: nam perfidum et exitiale.
Non laudo os: namque est vaniloquum et fatuum.
Non oculos: etenim sunt lusci oculi atque patrantes.
Non barbam: rufa est. non cilia: haud cilia.
Non mihi laudanturque manus: hae namque rapaces.
Et non laudatur mentula: merdacea est.
Non nātes: patulae. genua et non laudo: maligna.
Et non laudo pedes: pes geminusque fugax.
Non frontem: effrons est. non ventrem: gurgulionis.
Lumbos: elumbos. renem: ubicumque malus.
Non nomen Calvitoris: nam est omine nomen
Tetrum, ut cor multis exitiale bonis.
Ecquid laudo igitur de hoc corpore? laudo capillos,
Tam foeda a calva qui modo profũgerint.

903

Vide nunc Anth. lat. epigr. 1522 = *CIL XII* 1122.

904

B. II 236. M. 541.
B V 407.

C. AVRELII ROMVLI

Cecropias noctes, doctorum exempla virorum,
Donat habere mihi nobilis Eustochius.
Vivat et aeternum laetus bona tempora ducat,
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

causam, Francus in causa, Romanus post causam; Francus gravis, Romanus levis, Afrus versipellis' *Hagen progr. Bern.* 1880 *p.* 12 *c.* 901 *saec. XVI effictum putat.*

902. Incerti *P p.* 67. *Ad Carolum Calvum regem Francorum spectare visum est Loewio.* l. o.] luscosi *Loewe* 7 nares *Heinsius* 10 elumbes *Heinsius* 11 Calvitoris *P* Calvi: turpi nam *conieci* 13 hoc *delendum?* 14 foedo a calvo *puto*

904. *P p.* 126. *Post Gellii librum X in codd. quibusdam inveniri testatur Gronovius.* 4 fruenda *Buecheler.*

B. — M. 875.
B. V. 363.

905

. . . . . .

Dente perit Lycabas, serpens pede, Nigra veneno,
Flumine avis, calamo †quoredimite lepus.

906—908

Vide nunc c. 798ª

909

Vide nunc Anthol. lat. epigr. 885 = *CIL VI* 1330ª.

910

Vide nunc c. 719ᵉ.

911

Vide nunc c. 873ᵉ.

B. III 271. M. 1007.
B. V 408.

912

Virginis insano Iulianus captus amore
Femina fit cultu dissimulatque virum
Et sic indutus muliebriter intrat ad illam.
Res patet, abscindit membra pudenda pater.
Femina virque prius nec vir nec femina nunc est:
Fit neutrum, credi femina dum voluit.

913

Vide nunc c. 786ᵇ.

905. Aliud (*sc. post c.* 391) *P p.* 132. *Finis carminis alicuius est, non imitatio c.* 391. 1 nigra *P. Nomen puto.* 2 Flumina *P* calamo caprea, rete lepus *Buecheler* Fulmineus calamo (quarta ruina) lupus *Korsch; at certe singuli versus ternas res continebant.*

912. *P p.* 605: Incerti ex v. c. Fr. Iureti fide

914

B. M. B. —

Non fuit Arsacidum tanti expugnare Seleucen
Italaque Vltori signa referre Iovi,
Vt desiderio nostri curaque Lycoris
Heu iaceat menses paene sepulta novem
. . . . . .
Pingit et Euphratis currentes mollius undas
Victricesque aquilas sub duce Ventidio,
Qui nunc Crassorum manes direptaque signa
Vindicat Augusti Caesaris auspiciis *sqq.*

915

B. M. B. —

Occurris cum mane mihi, ni purior ipsa *sqq.*

916

B. III 172.
M. 1565. B. —

. . . . matris amor deliciumque meum *sqq.*

917

B. III 238.
M. 1003. B. —

Subrides si, virgo, faces iocularis ocellis *sqq.*

914—917. *Ed pr. Aldus Manutius a.* 1590; **914—916** *sunt in cod. Vallicellano B* 106 *a.* 1578 *scripto. Antiquitati recte cum Scaligero abiudicavit Aem. Chatelain, Revue de philol. IV* 69 *sqq. Quod satis superque* 914, 54 *sqq. demonstratur. Scilicet Ventidius* 'Crassi (*non Crassorum*) manes' *ut ait Val. Max. VI* 9, 9, *vindicavit annis a. Chr.* 39 *et* 38, Augusti *nomen Caesar demum a.* 27 *accepit: attamen eodem tempore* ('nunc') *utrumque esse simulat poeta.* — Galli poetae clarissimi elegia in antiquo Ovidii codice reperta, sed multis in locis a tineis corrupta (!) *cod. Vall. ad c.* 914. *Unde* Asinii Cornelii Galli *Man.* — *Vergilio Ovidio Horatio Catulli c.* 66 (*antiquis temporibus vix noto*) *et maxime Tibullo non inscite usus est.*

918—921
VESTRICII SPVRINNAE
De contemptu saeculi

B. M. —
B. V 408.

I (918)

Dulces Vestricii iocos,
    Seras Socraticae relliquias domus,
Ne laudes nimium, Mari.
    Contemnit placitas [no]bilibus viris,
Soli qui sapientiae
    Post florem tepidum nec stabilem gradum
Aetatis senium dicat
    Mentis compositae, qualis ab arduis
Ad se versa laboribus,
    Quos non dat patriae, seposuit sibi

918—944. *Ed. pr. Caspar de Barth in Adversariorum libris a.* 1624 *editis alibique ex codicibus aut hodie deperditis aut fictis. Quaedam antiqua esse persuasum habeo, alia medii recentisve aevi puto; cum in universum res non satis liqueat ne haec quidem omittenda duxi.*

918—921. *C. Barthius ed. Gratii p.* 158 'In ueteribus membranis . . iunctim inuenimus scripta. Senecae epistolas . Boethium . . Peruigilii Veneris fragmentū sub nomine Senecae. Quattuor has odas . . uno perpetuo uersuum tenore . . Dicta sapientum . . Alia etiam carmina non inepta, Christiana plerumque, nonnulla etiam Ethnica. . . . Haec opera, recenti manu in unum fascem compacta Martispurgi in Misniae et Turingiae finibus inter rudera bibliothecae disiectae et contemtae inuenimus. Vario omnia atramento uariaque aetate scripta.' *Easdem odas Barthius ed. Aduersariorum XIV* 5. *b = Barthii contextus, Barth = eius coniectura, B = quae e codice adfert.*

918. Incipit Vesprucius Spurinna de contemptu seculi. Ad Martium. Od. I *b. cf. Plin. Epp. III* 1. 1 Dulceis Vespricii *b.* ioca *B, corr. Barth* 3 Marti *B, corr. Barth.* 4 placitus *Wernsdorf* . . bilibus *B* (mob. *Barth.* nob. *Wernsdorf*) 8 ad arduus *B* 10 pa . . . e *B, corr. Barth*

Annos, orba lucro gravi.
    [Iam nulla] ambitio tegmine candida
Illudat gravidae spei!
    Nos sero pelagus vicimus invium:
Quicquid viximus, interit.
    Aestas quem decies septima dividit,
An leves memoret iocos
    Atque aptos citharae conciliet modos,
Surdis auriculis strepens?
    Quisquis decrepiti corporis est reus,
Sat sese eloquii probat,
    Si ser[vat] placidi iura silentii
Et patrocinium otii.
    Hoc cani gravitas verticis abstitit,
Non ut sponte sua fugax,
    Sed multi numeris carminis . . .
. . . . . .

II (919)

B. V 409.

Fave, sancta deum sata,
    Nullis, Pauperies, numinibus minor,
Tecum si sapias tibi;
    Vitae magnificis hospes honoribus,
Absolvens numerum tuae
    In te laetitiae, sordida, cum quies
Raucis nuda tumultibus
    Ambit te patria †forcilis in domo,
Nullis †vendibilis plausibus,
    Contemptrix queruli magnanimis fori;

11 lĉo *B, corr. idem* 12 Iam nulla *addidi*, Ut non *Axt*, Fucato *Barth*, Iam puro *Baehrens* 15 interIt *b* 16 viderit *Baehrens* 17 leueis *b* 21 elogiis *Baehrens* 22 ser . . *b* 24 attulit *Wernsdorf*

919. '*In Ms. nulla distinctio nec ulla nota est alia*' *Barth* 1 Salve . . satu *Gronovius* 4 Vitae *Bayer* Vlta *b* Vltro *Wernsdorf* hospes *i. e. aliena ab* 7 Lautis *b* Raucis *Wernsdorf* unda *b* 8 se *b* te *scripsi* forcilis *B* fertilis *Barth* fortius *Wernsdorf.* 9 vendita *Barth* 10 Contentrix *b* magnanima *B, corr. Barth*

Nil non sola potens, ubi
Furtivis procerum suppliciis procul
Regnas in proprio sinu.
Felix, quem teneris mater ab unguibus
Et regina rapis simul!
Non illum [tumidis] fascibus arduum
Versat nobilitas mala
Curarum facilem fluctibus, ut suis
Orbem sideribus rotet.
Illum splendida nox et decor improbe
Caecus praecipitant . .
. . . . . .

B. V 410.

III (920)

Postquam fixa solo semel
Spernit fluctivagos ancora navitas
In saevum pelagus sequi,
Quam vitat rabido perniciem mari,
In †suo reperit sinu.
Haerentem tumidis . . . dentibus
Aerugo propria exedit.
Ni te desidia sancta quies levet,
Turbas dum populi fugis,
Privatis quaties fata tumultibus,
In te ludere pervicax.
Nos somnus vigilans, [quo placide] fruor,
Tortis liberat anguibus:
At presso gracilis Cura manet pede.

16 tumidis *add. Wernsdorf,* populi *Axt* 19 Orbum *b*, *correxi* (*i. e. ut sua potentia orbem terrarum gubernet*) 20 improbus caecum *Baehrens.*

920. 2 pernit . . anchora *b* 4 rabido *Baehrens* grauido *b* 5 In tuto *idem. Num* In sano? repetit *b* (?) 6 aggere *add. Axt*, nam male *Wernsd.*, validis litore *Baehrens* 12 vig. somnus *b, transposui* quo placide *addidi* furor *conj. Barth.* labor *Baehrens* 14 vacuis *Baehrens*

IV (921)

B. V. 410.

†Ingrati nebulae †desidie caput
Circumstant trepidum; sors nimia in probos
Incestis facilis annuit ausibus;
Sta contra assiduo pede.
Multum turba tenax . . . fidei
Vltra fata furit non docilis fugae
. desider . . . praemio
. . . . . .

922

APVLEI

B. III 99. M. 225.
B. V 411.

Principium vitae . . obitus meditatio est.
Non vult emendari peccare nesciens.
Immoderata ira fructus est insaniae.

Eiusdem

Pecuniam amico credens fert damnum duplex:
Argentum[que] et sodalem perdidit simul.

923

B. I 157. M. 678
B V 411.

Cerne Arabem Myrrham temerati a crimine lecti
Patria praecipiti linquere regna fuga.
Pone sequens genitor vi vindicis imminet ensis

921. *Obscurum.* 1 Ignavi *Axt* desidii *Barth* dissidii *Wernsd.* 2 fors *Baehrens* 3 facilit *b* Constans *Baehrens* 5 sed nocuae *add. Axt.*

922. Advers. XV 17 'Sic igitur membranae. *Appuleius* philosophus et poeta insignis fuit, cuius hae a scholasticis feruntur sententiae .... *Eiusdem* haec feruntur ...' 1 nostrae *add. Meyer* 2 Non em. vult *Buecheler* peccati *Burmann* 3 strictus *b, corr. Barth.* 4 credere *Barth.* est *cod.* fert *Burm.* 5 que *addidi*

923. Ibid. XVI 1 'Epigramma ... repertum a nobis in antiquissimo codice Metamorphoseos Ouidianae, quem Leodii pretio nostrae potestatis fecimus. De *Myrrha* patrem fugiente ...' 3 '*Vide picturam parietariam in bibliotheca Vaticana servatam*' *Ziehen. Cf. Ov. Met. X* 490 *sq.*

Et premit incestae iam pede Poena pedem,
Donec mutata in †fontem proiecta figura est:
Sic quoque non certo lympha liquore fugit.

B. I 108. M. 642.
B. V 412.

924

Cum patrem et patrios ferret cervice penates
Atque adeo ingentis fata †noverca Asiae
Romanosque deos Europaeosque triumphos
Totius et mundi †exsuviis spolia,
Tros Anchisiades poterat periisse per ignes,
Haemonia ut virtus tracta erat ante rota.
At cum flamma furens tetigit senis ora parentis,
Dissiliit nullis noxia turbinibus.
Fata operi restant, pietas si sola favebit:
Invictum in mediis ignibus obsequium est.

925

B. t. I p. 738.
M. 553. B. V 425.

LAETI AVIANI

Versus in praesens opus de Mercurii nuptiis

Qui dubias artes per mystica dicta subibis,
Mercurii doctos volvere disce toros.
Ille brevi ductu scandet sublime cathedram,

4 Poena *idem, cf. Tibull. I* 9, 4. 5 fruticem *Rivinus* fontem *b. cf. Nemesianus Cyneg.* 29, *sed et v.* 6. porrecta . . Myrrha . . fluit *Rivinus*

924. Ibid. XVI 1 'Eiusdem generis est in prisco Floratorum codice a nobis repertum *in Aeneam* . . quod olim inter schedas, cum ei omnia mea animam ipsam agens donassem, perperam pro suo ingeniosissimus iuvenis edidit. Est vero istud . . .' 2 novella *Baehrens* 4 tolleret exuvias *Oudendorp* exul *Ziehen. an* exul agens? 5 Aemonia *b* (*i. e. Achillea*) Hectorea *Wakker* virtus *i. e. Hector* 9 restent *b* restant *scripsi* (*i. e. opus est immortale; Fata = Vita*) Fata perire vetant *Baehrens*

925. Ibid. XVIII 21 'in Ms. codice Capellae iam saepe laudato (*quem* 'bonae antiquiorisque notae, quam omnes ut puto hactenus collati' *eod. cap. dicit, sed ubi sit tacet*) . . .' 1 arteis *b*

Qui lychnos discet, docte Capella, tuos.
Canitiem auctoris auget gravitasque magistri:
Qui discet libris, hinc cito proficiet.

926

B. III 98. M. 919. B. V 412.

Desidiam nolis. sed nec labor improbus omni
Arridet. dulce est inter utrumque †nihil.
Ignavum scabies, luctantem iniuria perdit.
Ille sui, alterius perdidit iste decus.

927

B. M. — B. V 412.

. . . . . .
Hinc est quod populus aurum quasi numen adorans
Audet in ignotum sponte venire nefas,
Speque lucri totiens excedere ius et honestum
Sustinet, ut gratis nunc iuvet esse reum.
Ius ruit, ordo perit, sceleri placet ora manusque
Vendere, quamque inopem, tam pudet esse probum.

928

B. M. B — C S Eccl. Vind. XXX 348.

Lux festa sacris vult litari paginis.
Remove profanos codices.
Hymno sacranda luminis primordia,

6 libens *cj. Barth.* his *Burm.*

926. Ibid. XXIII 22 'Epigrammation vetus, quod e membranis de prosodia multa, multa et alia complexis aliquando descripsimus . . .' 2 nihil] mihi *puto* situm *Baehrens*

927. Ibid. XXV 19 'Vetus epigrammatarius . . .' *Petronii esse suspicatur Baehrens; recte?* 1 adorant *b*

928. Ibid. XXXIV 1 'prope Argentoratum . . . vetera rudera Carthusiae perlustramus. Ecce tibi hominem qui . . ultro nobis muneratur codicem membranaceum . . Augustini . . In fine reperiuntur nonnulla carmina variorum . . Inter quae iambum hunc offendi . . .' [*quem Paulino adsignat*]. *Cf. similia ap. Barthium XLIV* 17 *et III* 1. 1 litare *b* 3 nominis *b* luminis *Lebrun*

Quae Christus imperat coli.
In ore Christus nectar, in lingua favus,
Ambrosia viva in gutture,
Lotus beata in pectore, a qua nescias
Abire gustata semel;
Mel in medullis, lux serena pupulis,
In auribus vitae sonus.
†Elin vel plectrum suavis eloquentiae
Hoc nomine audito redit.
Cursu vagante, lubrico infortunio,
Tentationibus Mali,
Siti et fame, calore et algu mortuis
Malagma praebetur potens.
Penetrale mentis dira desperatio
Peccaminum ob molem quatit,
Saevit paterna in viscere imo pravitas,
Libido succendit faces,
Auri cupido molle pectus incitat
Per fas nefasque cogier,
Faetentis animus haurit ingluviem gulae
Venere atque Baccho perditam,
Cruentus ultor raptat iracundiam
Mucrone prompto stinguere,
Inferre mandat terror infortunium
Cavere quod possis male,
Vis impotens sui eicit patientiam
Et arma quaerit perdita,
Fidem sinistra quassat obstinatio
Felix errorum non diu:
Hoc ad salutem nomen auditum venit,
Hoc omne tollit pharmacum.
Obsessa membra spiritusque daemone
Vexatus impurissimo

11 Elin uel *b* Elingue *Barth* Chelys vel *Hartel* 17—32 *enuntiata interrogativa ponit Barth, affirmativa Hartel.* 18 Peccatorum *b, em. Barth* 19 uiscera *b, em. Buecheler* 22 cogere *b*, cogier *Buecheler* 23 haurit *Ziehen* horret *b* ardet *Lebrun* sorbet *Hartel* 32 Felix errorum *Barth* Felix (*i. e. filix*) reorum, *Hartel, post* reorum *interpungens.*

Hoc, hoc medelam sortiuntur nomine
Redeuntque sursum ab inferis
Cantata diro carmine, et bustis sono
Devota sago corpora
Vim colligantis perfidam excutiunt luis
Et sana vertuntur domum.
Compago quem soluta membratim iubet
Lecto sedere debilem,
Quem caecitas, crux omnium miserrima,
Addixit alieno pedi,
Vtroque claudum quem venire poplite
Videt universa civitas,
Suis redire gressibus domum queunt
Nomen celebrantes dei.
Salve, o Apollo vere, Paean inclite,
Pulsor draconis inferi!
Dulcis tui pharetra testimonii,
Quod quattuor constat viris,
Sagitta melle tinctilis prophetico,
Pinnata patrum oraculis;
Arcus paternae forte virtutis sonans,
Miraculis nervus potens,
Stravere veterem morte serpentem sua.
Io triumphe nobilis!
Salve beata saeculi victoria,
Parens beati temporis!
Salve, quod omnes caelici, medii, inferi
Nomen genu flexo audiunt.
Salve unus unus unus in trino deus,
Salve una in uno trinitas.
Haec lux Eoo cum levata cardine
Iter diurnum suscipit,
Haec, cum occidente sol subit curru fretum,
Benedictio me consecrat,
Crucifixe victor, expiator criminum
In morte vita praepotens,
Fac cum supremo sevocabor tempore,
Ab obruto malis chao
Traducat ista me tibi benedictio,

53. 55 ph] f *b* 61 seculis *b* 70 *num* consecret?

Quod utile, interim dato;
Neu se inquieta mentis excruciet mora
Faetente vincta carcere.

929

B. III 274. M. 1011.
B. —

In senectutem.

Vtilis es nulli, cunctis ingrata, senectus:
Te Stygio peperit cana Megaera deo.
Nil adeo firmum est, quod non tua robora frangant:
Arma stilos cartas saxa metalla deos.
Carmina vivaci membranis illita succo
Annorum serie debilitata cadunt.
Ipsa mihi pugnas quae nectere mille solebat,
Aequales inter maxima dicta suas,
Numquam sueta nisi iugulato cedere ab hoste
Inque imis mortes quaerere visceribus,
Virgineis ambita choris, adamata puellis,
Quamque hostes etiam caram habuere sui,
Illa caput roseum florenti sandice cincta,
Languida caeruleo mentula victa situ est.

930

Vide nunc c. 806.

B. III 106. M. 920.
B. V 414.

931

Tempore qui laeto sortem ridemus amaram,
Certa velut stabiles non dea verset equos,

76 Caro *uel* Carne interim terrae data, Ne *Lebrun*

929. Ibid. XXXVI 11 'In membranis Iacobi de Caesollis Scachorum ludo subscriptum, cum nonnullis Germanis rythmis magistri Fridangi . . .' '*Medii aevi*' *Baehrens* 2 cuna *b* 4 *cf. Ov. fast.* 5, 132 et saxo longa senecta nocet. — deos: *deorum simulacra* 8 Aequaleis *b* 12 charam *b*

931. Ibid. XL 18 'Elegia prisca, quae in codice Ovidii librorum de Ponto, ultima pagina et dimidia compacta ligneis munimentis inscripta est. Eum codicem . . . scrip-

Cur iidem adverso laetam venamur in aestu?
Ah mea tam bene quod cognita causa mihi est!
O qui carorum caput, o carissime quondam,
An potes et miseri nunc meminisse tui?
Est equidem in laetis nemo non promptus amicus,
Ipsa homini adversis umbra inimica sua est.
Tantalus infelix, dicunt, conviva deorum
Nunc quoque apud Manes victima sacra Iovi est.
Vsque adeo poenas non delent ultima fata:
Qui cecidit divis, surgere nemo valet.
Scilicet et nobis, qui functo corpore nuper
Dura per antiqui busta fugamur avi,
†Perfida felices ostendit regula divos
Et voluit sanctis partem aliquam esse locis,
Non alio exemplo nisi ut eruta turbine diro
Desereret media nos rota fracta via.
Ah mihi praeteritos referant si numina vultus
(Non etenim veterem: te, nova plaga, queror),
Vt facili amissos adblandiar ore favores,
Tura ferens dignis carmina laeta diis!
Vt gravis hiberno torrens de monte volutus
Obvia non magna arbuta verrit ope,
Saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat,
Currens praecipiti per iuga longa via:
Sic semel atque uno nos abstulit improbus ictu,
Mentem etiam et Musis pectora vota, furor.
Altus eram certe: Sortis furor omnia vincit;
Obvius ut quisque est, 'tu mihi' clamo 'veni'.
Improbus est, quisquis non haec spectacula cernens

tum norit magnis paginis, estque a nobis Coloniae Agrippinae ante aedem Minorum . . aere comparatus. De scriptore nihil scio . . .' *Barthio ipsi Hauptius tribuit opusc. I* 344 3 veneramur *Pierson* 6 mei *Burmann* tui *sc. amici* 8 Inque *Baehrens* aduersus *b, em. Schrader* 9 dictus *Baehrens* 12 vivus *Burmann!* 13 fracto *amicus* vivo *Baehrens* 14 Furva *Baehrens* 15 Perdita fallaces o. recula *Baehrens* 21 *sic* (abbl.) *b* eblandiar *Oudendorp* 22 carmine *puto* 27 simul *Wernsdorf* Sic nos atq. uno simul *Baehrens* nos] res *Oudendorp* 28 vota *Burmann* nota *b* 29 vicit *Baehrens* 30 clamat: abi *idem*

Fortuna instabili se quoque stare putat.
En ego nec caros habeo miserandus amicos,
A quibus auxilio verbave remve petam.
Vnicus est, qui me non plane spernit egentem;
Cetera contemto supplice turba fugit.
Quid faciam infelix? quae non nisi in omnibus uni est,
Sollicitem longo carmine saepe fidem?
Fracta fides crebro est precibus lugentis amici,
Hac tamen amissa num mage tristis ero?
Vos superi et, quorum es merito mihi numinis instar,
Quem numquam posthac spero videre, parens,
Vnius in gremio spes nostra abiecta sodalis
Tabet et absentis perdita verba sonat.
Ille iuvet forsan, sed verba immensa locutis
Facta brevi constant non repetenda modo.
Scilicet in somnis quae poscunt plurima divos
In fratrum auxiliis experietur inops.
Nos ubi praeteritis componimus orsa secuti
Temporis, his etiam credere fata vetant.
Interea rapit hora — nec est reparabilis — horam:
Nos lenta placuit tabe perire deo,
Vt pereunt miseri, quos vitae fructus ademtus
Deseruit, nulla post reparandus ope.
Tempore non illo Priamum periisse putabis,
Quo iacuit Teucro littore truncus iners;
Verum ut Thessalicis circum sua moenia funus
Hectoreum rapuit fortior hostis equis.
Non ea post ductos victo ex Oriente triumphos
Exstinxit Magnum, quae tulit, hora, caput;
Illa illum exstinxit, campis congressa Philippis
Caesarea populum quae ruit hora manu.
Scilicet hic vitae finis, qui finis honorum est,
Cumque sua pereunt prosperitate viri.
Sic quod heri vixi, quia iam nox altera praesto est,

33 charos *b* 34 auxilium *Burmann* 35 es . . spernis *Oudendorp* 40 non . . ero. *Burmann* 41 qui horum *Baehrens* 44 *num* absenti? sonant *Baehrens* 45 locuti *Baehrens* 61 Ista *Baehrens* 62 populum *i. e. partium popularium exercitum.* hora congressa *audacter pro* copiis ea hora congressis *dictum*

Non illud tempus, quod modo duco, vocem.
Quaeque dies sibi vita sua est; cum transiit illa,
Hesternae non est lux hodierna memor.
Quare, quem fructus vivendi, vita relinquit:
Nempe quid hoc demto, mors nisi maesta, venit?
Vndique quae laetis si se tristissima monstrat,
Quid miseris censes nolle parare mali?
Saepe ferunt venti, saepe est firmissima navis;
Mutarunt venti flamina: navis obit.
Dum cavet hos scopulos, alios incurrere nauta
Sentit et est damno serior arte suo.
Structa quid in magno sunt propugnacula saxo?
Humano maius saepe labore ruunt:
Callidus internis se spiritus ingerit antris;
Cum posita rupes sic gravis arce iacet.
Tuta nec in solido rerum Fortuna favore est;
Cum minime credas, impulit illa rotam.
Tum quoque, cum nitido ridet placidissima vultu,
Turpis in adverso pectore fucus inest.
Elevat incautum, sperantem maxima nutu
Proiicit, ascendit cetera turba tamen.
Haec ego qui possum miseris miser ipse referre,
Non poteram dictis olim adhibere fidem,
Stulta quia et votis tam credula turba beata est,
Rideat ut miseri magna monentis opem.
Saepe mihi dixit Paeligni Musa poetae,
Nunc ego mutata quod vice dico tibi.
Credite, quis fidum Fortuna videtur asylum:
Non erit haec vobis, non fuit illa mihi.
Pendet ab axe suo vitae variabilis ordo,
Nulla sui certa est hora nec ulla fuit,
Cumque nihil possit longi fuga mobilis aevi,
Se tamen hac semper mobilitate fugit.
Sed vitam incertam sequitur miserabile letum,

72 posse *conieci* nolle *b* nosse *Baehrens* 75 hoc *b* alios se *Baehrens* 76 saevior *Burmann* 78 Maiore (*sc. quam*) humano *conieci* ruunt *Burm.*, ferunt *b* 79 Internis calidus *Oudendorp* si sp. infremit *Baehrens* 84 averso *b*, *corr. Burmann* 85 spirantem *Burmann* 94 hoc *Wernsdorf* 97 prosit *Oud* 98 Se *b* Sic *conieci*

Humanas inter sola ea certa via est.
Stultus et indoctus qui, cum non nesciat, illo
Eximi ab innumeris tempora lassa malis,
Hoc tamen extremo timet et fugit undique nisu,
Quod sequitur fortem quod timidumque premit.
'Vita tamen dulcis.' quid si magis altera restat?
'Mors gravis.' an scimus non graviore premi?
Altior at miseris cura est, dolor ossibus haeret.
Verba cadunt pulcre, pectora maeror edit.
Sic ego qui medicas aliis dare molior herbas,
Nullius credam vulnera nostra manu.
Vna sed in cunctis data sunt solatia curis,
Sustineant lapso quae mihi membra pede.
Nulla, licet tenuis linquat spiramina vitae,
Absque intervallo sors truculenta fuit,
Nempe quia est miseris aliquod quoque numen amicum;
Qui patitur, nullis spernitur ille deis.
Venit ubi ad summum, non progressura ruina est,
Sed stetit et retro est viribus acta suis.
Ipsa quoque e bustis extollier ossa videmus,
Cum patria coluit relligione nepos.
Diruta murali tormento saxa feruntur:
Erigit his alio moenia Marte labor.
Infelix quisquis nocet infelicibus umquam,
Hic meruit nullo tristia fine pati.
Omne quod hic cernis, tenuis modo corporis umbra est;
Vix macie exesis artubus ossa traho.
Rarus aperta movet procul internodia poples,
Consedit genubus tractus ab ore tremor.
Sordibus et multo similis squalore sepultis
Vix inter vivos larva videnda vagor.
Non tamen hoc hostes, non hoc mala numina possint,
Vt valeat pronum nox pepulisse caput.
Anguibus Alcides et caesa languidus hydra
Non chortes timuit, grus homicida, tuas.
Briseis ut rapta est, amor aegrum inclusit Achillem,

120 Quae *conieci* p.] pura *Baehrens* colit haec *Barth*
127 Varus *Burmann* 133 Languidus *b, corr. Schrader*
134 hostes *et* tuos *b, correxi. Aves intellege Stymphalidas.* 135 aegrum *Buecheler* atrum *b* acrem *Barth*

Non metus Hectoreae Memnoniaeve facis.
Ille sed exstincto rediit vigor acer amico,
Reddidit ut iustus deposita arma dolor.
Me quoque Fors mihi restituet, moribundaque membra
Viribus ire suis splendida Fata dabunt.
Tum trucis invidiae furiis ultricibus horrens
Involvam positis arma virumque malis.
Interea, ut libitum est, absentibus utere divis,
Livor, et in nostro gaudia quaere rogo!

932

B. V 16. M. 1027.
B. V 419.

Sera dedit Phoebo fugiente crepuscula Vesper.
Conticuit mediam rerum confectio noctem.
Exoriens tenebris dilucula restituit sol.
Tempora sol revehit, nox cedit tempora delens.
Nox accensetur soli ceu luna diei.

933

SYMMACHVS

de Boethio

B. II 137. M. 265.
B. V 419.

Fortunae et virtutis opus, Severine Boethi,
E patria pulsus non tua per scelera,
Tandem ignotus habes qui te colat, ut tua virtus,
Vt tua fortuna promeruitque sophos.
Post obitum dant fata locum, post fata superstes
Vxoris propriae te quoque fama colit.

140 Fata *Ziehen* fata *b* 142 ora virosque *Baehrens*

932. Ibid. LVI 10 'Glossae memorabiles (*in Boethium*) veterrimae hae sunt . . . Diluculum] non amplius nox, sed tenebrae rarescentes. Vnde sunt versus . . .' 2 media . . nocte *conieci*

933. Ibid. LVI 10 'ex eodem codice . . .' Symmachius *b* 3 Tamdem *b*.

B. II 17. M. 697.
B. V 419.

934

Mille post annos quater atque centum
Graeciae vindex capit arma mundi
Et superborum gravis arma regum
Diripit audax.
Ille non magno genitore magnus
Indiae reges Mediaeque, Parthos,
Bactra cum Poro Ecbatanosque parvo
Milite vicit;
Vincere ingentes animis et ausis,
Non docens gentes numero et metallo,
Vi celer, virtute valens, profundo
Pectore doctus.
Hoc magister te docuit ministrum,
Nam volens parere, regit deinde.
Poenitet tempus abiisse tantum
Absque Camena.
Scribit in pectus bona dicta rector,
Praecipit doctor pietate tota.
Sic Alexander simul et magister
Omnia vincunt.
Ast ubi totum tenuit sub uno
Orbem habens sceptro, sibi victus ipsi
Corruit. vicit Babylon triumpho
Te muliebri.
Sic Clitum ad Bacchi necat [udus] aram,
Sic deum temnit iuvenis protervus,
Sic duos et iam decem habens reliquit
Sceptra per annos.
Ter decem vixit iuvenis per annos
Additis tantum tribus aut duobus.

934. Ibid. LVI 14 'In codice quodam priscis litteris exarato . . . in Alexandri Magni vita, incerto auctore, fabulis prodigialibus ridicula . . .' 2 inunctae *Iacobs* 3 gravia *de Rooy* arva *Iacobs* 5 non] de *Burmann* 7 Ecbatanisque *Meyer* 13 minorem *Baehrens* 15 periisse *idem* 22 ipsi *scripsi* ipso *b* ipse *Burmann* 25 Clytum *b* udus *add. Burmann* 26 deum *i. e. Bacchum* 27 Sic *scripsi* Vt *b*

Vivus exarsit, moriens flagravit
Orbis in illo.
Non satis mundus fuit unus illi,
Nec satis quisquam fuit unus illi.
Maximus princeps sine fine: Baccho
Finis in ipso est.

935

B. VI 92. M. 1142.
B. V 420.

Vt placidus noctu tibi Morpheus adsit, oportet,
Vt faciat laetum sobria vita diem.
Qui laesere diem, laesere tyrannida somni.
Hic furias, quo se vindicet, ultor habet.
Casta placent somno; mala sunt insomnia praesto,
Ebria lux foedis cum fuit acta iocis.

936

B. I 137. M. 664.
B. V 420.

Quos paribus nutrix eadem pavisse papillis,
Pectore quos uno genitrix gestasse probatur,
Discidiis indiscissis in mutua saepe
Vulnera non una perituri clade ruerunt. —
Quos post longaevos discordia deserit annos,
Vt post commissas iunxerunt foedera dextras,
Constantis dederunt documenta frequenter amoris.
Thebanum nullo linquit discrimine Tydeus;
Tydea nullo umquam Polynices Marte relinquit.

935. Barthius comm. in Stat. Silv. V 4 init. 'Vetus epigramma, e membranis olim hospitis nostri Coloniae Agrippinae, Michaelis Mascerelli, descriptum . . .' 2 faciant *et* vina *Burm.* 6 faedis *b.*

936. Id. in Stat. Theb. II 365 'Adscripta minuto Thebaidis codici litteris non plane minutis et perquam veteribus; ut codex ipse etiam non unum seculum vivendo transmisit . . .' 1—4 *ad Eteoclem et Polynicem pertinet* 3 dissidiis *b, em. Buecheler* saepe *b* saevi *Burm.* 4 non] mox *Pierson* per l. d. dirimit a. *Baehrens* 6 Ut *idem* Aut *b* 7 documenta frequenter Amoris dederunt *b*; *transpos. Burmann.*

B. I 2. M. 560.
B. V 421.

937

Mars gravis armorum, Pluto moderator Averni est,
Neptunus maris imperio dominatur, in astris
Imperium Iovis est; regnat vacuo aëre Iuno,
At Venus in terris et ubique, Cupidine cincta.

B. II 263. M. 852.
B. V 421.

938

Vt Venus in terris, in aquis dat iura Cupido,
Sic Musae memores servant per saecula libros;
Sic comes armorum crescit per carmina Fama
Nec sinit aeternis occumbere scripta coronis.
Pallas amat Musas atque ornat laude Camenas.
Bellorum vivit placatis gloria Musis.
Et Veneris constant iuncta cum Pallade Musae
Imperio. sic cuncta regit divina Voluptas.

B. I 52. M. 603.
B. V 421.

939

Matronam magni vehit ardens pavo Tonantis.
Ad Veneris currum iuncta columba cygno est.
Pallada bubo vehit, sed eam rota nulla figurat.
Anguibus alma Ceres Persephoneque venit.
Delia cum Luna est gemina provecta iuvenca.
Venatrix cervas virgo Diana tenet.

937. Ibid. III 436 'Versus antiqua manu margini praeclari codicis [*Statiani*] adscripti . . .' 4 Et *b* At *scripsi*

938. Ibid. III 436 'In aliis membranis, ubi et Fortunati et Ausonii quaedam (Praeonii [*sic*] adiecto nomine) offendimus, hos reperi . . .' 3 Sed *Buecheler* 3 coronis *i. e. gloriae* ruinis *vel* lituris *Burmann* tenebris *Buecheler* 5 ornat *Oudendorp* armat *b*

939. Ibid. IV 430 'Vetus apud nos epigramma . . .' 2 iuncta *Barth* blanda *b* 3 uehat *b*

940

B. I 126. M. 655.
B. V 422.

Thessalici proceres iunctis virtutibus Argo
Magnificam aedificant fatiloquamque ratem.
Hac, ope ventorum, Iunone et Pallade faustis,
Auratum referunt trans freta longa pecus.
Omnis in hac picta est virtutis imagine forma.
Hanc labor acer opus grande parare iubet;
Cumque opus effectum est, ventis piger indiget usus:
Hi tibi Fortunae dant rapiuntque rotam.
Iuno notat nummos, sapientia Pallade constat:
His ducibus tandem gloria parta venit.
Niteris incassum nec te aurea praeda sequetur,
Hic nisi te ternus dux super astra vehat.
Quid facias igitur? Fortunae gloria servit,
Divitiis servit, servit et illa libris.
Ora igitur divos, ut sis felixque bonusque;
Vt doctus, Musas irrequietus ama.

941

B. VI 89. M. 283.
B. V 422.

Patricio vel Patrito nescio cui adscriptum

Vere novo florebat humus, satus aethere sudo
Imbre maritatum vegetabat spiritus orbem.
Ipsa quoque aetherea deducta propagine flamma
Visceribus suffusa cavis nova germina largo
Vrgebat gremio reparans elementa calore.

940. Ibid. VI 23 'Inter cimelia nostrae bibliothecae exstat . . .' 6 Hanc *sc. virtutem* iuvat *Baehrens* 7 ausus *Baehrens* *v.* 9. 10. 7. 8 *idem* 10 tamdem *b* 14 et ipsa *Meyer*

941. Barthius comm. in Claudian. epithal. Palladii et Celerinae v. 142 p. 462 sqq. 'Scida vetus, in Mediomatricum quondam nobis metropoli inter oblatas temere membranas redemta, quae Epithalamii cuiusdam initium habet . . . cuius titulus Patricium aut Patritum quemdam auctorem praefert, scriptorem utique veterem nec improbum; modo ne dignitatis id fuerit vocabulum, vero scriptoris abroso, ut arbitrari quivis poterit, initium ipsum membranae deficere contuitus . . .' 3 aethereis *b* -ea *Burm.*

Latonae geminum numen, Cythereius ignis,
Iuppiter ipse parens et Maiae mobile pignus
Temperie unanimi, secluso frigore tristi
Saturni veteris, mundi per aperta nitebant:
Cum Venus Idaliis comitata sororibus exit,
Thessalicos visura Lares, ubi florida Tempe
Perpetuis faciles conservant cultibus hortos.
It Natura comes lactenti feta papilla,
Vnde venit vitale decus; prope Gratia blando
Intuitu invergit florem nascentibus herbis.
Ante deam tenui decurrit veste Voluptas,
Ostentans revocansque nitentia membra tegendo,
Purpureas croceo suras evincta cothurno,
Speque sua maior nullaque imitanda figura.
Blanda manu implexam tenet hanc ducitque canendo
Aethereas Siren iterabile carmen ad auras.
Ad iuga blanda sedet niveas moderata columbas,
Non satianda bonis, divae soror alma. Cupido
Aliger obsequio stipat puer; agmen Amorum
Claudit agens choreas pictis exercitus armis.
Arrident late toto revolantia mundo
Sidera, blanditu dominam venerata sereno.
Ipsa levi residens curru, mitissima divum,
Ventilat afflatu caelum Zephyrisque remissis
Mulcet agros lenique astris adremigat aura.
Protinus ut liquidum Phoebi iubar ore recussit
Progressamque deam docuere elementa favendo,
Lydia qui cedente reliquerat arva sorore,
Obvia pampineis Liber rapit agmina thyrsis.
Ditia Pactoli superat Peneïus amnis
Munera, clarus aquis nitidum stagnantibus aurum.
Exsultant Dryadum faciles deliria Fauni
Et Satyri, sub utroque deo promptissima pubes.
Corniger hos stimulis implet puer, aethera clangor
Verberat et crotalis responsant tympana pulsu.

13 foeta *b* 21 seiren *b* 22 sedens *Baehrens* sedet *b* 27 blandito *b, corr. Burmann* 31 recessit *Wernsdorf* 36 stagnantibus *b, i. e. stagno vel latice suo celantibus* stillantibus *Wernsdorf* 40 pulsis *Burmann*

Ecce pater pando recubans Silenus asello,
Cui lacer a summo pendebat cantharus armo
(Vina per os hirtaeque fluunt compendia barbae),
E numero comitum Veneris vestigat et olim
Captus amore petit festino Chlorida voto.
Nympha retro cedens dum spes alit inque furentem
Blanda micans oculis refugit pede, libera lusu
Turba favet totoque fremit petulantia coetu.
Hic subito volitans sparsas rumore per umbras
Fama movet mentes incertaque murmura portat.
Orta dehinc largo narratur fabula motu;
Non videt auctorem, sed sentit quisque refertque
Atque audisse putat, nec primus in agmine toto est:
Mane sub Eoo, dum divae castra moventur,
Elapsum pennis et inobservata ferentem
Per liquidas Hymenaeum auras vestigia Romae
Advertisse pedem subitoque redire tumultu.
Ipse aderat pompamque trahens victosque iugali
Quos inconsulta coniunxerat arte Diona,
Auspicium iuvenem atque aequaevae pectus Aellae.
Illos prima patrum generosae stirpis alumnos
Nobilitas tota pridem celebraverat urbe
Et species morumque opulentia compta nitore;
Nec semel Arcitenens tentarat spicula castis
Indere pectoribus, matris molimine magno.
Olli florebant studiis Helicone potito,
Nec chorus Aonidum nec sanctae Palladis ardor
Nec pater ipse iugi cuiquam maiore favebat
Ingenio. par cura animo, labor otia nescit
Improbus atque altis urit praecordia flammis.
Gloria, ab excelsa Laus intemerabilis arce
Monstrat iter, quo celsa petunt fastigia rerum
Semideae mentes, puro stirps prosata caelo.
At teneros aevi nec adhuc puerile sonantes

45 festina *et* uato *b*, *corr. Burmann* 49 sparso . . urbes *Burmann; sed Laudes Pison.* 224 *Ziehen confert* 51 Aucta *Baehrens* 58 vinctos *Burmann* vinclo *Meyer* 59 Dione *Burmann* 61 alumno *b* 66 potiti *Burmann* 68 iugi *corruptum* 70 altis *scripsi* aliis *b* almis *Baehrens*

A primis fausto sociarant omine cunis
Solliciti longa de posteritate parentes.
Hinc puer elusa iuga Calliopeius illis
Nexuerat domina laetamque ferebat ad aulam
Luctantes rapiens iuvenes, immane tropaeum.
Indignata tamen risit dea; nec tibi tantum
Saepe licere velis, nimium studiose pudoris,
Maternos nimium, puer, amplexate rigores.
Protinus instaurant pompae genialis honorem
Deflectuntque viam pelagoque advertere certant.
Ales at e medio revolans Concordia coetu
Iungere nunc dextras, nunc oscula pangere mandat
Primaque perpetuis mysteria tradere curis.
Ipsa pharetratos urget dea Pronuba fratres,
Sancta Fides, flectant choreas ad moenia Romae
Et patrios laeto repetant rumore Penates,
Vnde ante ora suorum et avitae in sedibus aulae
Testentur fixum foedus thalamumque coronent,
. . . . . .

B. III 117. M. 922.
B. V 425.

942

Quod cernunt oculi, deus est: fons nempe deorum est.
Maiestas caeli vertitur orbe suo.
Terra gerit gremio sese caelique suoque
Et finem ingentis monstrat uterque globi.
At quae se pelago tradit natura videndam,
Luminibus dicit: 'non ego finem habeo.
Omnia me circum, super, omnia fundit aquae lex:

75 sociarunt *Meyer* 77 iam Cythereius *Burmann* 81 uelit *b, em. Burmann.* 85 *Alitem fingi Concordiam a poeta, notandum.* — *Post* 92: Hactenus schedae veteres, quibus, pagina una interioris, insunt alia deinceps minime ad hunc Apollinem facientia, potius ad Marcelli illum . . . medicamenta membrorum docentis.' *Francisci cuiusdam Patritii eclogam in cod. Vrbinate* 368 *extare A. Maius praef. ad Perotti fabb. testatur: at catalogus a.* 1902 *editus tacet de ea.*

942. Ibid. in III consul. Honor. v. 23 p. 541 'Epigramma vetus . . .' 5 se in p. *b*

Sic nusquam immensi terminus Oceani est.
Hic oculos igitur rerum in primordia mittis,
Exspirant omnes hic numeri atque notae:
Nascitur hinc quicquid moritur retroque recedit;
Huc redit, aeterno quicquid in orbe perit.
Hoc perimit flammas elementum, alit evocat auget,
Omnis abest sapiens aque Thalete procul.'

943

B. M. B. —

Collisi silicis chalybem vigor urget in ignem
Et flammam inter se quassa metalla vomunt.
Durities vitae fortunaeque improba virtus
Vitam emendantes scit generare preces.
Sic anima in vivi scintillas emicat ignis,
Et sua fert miti damna levanda deo,
Sic quoque naturae generant contraria lucem,
Factoris pateant ut monumenta dei.
Sic Ratio sese peccantem cernit in usu,
Admonet et superi lux peritura poli.

944

B. M. B. —

Fortiter in vita mortem contemnere iactant,
Quos Fortuna suis pulverulentat equis.
At quibus alba dies procedit tramite laeto,
Dulcius aetherea nil sibi luce ferunt.
Omnia sed passae nunc hoc, nunc tempore in illo,
Communi superos mens prece cuncta petit.
Quicquid in hospitio succedat corporis isto,
Sidere vel retro vota ferente cadat.
Vnius ambitio non est expleta senectae,

13 Hec *b.* *num* educat?

943. Aeneas Gazaeus ed. C. Barth 1655 p. 102: 'Exstat in schedis veteribus apud nos epigramma istud . . .'

944. Aeneas Gazaeus ed. C. Barth 1655 p. 121 'Memini veteris poetae Drosithei vel Dorothei hoc epigramma legere, hactenus quidem *ἀνέκδοτον*, qualibus scatent scrinia nostrarum opum.' 5 *Num* passim?

Centum annos etiam prima iuventa cupit.
At cui canities sparsit iam sera capillos,
Deficiunt toto quem sua membra gradu,
Sena licet vitae vicennia compleat, optat
Sperat et aestates addere posse decem.
Has quoque si addiderit, semper sitit insuper unam;
Vnus in immensos, si queat, annus eat.
Nemo satur vitae mensa discedit ab ista,
Incusant omnes fata retroque vident.
At quia nulla dies ars virtus prorogat istos,
Hoc patitur meriti nescia Vita sui.

APPENDIX.[1])

945

Epitaphium Hannibalis

Primus in Ausonios scissis ex Alpibus agros
Hannibal inrupi, bellorum qui artibus omnes
Excessi et diris attrivi cladibus urbem.
Poenorum potui solus tardare ruinas.

Epitaphium Scipionis

Hannibalem et longos fregi Carthaginis ausus
Scipio, Romano medium qui circiter orbem
Adieci imperio libertatemque labentem
Firmavi, despector opum, servator honesti.
Sequitur:
Tempus adest. facias, tibi si facienda videntur,
Quae peto, Laurenti. sis memor ergo mei. N.

946

AVSPICII
episcopi ecclesiae Tullensis ad Arbogastem comitem Treverorum.

Praecelso exspectabili his Arbogasti comiti
Auspicius qui diligo salutem dico plurimam.

945. *Ex Riccardiano* 931 *s. XV fol.* 13^{v} *post c.* 832 *et* 667, *fortasse inedita, nescio an antiqua* 2 q, ui 5 cartagīs 9 *sq. alio atramento scripti* 10 erga *cod.*

946. *Excerpsi ex Monum. German. hist. Epist. III* 1, 135.

1) *Hoc loco quaedam composui, quae suis locis omisi. Poteris tamen fortasse aut plura aut pauciora exspectare.*

Magnas caelesti domino rependo corde gratias,
Quod te Tullensi proxime magnum in urbe vidimus.
. . . . . .
Clarus etenim genere, clarus et vitae moribus,
Iustus, pudicus, sobrius, totus inlustris redderis.
Pater in cunctis nobilis fuit tibi Arigius:
Cuius tu famam nobilem aut renovas aut superas.
. . . . . .
Congratulandum tibi est, o Trevirorum civitas,
Quae tali viro regeris antiquis conparabilem.
De magno origo semine descendit tui nominis:
Certe virtutis eius est, ut Arbogastis legitur
. . . . . .
Fuit in armis alacer ille antiquus: verum est:
Sed infidelis moritur et morte cuncta perdidit.
Hic autem noster strenuus, belligerosus, inclitus,
Et quod his cunctis maius est, cultor divini nominis.
. . . . . .
Vnum repelle vitium, ne corda pura inquinet,
Quod esse sacris scribitur radix malorum omnium:
Cupiditatem scilicet, que in alumnos desaevit *sqq.*
. . . . . .

947

RVRICII

Sancto Ruricius cliens patrono,
Sedato, monitis parens paternis
Grates concinit et refert salutem.
Quem blandis precibus rogat timendo
Ne fors displiceat levis camena
Tanti iudicio minor magistri.

Floruit Auspicius c. a. 470 *p. Chr. Monet, ne avaritiae Arbogastes se dedat. Nihil mutavi.*

947. *Ex Auct. antiquiss.* VIII 328. *Floruit Lemovici c. a.* 500 *p. Chr.*

Hos tu luminibus libens recurre,
Hos sanctis manibus frequens revolve,
Hos tu dum relegis, mei memento.
Me semper recolat canatque lingua
Et mens me teneat, sopor retentet,
Me semper recinat tuum labellum.
Hos tu visceribus piis reconde,
Hos tecto residens viamque carpens,
Hos inter calices toro recumbens
Et parcas epulas cibosque dulces
Antro pectoris et medulla cordis
Inclusos recita canente mente.
Sic nos et mutuos videre vultus
Et vivis tribuat referre verbis,
Quae nunc intima pectoris fatigant,
Largitor deus omnium bonorum,
Christus cum patre sempiterno regnans,
Sancto spiritui dignantes hymnos.

948

A Rusticio commemoratum

Virgilium vatem melius sua carmina laudant,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet.
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

949

AVDACIS

Cur mihi fons orbis parvo sermone meavit?
An minus apta suis speravit corda fluentis,

948. *Ex C Scr. Eccl. Vindob.* 31, 199. *In opere musivo ad Vergili imaginem erat appositum. cf. Aen. I* 607 *sqq.*

949. *Quamquam est in Augustini epistola* 260, *tamen affero quia is heptametrum v.* 5 *vituperat.*

Cum pateat mens omnis aquis spectetque loquacem
Religionis opem? gratos dat sensibus imbres,
Expectat quos plena fides Christi de stipite pendens.

950

Possidonius

Hic specular renitens fert et crystallina mira

Quidam poeta

Et raucos timuit discernere damma molossos

Virgilius

Sole recens orto numerus ruit omnis in urbem
Pastorum, reboant saltus silvaeque cicadis

Quidam

. . . . Terramque inpresso syrmate verrat

Pauli Quaestoris

Tartaream in sedem sequitur nova nupta maritum . . .
Arbiter aurarum qui fluctibus imperat atris . . .
Oceanum rapidis linquens repetensque quadrigis . .

Ambrosii

Dumque colorati rutilat plaga caerula mundi

Quicquid Romani valuerunt perdere mores.

950. *Versus varios ultimo loco composui, quibus addere poteris, quae Baehrens collegit Fragm. poet. Roman. p.* 388—403. 1—4 *e glossario codicis Phillippici* 4626 *s. XII ed. Ellis (cf. et praef. fasc. I, XXVII).* 5. 6 *apud Aldhelmum p.* 231. 238. 239 („in gratiarum actione"). 267 *Gil.* 7 *ap. Gelasium papam C Scr. Eccl. Vindob.* 35, 458.

8 **De diverso usu hominum tres versus**

Mille hominum species et mille discolor usus;
Velle suum cuique est nec voto vivitur uno.
Dissimilis cunctis vox vultus vita voluntas.

9 Spicula curvato pelluntur ferrea cornu.

10 Gramineo, formose, iaces sine coniuge lecto.

11 Omne quidem nimium semper vitare memento.

12 **Bruti ad Dianam**

Diva potens nemorum, terror silvestribus apris *sqq.*

13 **Ad eum cum quo cenabat**

Boletos solus sumens atque ostrea voras:
Boletum qualem Claudius edit, edas.

14 **Sibyllae poetridis**

Tunc ille aeterni species pulcherrima regni . . .
Denumerat tacitis tot crimina conscius ultor . . .
Vivat ut aeterno bonus ac malus ardeat igne . .

8 *e Petropolitano F* 14, 1 *s. VIII—IX fol.* 143 (*cf. Venantius ed. Leo p.* XII), 1 et] set 3 uoluntas uita *cod.* 9. 10 *in Sangall.* 899 *et Reginensi* 421 *s. XI cum Ovidii disticho a. am. III* 249 *sq. iuncti* 11 *Theodericus de Amorbach:* Quidam veterum ait: Omne . . *cf. Diss. acad. Berol.* 1894 *II* 10. 12 *Sic Cantabrigiensis Caius coll.* 230 *s. XIV ex. cf. Nunt. acad. Vindob.* 143 *VIII, p.* 13. *Antiquumne?* 13 *e Lipsiensi I* 74 *s. X. v.* 2 = *Martial. I* 20, 4. 14 *apud Aldhelmum p.* 231. 245, 16; 30 *G.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad Fasciculum I.

p. XIII. Salmasianum in Hispania scriptum esse L. Traube contendit Philol. 54,124.

p. XXXIV. Thuaneum Par. 8071 saeculo X ex. vel XI in. tribuit Delisle, cf. et De Rossi Inscr. christianae urb. Romae II 1, 242.

I. Carminis eius reliquias alias, quae restitui possint, Oxonii in bibliotheca esse dicit Scott, Fragmenta Herculanensia (a. 1885). Cf. et Ihm Mus. rhen. 52, 129.

1. 2. Adde cod. Sangallensem 397 s. IX med., Paris. 16236 s. X (contuli partem) et 2772 s. X—XI. Bernenses mihi contulit *H. Hagen.* Olim in imonasterio S. Oyan in monte Iura sito codicem fuisse et haec et alia carmina ex nostris continentem ex catalogo saec. XI scripto novimus a Delislio, Cabinet des mss. 3, 385 edito, haec memorante: „*Codex ubi sunt . . versus cuiusdam de Tarquinio et Lucretia* [c. 787?]. *Item libelli Catonis. Item versus septem sapientium* [351?] *et versus de novem Musis* [88? 664?]. *Item versus duodecim sapientium de quattuor temporibus anni* [567—578]. *Item conflictus veris et iemis* [687]. *Item epigrammata Nasonis de libris Virgilii* [1]. *Item exastica Sulpitii de eisdem libris* [653]. *Item thetrastica in eisdem libris* [2]. *Vita Virgilii eum epitafiis eius* [507—518]. *Versus Octaviani Cesaris de Virgilio* [672]. *Item epigrammata diversa, inter quae versus Endelici de mortibus boum* [893]. *Item Avigenii* [*l.* Aviani] *liber fabularum. Item Enigmata Symphosii* [286]." —

Praef. v. 1—2: 'sic et Ovidius' Beda sentent. philos. (Migne 90, 987). Monosticha c. 1 et c. 2, 1—4 in Vaticano 1575 s. XI ad recensionem *E* vergente sunt.

4 a multis tractatum est; cf. inter alios M. Ihm Mus. rhen. 52, 208. Weyman, Jahresber. 93 (1897), 174.

v. 96 'subrepta Proserpina matri'; sic emendavit Usener.

v. 102 'portaret' recte *P*.

5. 6. cf. P. v. Winterfeld, Philol. 58, 288.

6ª. An omittere debuerim hos utpote Scoti monachi versus nescio.

7—388. Coniecturas proposuerunt Traube Philol. 54, 124 sqq., Ziehen ib. 59, 305 sqq. et 63, 362 sqq. et Mus. rhen. 53, 271 sqq. Petschenig Philol. 48, 562 sqq. alii. Imitationes investigavit plurimorum Anthologiae carminum M. Manitius Philol. 51, 156 sqq., Mus. rhen. passim, al.

7. cf. Ziehen Philol. 63, 368.

20, 166 sq. lege: 'p. ne n. a. Incidat'.

26. Adde libros s. IX: Paris. 2832 et Sangall. 397.

29. Avitus episcopus Viennensis (mortuus a. 523) '*Epigrammata de diversis causis*' scripsit: idemne est?

30. cf. Studia Vindobonensia I 61.

32. Ad lectum in theoxeniis adhibitum refert Ziehen.

82, 10: cf. c. 499. 11: cf. Petron. c. 137, 1.

83, 88 'Cocyto fundere' Traube.

88. Abrincensis 229 s. X—XI libro C simillimus est. De codice S. Oyanensi cf. ad c. 1.

89 adn. 'num Flori?' dele.

91 cum 91ª cohaerere evicit De Rossi Inscr. chr. II 1, 240: 'e portis ecclesiarum *vela* acu picta, litteris quoque insignita pendebant'.

92 in sepulcro, 93 sub pictura scriptum erat; 93, 1 'negando' lege cum *A*.

120, 2 'Vitae' Ziehen (cf. 'Vitenses' 149, 3). Filocalus ipsas thermas, non carmen 'condidit'.

123 cf. Sedlmayer, Stud. Vindob. II 150.

124, 2 'Ut' *A* recte.

135, 2 'Perdidit' Hagen.

160 adn. 3257 et XI—XII lege 3252 et IX. iacet] 'iaculo' Hagen.

181 adn. 'et pica'] lege: 'et pico'. Sofocles: sic cod. Phillippicus 4626 s. XII (Ellis). Cf. Mus. rhen. 50, 316. 52, 212.

198, 34 l. 'Securo'. 38 iac.] 'Lacaenae' Traube.

199 cf. Ihm Mus. rhen. 52, 205.

200 cf. Froehner, ib. 47, 295.

217, 2. 7 circiter a. 800 imitatus est poeta de Karolo et Leone papa: Manitius Philol. 51, 157.

221: cf. CIL VI 5 (falsae) nr. 2* i.

238: 'In codice Scriveriano Nasoni tribuitur' Burmann. Is est codex ipse *A*, qui scilicet 'De ouidio' falso inscribit.

253: cf. Tolkiehn, Ann. philol. 1897, 615.

256 sqq. adde Vaticanum 1575 s. XI. Apud Venantium c. IV 11, 10 legitur: 'mellificatis, apes'.

268. Adde Sangallensem 397 saec. IX med.

284 'De ancla' Traube cum *A*; i. e. de rota aquas hauriente.

286. cf. Manitius, Philol. 51, 158 et Add. ad c. 1. Sangallensis 450 s. IX. — 'Enigmata siphusii phisici' Angelicanus V 3, 22 s. XI, quem contuli. Recensionem II Symphosio abiudicat Huemer, Stud. Vind. III 143. v. 16 'decoramine' Ziehen; 25 'Ingenuum' Froehner; — 61 sic mutavit Iulianus Toletanus: 'Vivo nocendo quidem, sed me manet exitus idem' (!). — 149 'habeo' recte α; 237 'sospes' recte Petrop. — Aldhelmus quid Symphosio debuerit cf. Manitius, Nuntii acad. Vindob. 112, 583; quid aenigmasin c. 481 ib. 611.

287, 9 ut amavit] 'autumavit' legendum puto. — In Luxorio Froehner, Traube, Ziehen multa proposuerunt locis supr. laudatis.

316, 7 adn. tum] l. 'dum'.

351. cf. Add. c. 1.

362, 1 'Quid' recte *A*.

377, 15 'Haec, Tibilis, monumenta tibi' Ziehen de oppido Africae recte cogitans.

374, 6 'archisophus' iam Petschenig Philol. 48, 563.

378 sq. cf. De Rossi, Inscr. chr. II 1, 240.

378, 5 'lomenta' v. Winterfeld.

388ª (cui ex adn. v. 17 addendus est) imitatus est [Colum]banus, ex quo e Vossiano graec. q. 7 s. X sic ed. Duemmler Nov. Arch. 6, 190:

> 'En silvis caesa fluctu meat acta carina
> Bicornis Hreni, et pelagus perlabitur uncta.
> Heia, viri, nostrum reboans echo sonet heia!' *sqq.*

390. Adde Casinensem 320 s. X—XI (Nunt. acad. Vindob. 71, 141, ubi carmen ex eodem editum est). — v 29 'cavanus' recte Cas. MG. v. 15 'despectis' recte Monacensis 22227 s. XII.

392. 393. Adde Phillippicum 1869 s. IX, Bernensem 167 et Cantabrigiensem Trin. O IV, 11 s. IX—X, Bruxell. 10470/3 s. X, alios. Parisinum 9344 s. XI fol. 41 v. ita contuli: 'Hos uersus Nero imperator cõposuit [392]. 2 Ypolite. v. 8. 7. 5. 6. 8 mesus . . archas 7 Ypicli . . doracli. *Ubique* ebalus et T(h)eutras. — P: cf. Stud. Vind. 3, 304.

394. 395. Collati sunt etiam Phillippicus 1869, Sangallensis 250, Vaticanus 645 saec. IX, Palatinus 487, Urbinas 290, Valentianus 330 bis, s. X, alii. — Rectissime Froehner artificium observavit (Mus. rhen. 47, 300), quo singuli versus tot litteris constant quot diebus constant menses. Itaque v. 5 cum libris 'exagona' legendum, ut versus Maium inlustrans litteras habeat 31; v. 12 'hiemps'; v. 3 non 'reducti' sed 'reduce' ('reduci' libri); ideoque recte se habet 'de *numero* dierum' in inscriptione.

395, 16 Mico Ovidio tribuit.

396—479: Ziehen quosdam locos tractavit Philol. 57, 409 sqq. Mus. rhen. 53, 273 sqq.

405, 417, 418 Hrabano Mauro nota erant.

405, 11 'Artubus [hic] iaceo' nunc propono, cui 'Mens tecum est' v. 12 opponitur. 'telluris' opponitur 'nulla humo'.

408, 1 cf. Ausonius p. 88, 33 P.

414: CIL VI 5 (falsae), 2* l.

417, 6 Cleopatra 'immo Artemisia' v. Wilamowitz Herm. 34, 638.

447 adn. 'Vind.' adde 2521.

458, 6 lege 'simplicitate'.

469, 2 'I, iuvenis' v. Winterfeld Philol. 55, 190.

Ad aenigmata c. 481

481. Haec aenigmata ut accuratius hic tractem, fit et insigni W. Meyeri opera in Actis acad. Monac. cl. I, XVII 2, 265 sqq. (412) edita, quae olim me fugerat, et codice P = Phillippico 1825 nunc Berolinensi 167 s. IX—X nunc demum noto, cuius collationem a me institutam infra edam. Est is codex optimus eius classis quae ex L nota erat, non tamen ubique aequat bonitate classem libri B. In universum igitur sequemur B, sed in partibus ibi deperditis P magis etiam quam L. 'Metrum Marci Porci Catonis [i. e. Disticha Catonis] et 'Aenigmata *Tullii* in codice I' ineunte saeculo IX erant in bibliotheca Augiensi, cf. G. Becker, Catalogi antiqui 6, 332 p. 10. Philol. 58, 290.

In arte scriptoris exploranda multa invenit Meyerus. Non tamen satis rationem habuisse videtur eorum versuum, qui ut v. 14

'Et pia defectu me mater donat ubique'

prorsus ad iustam hexametrorum normam facti sunt, vel ut v. 38 et 6

'Verbero nam cursu, visu quem cernere vetor' (–)

'Calida sed cunctis salubres porrigo victus' (–) (–)

semel bisve leviusculo vitio ab ea discrepant. Tales versus inter v. 1—78 sunt non minus quam 46 (5 + 17 + 24) et ab his proficiscendum puto. Poeta igitur qui Symphosium aperte imitatur, hexametri latini leges normamque vel noverat vel saltem sentiebat; at idem usu dicendi populari valde trahebatur. Ex hac coniunctione factum est, ut vim positionis, prosodiam[1]) syllabarum elisionemque saepissime neglegeret[2]), idem autem primam omnium versuum syllabam cum accentu efferret (nam initia 'Me páter' 'Florígeras' quae Meyeri leges admittunt, a quovis hexametro abhorrent), accentumque verborum vix aliter tractaret atque poetae priores: nam in media parte versuum consulto eum neglexit, in ultima servavit, in prima secundum normas usitatas vel neglexit vel servavit[2]). Ita non solum legendum est:

'Et pia défectú | me máter dónat ubíque'

sed etiam (v. 9. 145)

'Oculi nón mihí | lumén osténdere póssunt'
'Náscimur álbentibús | locís sed nígrae soróres'

(sic cum *B* scribendum, cf. Mírăntibús 289, rogăntí 56, alia): quo ultimo loco ab usu prorsus singulari a Meyero invento recedit quem vulgo (non ubique) sequitur, quo ante caesuram sex syllabae sunt, post eam octo (item dactylus unus ante esse solet, unus post).[3]) Ab his

---

1) Cf. vel talia ut: infectá 75, necé 76, siné 108, oré 124, amoré 281, pruiná 353.

2) E. c. v. 33 'Ignem feró; 48 Móriens víventém; 50 'Et senéctam gravém; 187 Díssimilém sibí; 42 Pátefactá nullúm; 80 'Annisque péractís; 110 'Et nullo vírilí; 114 Plúrimum féro lucrúm; 303 Méos únde nascór.

3) Ab hac caesura ex penthemimeri orta — in libro *P* autem in plurimis versibus caesura notata est — discrepat raro: hephthemimerim *P* indicat v. 39, 74, 103, 167, 198, 215 paucis aliis, tertia trochaica esse potest 194—196, 214, 329, sed incertum est.

normis, quibus (praeter numerum finitum syllabarum) *Commodiano similis* est, non recedit.

Iam collationem libri *P* proponam cum ed. mea altera institutam[1]).

Inscr. Enigmata in dī nomine Tullii 2 q. m.] qui uita 3 durum | coget 4 adsummo (*sic* 166. 251. 304) 6 poniego 9 ñ mei | possu' 12 Dum amio alucis | umbras 13 mater 14 E pia defectum mi 15 durat soluet 16 Noli me solantē ligatā 18 sinē 19 Mollib; 22 fero libens 23 Nulla 24 senē | uerberis 25 colligo (26 *sic*) 27 qui *ex* quā 28 turpiter m. m. relinquent *sequitur* 29. 30 angulo 31 meā l. solā p. umbra 32 pospono 33 Igne 34 putrido 35 defunctis 36 porrego (*sic* 73. 170) 7 De uis sica 38 uerberor | quā 39 d. i.] i. d. 40 P. d. ciuē nullo sub pendere gestat 41 ad nebula 42 Patafacta | mentē 43 uterꝫ 46 mea 47 patescat 51. 52 manū 54 una (a *ex* u) uacantes 57 sed] si | se *om.* 59 S. m. p.] Unde p. m. 60 qui cubit 61 maiore u. q. 64 uero | uitāque 65 defuncta 66 unusta | plana 67 asumo 68 casa | tristant 70 paruul, f. p. 71 Vilis supterreno pulillus tumulo rura 73 Geno | longinquū 75 Lacrimas inflecta 79 inlustrē 80 que *om.* 81 paruos 83 filii] sibi 84 Tenebriis | dolori 85 cymis 87 decor de 88 Nullūq; *ex* Nullaq; | cultori 89 seret m. d. f. edet 90 frore **16** De. — 91 v. sp. nutrit 92 F. ut d. 93 Tertiā formam cerē confingo rubenti 95 Mella 96 eructuant exta c̄clusa 98 tatus 99 Exta mihi nullā m. s. f. ponatur 100 Quas a. | ruptꝰ 101 seruans 102 inanē (103 *sic*) 104 honeste uiuio 105 N. me t. domat 106 Et retacta 107 horrende meterrē puluerē 108 n. esse v. **19** De cera 111 spontē | a] e 112 Cessa | flammās, *corr.* 113 nullo 114 lacrum 115 domo] mo | lapsos 117 B. natus inde s. in u. creatus 118 in c. t. *om.* 119 me] mus | inueni 120 Aureamque **21** *om.* 127 mi | m. constat f. 128 a nullis | conferro 129 oberrans cybos 132 *post* 131. **23** *post v.* 366. 139 toto 142 G. sit | uiscerā pendit 144 (*ante* 143) pquam 143 suppondere 145 albenti loco 149 nos demude tenet 150 p.] patre **26** De

1) *Non afferam orthographica velut* giro *v.* 4, hymber 11, e *et* i *commutata ut* coget 3, ae *et* e *ut* coevus 44; orresco 19, capud 74, refitio 327, foetum 48, *alia.*

sinape 151 parui 152 astĩtia uiget 155 proḍu corḍ saporeıs 27 De. — 157 cispite 158 uiresco 159 non queo 161 fior 162 mater *om.* 28 De sirico 163 (paruus *sic*) 163 v. q. conferet 164 v. m. pr. 165 fetus 166 morte 167 Nubili p-us | cessare 169 te erit umbram 171 natus 172 potenti 173 foetus 30 De piscibus 175 firmo l. mane 176 uacando u. nolo 177 est et 178 uoluenti domu 180 uitale | frigora 31 De ΝΕΜΠΤΧΩ 181 Orẽ | nullã 182 ullum r. perinde florem 184 uacua | ima 185 Pollice defuso | lymphas 186 sublatos 32 De spongea 188 Coro | vac.] caua 189 Sumerẽ | obsorb. 190 ꝑquam 191 grauissimũ m. dimissa 192 sumptos 195 ad] a | menses 196 a. c. 197 reddet | sumptꝰ 198 uia q. docetꝰ 201 lucet | sim in g. uptã 202 Minor 203 docorem 35 De lilia 206 onusta 36 De grogo 212 Tellore 213 Frigidus | ꝑinas 214 Et ꝑme | sic] sa 216 Modicus 37 De pipro 217 Peregre 218 tactus 220 (uigeo *sic*) cessus 223 mursu 224 N. mater f. 225 s. g. p.] si non genuero patrem 226 *deest* 227 conceptus | cum] meos 228 Et aestiuo rursus ignibus trado coquendos 39 De xedera 231 Estas me nec nulla ulla nec frigore uincunt 232 B. c. u. uerno qui 233 uector 235. 6 conphend. 235 uacantes 237 m. n. qui posit capita r. 238 tenedi 239 s. si p. et a. 240 mane 241 V. c. n. gradi u. sonorus 242 adleuo 243 e. m. 245 C. m. q. nequid aut nectere uinclis 246 uicit n. ergolis cũ quam 247 me nec ulla | duriscere 248 multas que 249 solŏtam 250 constricta manũ t. 251 mi pulchra dat ubique regidus auctor 252 seuis ab ira i. turbiscere 43 [1]) De uermicolis (s. f. *om.*) 253 I. concepta mitto de nito uolatus 254 mensum 256 toxtoris s. aure &c c. u. (257 uideatur *sic*) 258 Protinus e. v. r. t. 44—48 *inscr. om.* 261 in habita 262 Vacua do lucem pferta confero lucrum 263 f. v. n. umbra senescit 264 molli subito f. 265 que t. ictus 266 qua 267 famis | q.] que 268 *sq.* Et—escam *om.* Mirus affectus saporis 270 Gil. 271 tot 273 uice *et* capita (*ut conieci*) 274 L. dum redde v. calles quas 275 tundet 276 nitentẽ 277 c. pr. a m. 278 Et ulta crescens l. 279 S. intacta m. de v. produco 280 corrupto | nullam 283 Q. as ego conclusa gero f. 284 b.] uerbis 285 trassa 288 Nisi sub amaro 290 Effitior statim moior a patre qui nascor 291 nu. potẽ 292 S. me c. l. capere 294 uideri q. u. 50 *inscr. et* 295 *om.* 296 G. qui n. uiuo 297 uulnere 298 mh mors 300 r. m. quice s. a.

---

1) *Ordo aenigmatum in P:* 1—20. 22. 24—41. 43. 49. 55. 57—60. 62. 61. 23. 42. 44—48. 50—54. 56. 56ª. Symph. 59, 63, 69.

50ª

Multimodo matris divellor opere membris
Et truncata multum redor de minimo maior.
Fateor intacta firmis sistere plantis.
Opera nostra nullius virgo momenti relinquo.
Solida disiungor, rursum soluta reformor,
Qui secura meis credantur liquida membris.

50ª *in solo P est.* 301 Multiplice 303 Meos unde nascor 304 V. n. 305 Super eductus 306 n. caput f. s. (*ex* capit) 52 *inscr. om.* 307 durus de corde 309 fili 310 M. q. nascen 311 Postque dec. uelantur t. matrem 312 diligati fr. certamina fortes 313 nulla] tenui 314 N. (tenui *om.*) s. fero in c. siccus cibum 315 N. q. escas 317 D. m. menbra | p.] dantur 319 D. generantur multo 320 diuisus q. natura 321 adq; | *a* pari *ad* diues (322) *desunt* 322 quod quisq; semper r. 323 nullã | cum] quo 324 et nunc] nihil 325 creatoris nascor 326 possũ 327 que *om.* ego meis | saepe *om.* 328 f. multas p. 329 Animas nec caro | m. s. *om.* | ceterã 330 Aligeras tamen 331 est *om.* 333 Nam *om.* | s. m.] simul thoro | a.] umquã 334 Et a 335 suos gygnet

56ª De penna

Nudata crinibus quinque coactam uirginem ducent
Viãque prospicientibus cunctis infusa lacrimis pandit.
De lacrimante uirgine duobus perstrixi uertibus (*lege* perstrinxi versibus).

Sequitur Symphos. 59, 1. 2 (1 uincta | co.] nudata. 2 l. m. cr. s. quas). 57 De sole 338 per uia 339 Nulli | uoluta 340 nullus gesture c. penas 342 auferrem | ualebat 341 Pupl. | completa 58 De luna 343. 344. 345 copellor 346 reduxit traor concedere 348 Infantiã parẽ s. et c. s. 59 De l (*sic*) 349 meuear gressũ n. cugnuscere 351 Cottidie | multos 353 Y. n. bruina (gl. *om.*) n. fulgora 354 f. t. t.] magna fortitudine tect\ 60 De gelu 355 du r. acmittus 356 Pulchrũ se per &d d&urpis qui sẽ h. 360 tectus 361 domu 362 Ininima 363 patrẽ 365 Pulchior turp. uultũ n. discipat (-it *corr.*) 368 *om.* 369 tenebitur 371 a] ad 372 totam 63 *deest. Pauli (Diaconi) est sec. acrostichon, quod vidit Duemmler, N. Archiv 10, 165.*

In eis igitur partibus, quibus *B* deest, *PL* et maxime quidem *P* sequemur. Vel eam vel alias ob causas igitur haec in contextu scribenda sunt[1]):

1) Tam multa mutanda sunt, quia olim librum *L* iusto

Aenigmata Tvllii (*P; in B initium deest*). — 13 duram (*Endlicher, recte?*) 19 Mollibus (*P*) 22 fero libens (*PL*) 24 senem (*P, cf. L*) | verberes (*ex L*) 40 de] sub (*PL*) 57 sed] si (*P*) (lateri *Meyer recte?*) 59 Unde (*vel* Súbito) pédem mihí (*PL*)[1]) 79 inlustrem (*PL*) 81 parvos (*libri*). *post* 86 (*non* 85) *interpunge.* 88 Nullumque (*BPL*) | cultori (*PL*) 91 vivam, spinis (*PL*) 92 Faciat ut dulcem (*PL*) 93 Téreti nám formá cerám confíngo rubéntem (*v. Winterfeld ex P*) 96 Acidum (*Meyer et ego*) a. e. conclusa (*P*) s. 102 inanem (*BPL*) 105 *ante* 106 Et redacta (*PL*) 117 B. nátus, índe semél in u. (*P, ex parte BL*) cr. 124 cretós nulla de Venere (*Hagen*) 129 óberráns (*PL*) 132 *post* 131 Paúperaqué *P* (*L*) 158 virdisco (*B*) *an* viresco (*PL*), *incertum, item* 161 fior (*BP*) *an* fio (*L*), 188 cava (*P*) *an* vacua (*BL*) 163 vilem quae (*PL*) 167 perfectam (*Hagen, Meyer*) 176 nolo (*P*) 180 vitale (?) *et* frigora (*libri*) 182 nec ullum (*P*) 185 Pollice .. lymphas (*PL*) 186 diffusos (*L*) 189 nil (*Meyer*) 195 menses (*PL*) 196 Et a. c. (*PL*) [216 *retineo* Modica, *ut* in forma *possit intellegi*] 221 morsú, nec vulnero dente (*Hagen*) 225 si non genuero patrem (*P optime*) 227 conceptos *obscurum* cum] meos (*P, om. L*) 228 Aéstivó rursús sed ígnibus trádo coquéndos (*secundum PL*) [231 *retineo* nec úlla, *cf. v.* 182] 232 Br. col. unús (*PL*) 237 míhi nullús (*PL*) 240 mānet (*PL*) 241 Vélox cúrro nascéns (*PL*) 243 est mí (*PL*) 245 C. me q. nequít aut nectere vinclis (*P*) 251 Spéciem mí pulchrám dat túrpi rígidus aúctor (*v. Winterfeld ex P*) 253 mittó de nído v. (*PL*) 256 textóris (?) (*P*) | auré nec (*PL*) 258 Pro-

saepius sprevi prae *V*, libro recentiori et elegantioribus versibus interpolato.

1) v. 61 'vivens quam' *BPL* repugnat sententiae, quare 'quam vivens' retineo. Et in v. 39. 100. 164. 300 ab eis quae olim recepi recedere non possum.

tinus (*P*) exc. v. reicere t. (*PL*) 262 Vacua do lucém, referta (*L*) confero lucrum (*PL*) 263 frigus valet (*PL*) 267 quoque] que (*PL*) 274 callé quas (*PL*) 277 cuté producor a matre (*PL*) 278 crescéns (*PL*) 279 Sonitum íntactá m. de v. produco (*PL*) **48** De nuce (*Hagen, Meyer*) 283 Q. hás egó conclúsa géro figuras (*P*) 284 r. verbis (*P*) 288 Nisi sub ámaró (*P*) 290 'Efficiór statím maiór a pátre (*i. e. quam pater*), qui náscor (*PL*) 291 n. p. (*PL*) 292 S. mé cunctí (*PL*) 294 Et v. q. vol. (*LP*) 296 Génitusqué (*PL*) | vivum *conicci* 298 mihi mors (*PL*) **50ª**, 2 *lege* reddor, 3 consistere, 4 relinquor **51** De cepa *Brandt*, De ovo *Meyer*, De bulbo *v. Winterfeld* 303 Méos, únde nascór, in véntre féro paréntes *P* 304 Vivo nam (*PL*) 305 Superis eductus (*L*) 306 n. caput facit s. (*PL*) 310 M. q. n. (*PL*) 311 decorato velantur (*P*), *quod olim conicci* 312 deligatí frangúnt certámina fórtes (*P*) 314 T. n. s. feror in c. (*PL*) siccus 317 Dúo mihí membrá (*PL*) 319 Dúo génerantúr multó sub n. fr. (*P, cf. L*) 320 divisus q. natura *P* 321 atqué (*PL*) 322 Pauper s. h., dives quod saepe requirit (*fere P*) 323 iungunt (*Hagen*) 324 Nám stantés nihíl, iacéntes plúrima pórtant (*P*) 327 'Uberibús egó meís reficio multos (*PL*) 329 sunt *dele* (*PL*) 330 Aligeras tamen (*PL*) 331 est *dele* (*PL*) 333 Númquam úno simúl toró (*P*) 334 a longe (*PL*) **57** De sole (*P*); **58** De luna (*P*). 341 *post* 340, 344 *post* 343 *ponendi sunt.* 348 'Infantiá par ést, simúl et c. s. (*P*) 356 saépe, sed ét turpís (*PB fere*) 372 totam (*BPL*). **63** *delendum.*

Ad Fasciculum II

483. Ipsam Loewii collationem libri *O* Goetzius mihi misit. In *C* non mea sed Wattenbachii collatione usus sum. Florentinum S. Marci 604 s. IX nominare debui.

484. Bernensis 212 (quem Hagen et ego contulimus) et Vossianus q. 33 ad classem I certo pertinent. K. Schenkl quoque Stud. Vind. 12, 320 *O* contulit (sed Loewe accuratius, ut videtur). Scribit v. 7 'Grai', 10 'Solis', 27 'Argestam quem Graiorum vocat ore Camena'.

485. Ex libro longobardicis litteris scripto ed. pr. Quicherat, Bibl. de l'éc. des chartes I 1, 51 cf. IV 3, 161. — cf. Halm, Rhetores lat. p. 63. Keil, Gramm. lat. IV, XLI sqq.

485ª. *V* contulerunt Jeep et Brandt. Cf. Riese, Mus. rhen. 31, 446; H. Dechent ib. 35, 39; Brandt ib. 47, 390.

126 adn. lege: 'Cortice quae' scripsi et Mus. rhen. 55, 317 defendi. Defendit etiam Sedulius Scottus II 37, 9 (Poet. Caroling. III 201): 'Puniceo similis malo croceoque decori.'

486. Vossiani q. 33 m. alteram (u) ad *A* m. pr. potius vergere iam ed. pr. p. VIII dixi.

487ª. Sangall. 877 s. X mihi contulit Hagen. Inscribit ut *BP*. Habet 13 'uerba, 19 meos effemina, 20 compta, 21 quo'; in reliquis vulgatam sequitur. v. 1 'quae n. p. nosti': Sedulius Scottus II 37. 'Mors . . parcere nescis | ulli': Paschasius Radbertus v. 62 (P. Caroling. III 201; 47). — v. 23 'tristi tristatus' *C*.

487ᵇ. v. 3 'lumina' *C*.

487ᶜ. 7895] lege 7859. — *BE* mihi contulit Hagen. 5. 6 pro 'om. E' lege 'periere in E'; 'meretris E' dele. 5 'configat' Escor. (contulit Loewe).

488. E(insidl. 319) Hagen, V(rbin. 290) et R (Vaticanum 644) ego contulimus. 'Versus sex feriarum' E 'Versus de septimane diebus' V 'De noīb; dierū' R 1 'lumine' V 2 'Vendicat' EV 'elucens' E, recte? 'secunda' V 3 'Emicat ecce dies' E 4 'Quartam Merc.' R 5 'dicabit' V 6 'magno' R 8 add. E.

490ª, 1 'acri' puto ('acris hiems' Hor. c. I 4, 1).
491—493 Reginensem 333 et Parisinum 9347 contuli.
491. Bern. 286 et Sangall. 877 mihi contulit Hagen.
492 'Bellisarii scolastici' Cheltenhamensis 21163 s. XI (Stud. Vindob. XII, 319). 3 num 'qui carpit et illud' (et = etiam)?
493ª, 8 'moderamina' typis mandare volui. — Angelicanum et Parisinum 8094 (ed. pr. I 2 p. XII) contuli. Nil inde novi adnotandum.
494 in *V* et fere Casinensi inscriptum est: 'In uelo quod a Chintilane rege Rome dic[a]tum est.'
494ᵇ: cf. Claudiani Raptus Proserpinae II praef. 29 sqq. — Claudiani simile est quod Hieronymus habet comm. in Iesai. 8, 27: 'pulchre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado ait:

> Quo fugis, Encelade? quascunque accesseris oras,
> Sub Iove semper eris!'

495—638. [Ex ed. pr. „Iam ad duodecim sapientum duodena carmina (c. 495—638) pervenimus. Quorum cum ea quae *Polysticha* inscripsi et librum *C* secutus ultimo loco posui (627—638), in editionibus dissipata dispersaque fuerint nec in reliquis iustus ordo adhuc exhibitus sit, ignotum hucusque mansit, quo consilio quaque ratione haec carmina composita sint mediocria certe sed ea ipsa re insignia, quod versificandi quandam quasi scholam antiquam variosque poetandi progressus nobis ostendunt.[1]) Scilicet duodecim illi scholastici tempore ignoto, sed antiquitatis ultimis temporibus non posteriore[2]) certamini poetico ita indulserunt, ut duodecim argumentis eisdem singulis propositis monosticha, deinde disticha tristicha tetrasticha pentasticha hexasticha conscriberent, ultimo autem

1) Quamquam ignoro, magistrine an discipuli scripserint; sane et 'iuvenes' illi (638, 3) vel Asmenii discipuli vel reliqui undecim 'sapientes' intellegi possunt.
2) Asclepiadii versibus 629, 9. 10 comparandi sunt Consolationis ad Liviam scriptae v. 371 sq.

gradu suam sibi quisque materiam eligentes maiora carmina componerent (627—638). Nullus autem eorum reliquis maior minorve habebatur; quare quamquam eundem nominum ordinem in omnibus dodecadibus servatum videmus, tamen ne quisquam efferretur vel contemneretur, primum locum in unaquaque serie alius eorum et is quidem qui prioris dodecadis principem sequitur tenet; ideo et reliquorum ordo ratione certa instabilis est. Vt exemplum afferam, qui in prima serie enumeratur tertius, secundus est in altera, primus in tertia, in quarta deinde ultimum locum occupat, in quinta paenultimum, et sic deinceps progreditur usque ad quartum locum. Iam puto intellegetur artificiosa illa concinnatio, quae in paucis libris vetustis et optime omnium in *C* elucet, in aliis et in recentibus codicibus (ubi nonnulla eorum Vergilio attribuuntur) et in editis satis frequenter conturbatur. — Optimus codicum accuratissimusque *Parisinus* est *8069* (Thuaneus) quem dixi *C*. Librorum familias quas p. 59 breviter indicavi, pluribus explicare taedet. Ipsorum poetarum vitam plane ignoramus, cum praeter c. 638, quo Iulianus Asmenio diem natalem gratulatur, et si vis c. 630 Eusthenii de Achille et 631 Pompiliani de Hectore, quae hos duos inter se maxime coniunctos fuisse docent, nihil ad ipsos spectans in carminibus extet.“]

Librum Vergilianum **C** fasc. I p. XLI descripsi. Haec addo: fol. 1 ante c. 83, 4 Claudiani epigr. 32 (‘Dulcia mella mihi ... mella putare decet’) habet; post in eodem sunt c. 746, 740, 716, 486, 733, 672, 741; 1, 1—10, alia ad nostram rem non spectantia. Codex pretiosus scholarum olim usui destinatus videtur fuisse.

507—518. Ex simili certamine poetico orta videri volunt haec:

‘Pascua rusque canens peragraram, bella sequebar,
Nondum finieram: Virgilius perii’. —

'Silvas, rura, acies cecini. mihi Mantua mater,
Nomen Virgilius, Parthenope tumulus.'

B. II 205 sq. M. 867 sq. ex cod. J. Gerh. Vossii. In Escorialensi F II 12 s. XV et Phillippico 206 (1795) s. XV, qui v. 1 'peragram b. secabam'.

527. 'Tullii — p. 121' dele; pertinent enim ad c. 772[b].

544, 1 'solis' (is *eras.*) *P.*

555, 4 *P* m. 2.

559, 3 'frygum' *P*

573, 3 'bache' *P*

603—606: in Vaticano 3227 s. X.

615 sqq. dele: 'Vrbinas 290.'

627: Vossianus q. 33 s. X: 7 'augei' *V.*

628, 6 'umbras' *F.* 8 'doctas fabulas: hoc est a doctis compositas' Theodoricus de Amorbach s. IX ex. (Diss. acad. Berol. 1894, II 10).

630—1: Bernensis 184 s. IX—X. 7 'Ille interemptus me solvit'. 10 'Compressi', 631, 3 'uiolentis adactus', 4 'frigis,' 10 'accumulauit' *B.* — 631 in Veneto Bessarionis 497 s. XII cont. Loewe.

632 cf. Persius 3, 56 'quae Samios deduxit littera ramos'.

634 Ovidio in codd. s. XI, Parisinis 7930, 9344, Monacensi 305 tribuitur. v. 5 adn. scribe: 'Anchisae] ad'.

639—656. Codicem praestantissimum **E** = Vossianum fol. 111, s. IX in. foliis 40 (olim 41) binarum columnarum langobardicis litteris scriptum, accurate descripserunt R. Peiper et C. Schenkl in Ausonii editionibus p. XVIII et XXXII sqq., ad quos legentes relego. In eo inter Ausoniana fol. 3 c. 639, fol. 4 c. 640—643, fol. 15 c. 644, fol. 16 c. 645 et (sic) 647, fol. 37 c. 648—649, fol. 38 c. 650—652, fol. 38—39 c. 1 (decasticha), fol. 39 c. 653, fol. 40 c. 2 (tetrasticha) et c. 654 et c. 1 (monosticha) et c. 655 et alia manu scripta c. 656—657[c] leguntur. C. 1 et 2

in solo *E* uno tenore scripta, in ceteris ad Vergilii carmina locis singulis adnexa sunt.

In Anthologiam et olim dubitanter recepi et nunc retinui, quae ex his Carolingica iam aetate vel antea ex Ausonio excerpta et in libris quibusdam — non tamen in *E* — Vergilio adiuncta vel etiam tributa videmus (quibus propter similia fata c. 646 quoque adiunxi), quia ea et Scaliger et Pithoeus suis iam syllogis inseruerant. Libri *E* autem collectionem vel ab Ausonio ipso vel ad eius voluntatem factam esse, et ex aliis et ex eo quod de „nostris versibus" (inscr. c. 642) agitur, elucet. Sannazarius quaedam ex *E* transcripsit: ex quo fluxit apographon Mariangeli Accursii passim memoratum.

Paene taedet, tot codicibus p. 105 enumeratis addere Bernensem 250 s. X (641, 7 'augaeis'). *P* (Phill. 131) librum non bonum contulit Manitius, quem vide Mus. rhen. 51, 160; Helveticos mihi Hagen, ut Bernensem 441 s. IX (640).

640, 4: lege 'Aprilis' cum opere musivo, *MP* aliis.

645 adn. lin. 6 lege 'Voss. o. 15'.

646, 40 'conficit ipsa dies' cum libris legendum est.

648, 11 'Splendet': cur non potius 'Sordet'?

658. Bernensem 36 s. X—XI ad classem II pertinentem mihi contulit Hagen. 'Disticon in filomela' ibi inscriptum. Angelicanus: cf. Stud. Vindob. II 296.

661, 1 'iunctis' *B*, recte? 6 'que' *B* 5 'Sagilam' iam De Rossi nomen Germani esse putavit, Iacobo Grimm consentiente.

662 adn. Pro '677' lege '679'.

663, 3 'finisque' Buecheler.

664 Angelicanum ego, Ambrosianum M 79 sup. s. XII Loewe contulimus. Uterque v. 8: 'Urania poli'.

666 Monacensis 14613 s. XI teste Nov. Archiv. 9, 562 inscripsit ut *P*; Palatinus 920 s. IX—X teste catalogo ut *V*.

667 cf. Parisinus 8319 s. XI.

672. Parisinus 16236 (quem contuli 1906) vergit ad *B*.

672 adn. 21: 'congest*as*', 22 'Hauserat'.

674 'De calvo' in Paris. 13029 s. IX est.

674ª. Palatinum 487 contuli: prorsus cum mea lectione consentit.

676—680 adn. dele 'v = Vaticanus 438'.

679. Einsidlenses 29 et 319 Hagen, Reginensem 215 ego contulimus.

680ª. Ber(nensis 584 s. X), quem Hageno debeo, habet: v. 5 Graio 7 minatur 11 est 16 gladius decem in. Idem contulit Bern. 441 et Einsidl. 319, ego Valent. 330 bis. Cantabrigiensis similis est Oxoniensi.

682 adn. 2 'petulę' (ex -le) *S*. v. 9 lege 'arbusticola'.

684. Sangallensis 877 s. X (quem mihi contulit Hagen): 'Itē epitafiū 2 facundia 3 monumenta 4 triueri 7 Fundor sp. cinere 9 humili — honore 10 h.] amori'.

685 'Aɬ' (i. e. Aliud) *T* in mg.

686 adn.: 'vel IX' omittere debui.

689: est et in Reginensi 421. v. 1 ad Evam certe spectat, v. 2 nescio an de omni muliere intellegendus sit.

689ª. adde: v. 8 'Virgo' sic G (cf. Stud. Vindob. II 74). Ex P quem a. 1906 contuli, addenda: 6 'gigaṇs' 8 'emmanuhel' 10 'sid' in mg. (recte pro 'haedus') 10 'leo iesus' 11 'XPſ'.

c. 690—715. Eis quae de codice Bellovacensi fasc. I, XXXIII dixi, adde quae Peiper disseruit Mus. rhen. 31, 190 sqq.

698, 8 adn. pro 'olim scripsi' lege 'olim conieci'.

706, 7 adn. lege 'Victoria tollere flammas'.

712, 20: 'cursu': an 'pulsu'?

716. Cod. Cantabrigiensis (Caius college 144) s. IX ex. memoratur in Nuntiis acad. Vind. 143, VIII 9. Ibi c. 716

'Versus magistri monendo discipulos'. — P ipse quoque a. 1906 contuli; habet v. 7 'serui$' (servis); 33 'app.' | 'parte' 35 'laeuius' 39 'grauiis' 45 '-nę' | 'amarę' 55 'uincișse se' ['uinci sese' AE] 72 'qīd'. Inde a v. 71 Catoniana intermixta sunt. — Illa „Formula vivendi" sqq. in Parisino 14194 s. XII—XIII a. 1906 contuli. Habet 'Ad nepotem' 2 'rectum' *v.* 4. 3. 7. 5. 6. — 4 'praemia poscant' 7 'insignem'. — In Par. 7596 s. XIII quoque inter Hildebertiana inveni. — V. 1 a Beda affertur (Mign. 96, 323).

720[b] cf. Damasus ed. Ihm p. 7. — Est in Cheltenhamensi 21163 (sic) s. XI (Stud. Vindob. 12, 319): 'Versus . . corripiendum'. 1 'XPe' 3 'inani'. Hic desinit.

722. Piget me sero invenisse hanc inscriptionem, in AL Epigraphica omissam, ex 'Valentina ecclesia' in museum Tolosanum delatam, adhuc extare et in CIL XIII 128 receptam esse. Ibi: v. 1 'Nymfius' 3 'compl.' 11 'Excepere' 19 'coniunx'.

725, 32 'Talis Phoebus erat': *ὁ καλὸς Καῖσαρ ὁ Ἀπόλλων, ὁ Αὔγουστος εἷς ὡς Πύθιος* Cass. Dio LXI 20, 5.

730, 8 'Estque feris socia': sic iam Bernensis 211 s. XV, quem mihi cont. Hagen.

733: cf. Nuntii acad. Vindob. 112, 606.

742—759 [Ex ed. pr. „De his carminibus quid sentiam, exposui ann. philol. 1868 p. 698 sqq. 710. Scilicet omnia Claudiani fere aevo scripta eique argumentis et quantum licuit dicendi genere similia in nonnullos eius codices nescio quo errore postea irrepsere: Vaticanum (*V*) dico, Ambrosianum (*M*), Cuiacianum (*C*); a reliquis absunt.[1]) *C* non novimus nisi ex primo folio ed. Claudianeae a Stephano Claverio Parisiis a. 1602 publicatae: sed vel inde efficere possumus, recentia

1) Apparebit hinc, cur c. 759 Claudiano vulgo tributum ei abiudicans huc receperim: cf. adn. h. c.

apographa *v* et *a* ex *C* vel ei simillimo derivata, sed in brevius redacta esse (ita, ut exemplum proferam quod indagare licuit, c. 760 in *v a* deest, erat autem in *C*; cf. adn. ad h. c.). — Quorum *v* descripsit Th. Mommsen CIL. I p. 412 et Herm. I p. 133 sq.; *a*, quem ante oculos habui, sunt schedae illae Divionenses, de quibus fasc. I p. XXXII dixi quaeque ex Salmasiano et hoc Cuiaciano concinnatae sunt. In quibus cum ordo carminum solutus sit, ordinem libri *v* servavi, praemisso ut maximo omnium c. 742, subiectis titulis 754 sqq., de quibus ita Claverius '*Erant praeterea in vet. codice et schedis Gnosianis* [apographo recenti, ni fallor] *multa et varia opuscula neque bella satis neque genuina meo iudicio, qualia sunt haec praecipue* [754—758]'.“]

744 adn. ex. lege 'indicat *a v.*'.

746, 3 adn. lege '*a v.*'.

754 adn. Punctum post 'Claverium' pone, post 'Mueller)' dele.

760ª, 37: an 'sternentur'? cf. 417, 7.

762 adn. 'Ouidius de philomena' iam Barberinianus 8, 26 s. XIII; etiam Palatinus 910 s. XV.

763ª, 10. De heptametris cf. etiam c. 224, 6 et 949, 5 cum adnott.

764ª: Palatinus 1716 s. X.

772ᵇ: huc pertinet adn. ad c. 527 posita.

774, 14 'Tenerque . . buculus' Haupt.

776, 1 'mole sub hac' legitur etiam c. 512, 2. 886, 5. Ad 'celavit membra' cf. 'posuit cineres' 670, 1.

786. Parisinus 14914 s. XII—XIII (contuli 1906): 'De ermafrodito' 1 'Dum' 4 'ermafr.' 7 'ascendo' 9 'anne' 11. 12 *desunt.*

786ª, 17 ad leta: 'athleta' recte Manitius ('adthleta' cod. G) Mitth. oesterr. Gesch. 18, 230; quem omnino confer.

787, 1 'Cum' et 'gladio' Paris. 14914.

791 Codex lectu difficilis olim in Hiberniae urbe Armagh servabatur.

792. De codicibus cf. Notices et extraits XXII, 2, 428 (Thurot).

793 sqq. In Par. 3761 haec quoque inter alia medii aevi carmina Martialem imitantia sunt: [Ex ed. pr.

„(1) *Olim dives eras, nunc es de divite pauper*
Factus. quid facit hoc? sola superfluitas.
Alea, Bacchus, amor meretricum fecit egentem:
Numquam, qui sequitur haec tria, dives erit.

Ad Cherulum

(2) *Cherule, tu cenas apud omnes, nullus apud te.*
Alterius siccas pocula, nemo tuum.
Vel tu redde vicem vel desine velle vocari;
Dedecus est, semper sumere nilque dare.

Ad Quintinum

(3) *Et fugis et culpas, Quintine, superfluitatem:*
Hoc virtutis amor non facit, immo rei.

(4) *Ad cenam saturum, ieiunum ad pocula Plancus*
Me vocat. in neutro sum tibi gratus ego.

(5) *Tura piper vestes argentum pallia gemmas*
Vendere, Milo, soles, cum quibus emptor abit.
Coniugis utilior merx est, quae vendita saepe
Nunquam vendentem deserit aut minuit.

Horum epigrammatum ultimum Martiali ipsi in codice Anglicano tribuitur, de quo in ed. maiore Martialis disseruit Schneidewinus.“]

799 Monacensis: adde: ‘s. XII’ sec. Mone, Anzeiger d. d. Vorz. 1838, 506.

800 cf. B II 204. M 866.

808, 254 ‘viscera vesca’ Eussner.

831—854. Haec carmina Symmachi (Epist. I 2) hexasticha panegyrica quinque in mentem revocant.

842, 2 ‘ferox’ R.

866 sq. [Ex ed. pr. „Primum de Veneris cum Amore statua rosam auream crinibus gerente, alterum de amuleto Gorgoneo est.“]

877 cf. CIL VI, 5 (falsae), 2* k: est in cod. Ambros. A 55 inf. f. 27.

890 sq. cf. adn. ad c. 715.

898 sqq. Pithoeus ipse p. 581 sic: „. . plura non modo dubiae vetustatis, sed et recentiora ac nostri fortassis saeculi, quae ex adversariis . . sine delectu congestis facile inrepserunt, eius potissimum incuria qui ea primum excerpenda et in mundum redigenda susceperat."

891, 892: num recentia?

INDICES.

I

INDEX SCRIPTORVM

Alcimus carm. 233. 713—715. 740.
Alexander 786[b].
Ambrosius 950, 6.
Andreas orator 494[c].
(Appianus cf. 871.)
L. Apuleius 922. *Ἀνεχόμενος* 712.
Asclepiadius 496. 507. 530. 541. 552. 563. 574. 585. 596. 607. 618. 629.
Asmenius 502. 513. 524. 535. 546. 557. 568. 579. 602. 613. 624. 635.
Asterius, Turcius Rufus Apronianus 3. 491.
Audax 949.
Augustinus 484[a]. 487[d]. 489. cf. 785—785[b]. 870. 721.
Augustus cf. Octavianus.
C. Aurelius Romulus 904.
Auspicius 946.
Avianus cf. 807.
Avienus, Rufus Festus 26. 876.
Avitus 29.
Ausonius 395. 639—641. 644—647 (exc. 646).
Basilius 501. 512. 523. 534. 545. 556. 567. 590. 601. 612. 623. 634.
Bassus 670.
(Beda cf. ad 676.)
Bellesarius scholasticus 492.
(Berno cf. 727.)
Bonosus 280.
Brutus 950, 12.
'Caesar' 233. cf. 889.
Caesar Augustus 655. 672. cf. Octavianus.
Calbulus grammaticus 378.
Callimachus 896 (?).
Campanianus 772.
Cato 387. — 664. — 716. — cf. ad 658.
Celsus v. Cornelius.
Chintila rex 494.
Cicero, M. cf. 268 et Tullius. cf. 784 sq.
Cicero, Q. 642.
Citherius rhetor 484[b]. cf. ad 393.
Claudianus 494[a. b]. 652. 759. cf. 742—760. 878—879.
Claudius 723.
(Columbanus cf. ad 676, 689.)
Cornelius Celsus 899.
Cornelius Gallus 242. cf. 914—917.
Coronatus v. cl. 223. 226. 228.
Cyprianus 689[b].

Damasus papa 720[b].
Domninus papa: ad 669.
Donatus 227.
Dracontius 874[a. b]. cf. ad 389.
Dynamius 786[a].
Epicurus cf. 873[e].
Euantius, Domnus 669.
Eucheria 390. cf. ad 728.
Euclerius comes 789.
Eugenius Toletanus cf. ad 658.
Euphorbius 504. 515. 526. 537. 548. 559. 570. 581. 592. 603. 626. 637.
Eusthenius 497. 508. 519. 542. 553. 564. 575. 586. 597. 608. 619. 630.
Favi(a)nus cf. Remius.
Faustus praef. I, XXVIII.
Flaccus cf. ad 709.
Flavius Felix v. cl. 254.
Felix v. cl. 210—214.
(Filocalus cf. ad 120.)
Florentinus 376.
Florus 87. 245—252.
(Fulbertus cf. 741.)
Gallienus imp. 711.
Germanicus Caesar 708. 709.
(Godefridus Remensis cf. 803.)
Hadrianus imp. 392—393(?). cf. 660. ad 708. ad 903.
Hieronymus cf. ad 802.
Hilarius Arelatensis 487.
Hilasius 506. 517. 528. 539. 550. 561. 572. 583. 594. 605. 616. 627.
(Hildebertus cf. 716 add. 786. 787.)
Honorius scholasticus 666.
Hosidius Geta 17.
Isidorus cf. ad 483 sq.
Iulianus 505. 516. 527. 538. 549. 560. 571. 582. 593. 604. 615. 638.
Iulius 890.
Iulius Caesar cf. ad 709. ad 889.
Lactantius 485[a]. cf. ad 286.
Laetus Avianus 925.
Laurentius 6[a].
Liberatus scholasticus 493.
Lindinus 28.
Lucanus cf. 485[e] et 668. cf. ad 286. 719[e]. 806.
Luxorius v. cl. et sp. 18. 37. 203. 287—375. praef. I, XXVII sq., ubi Lisorius. cf. ad 810.
Marcellus (Empiricus) cf. ad 719[e].
Marcus monachus 689[e].
Martialis 26. 275. 276. cf. 892.
(Matthaeus Vindocinensis cf. 786.)
Mavortius 10. 16.
Maximinus 499. 510. 521. 532. 543. 566. 577. 588. 599. 610. 621. 632.
Meleager 891.
Menander cf. 712.
Merobaudes vel Claudianus 878.
Modestinus 273.
Modestus 900.
Nemesianus cf. 883. 884.
Nero imp. cf. ad 392.
Octavianus v. inl. 20.
Octavianus Augustus 719[e]. (cf. ad 709).
Olybrius 772.
Ovidius 262. 269.
Ovidio tributa 1. 2. 634. 672[a]. 674. 682. 787.
Palladius 495. 518. 529. 540. 551. 562. 573. 584. 595. 606. 617. 628.
Parthenius presbyter 763[a].
Patricius 791. alius (vel Patritus) 941.
Paulinus Nolanus cf. ad 928.
Paulus Diaconus 481, 63. ad 709.
Paulus Quaestor 950, 5.
Pentadius 234. 235. 265—268.

Petronius Arbiter 218. 464—479. 650. 651. 690—699. (700—701?) (cf. ad 927.)
Petrus referendarius 380.
Phocas grammaticus urbis Romae 671.
Plato cf. ad 490. 716.
Plinius, C. Caecilius Secundus 710.
Pompilianus 498. 509. 520. 531. 554. 565. 576. 587. 598. 609. 620. 631.
Pomponius 719ª.
Ponnanus 274.
Porfirius 81.
Possidonius 950, 1.
Priscianus grammaticus (486) 679.
Probus (Aemilius) 783.
Propertius, Sextus 264.
Prosper 493ª.
Rabirius (?) 1.
Regianus 270—272.
Remius Favinus 486.
Reposianus 253.
Rufinus cf. 486. 732.
Ruricius 947.
Rusticius 785ᶜ. 948.
(Sedulius: cf. 491—493. 719ᵈ adn.)
Seneca 232. 236. 237. cf. 396 sqq. (667) 898. ad 911.
Severus Sanctus †ides . . Endelechius 893.
Sidonius Apollinaris cf. ad 391.
Sidonius subdiaconus 719ᶜ.
Silvius 689ª.
Sisebutus rex 483.
Sulpicius Carthaginiensis 653.
Sulpicius Lupercus Servasius Iunior 648. 649.
Symmachus 933.
Symphosius scholasticus 286.
Terentius cf. 487ᵉ.
Theodosius imp. cf. 724. 783.
Tiberianus 490. 719ᵇ. 809.
Traianus imp. ad 392.
Tuccianus 277. 278.
Tullius Marcus 901. cf. Cicero.
Tullius 481. — 772ᵇ. — 873ª.
Varro Atacinus 414.
Vergilio tribuuntur 160 cf. 161. 256—263 (de 262 cf. Ovidius). 637. 644—646. 673—674ª (675). 686. 760ª·ᵇ. 773—775. 812. 813. 950, 3. —
Vergilius commemoratur 1. 2. 158. 222 sq. 233. 242. 244. 255. 264. 507—518. 555—566. 591—602. 634. 653 sqq. 671 sq. 713. 717. 720ª. 725, 49. 735. 738. 740. 742, 4. 777 sq. 800.
Centones Vergiliani 7—18. 719. 719ª. cf. 686. 948.
Vergilius Scottus (?) 675.
Vespa 199.
Vestricius Spurinna 918—921.
Vitalis 500. 511. 522. 533. 544. 555. 578. 589. 600. 611. 622. 633.
Vitalis mimus 487ª.
Vomanius 503. 514. 525. 536. 547. 558. 569. 580. 591. 614. 625. 636.

II

INDEX CODICVM

saeculo XII antiquiorum, qui plus quam uno loco afferendi erant. Accedunt ex recentioribus pauci.

Ambrosianus D 48 inf. saec. X. c. 488. 676. 680.

Ambrosianus M 79 sup. s. XII. c. 639. 640. 664. 680ª.

Angelicanus V 3, 22 s. XI. c. 286. 493ª. 658. 664. 719ᵈ. 720ᵇ.

Antverpiensis 126 s. X. c. 268. 491—493ª. 494ᶜ. 719ᵈ.

Bellovacensis Bineti v. praef. I, XXXIII. II, 388.

Bernensis 109 s. X. 689ª. 719ᶠ.

Bernensis 165 s. IX. 1. 2. 672.

Bernensis 167 s. IX—X. 1. 2. 256 sq. 392. 634. 672.

Bernensis 172 s. X 1. 2. 634. 672.

Bernensis 184 s. IX—X 1. 2. 586. 630. 631. 634.

Bernensis 255 + 239 s. IX 1. 2. 634.

Bernensis 363 s. VIII. 485ᶜ. 487ᶜ.

Bernensis 441 s. IX 640. 680ª.

Bernensis 611 s. VIII—IX 481. 484.

Berolinensis Diezianus B 66 s. VIII—IX. 186—188. 388ª.

Berolinensis 107 Phillippicus 1711 s. XI c. 484, 1—9. 679.

Berolinensis 128 Phillippicus 1831 s. VIII—IX 394. 395. 487ᵈ. 488. 639. 640.

Berolinensis 131 Phillippicus 1869 s. IX 394. 395. 639. 640. 680ª.

Berolinensis 167 Phillippicus 1825 s. IX. 286. 481.

Berolinensis 180 Phillippicus 1694 s. XII—XIII. 787. 803.

Bodleianus auct. F 1, 16 s. X ex. 1. 507. 634. 641.

Mus. Britann. Regius 15 B 19 s. IX—X. c. 26. 256 sq. 286. 392—395. 492—493ᵇ. 605—8. 617. 639—641. 673—674ᵇ. 679. 680ª.

Mus. Britann. Add. 11983 s. XI—XII 392. 709.

Bruxellanus 1828—30 s. XI 658. 762.

Bruxellanus 5657—5662 s. X—XI 495—638 (exc. 634).

Bruxellanus 10615—10729 s. XII 26. 290. 760ª. ᵇ. 773—775. 777.

Cantabrigiensis Trinit. O 2, 24 s. XII. 494ᶜ. 678. 680. 786ᵇ.

Carolirubensis 36 F a. 850. c. 394. 395. 483. 484. 639. 640. 645. 664.

Carol. 167 s. IX c. 394. 395. 639. 640. 644—646. 676 678—680.

Carol. 217 s. IX—X c. 492—493. 719ᵈ.

Casanatensis B IV 18 s. IX 224. 232. 318.

Casinensis 320 s. X—XI 390. 494. 670.

Cheltenhamensis 21163 s. X 492, 1. 719ᵈ. 720ᵇ.

Coloniensis 168 s. IX—X c. 394. 395. 639.

Divionenses schedae cf. praef. I, XXXII.

Einsidlensis 266 s. X 485ª. 725. 726.
Einsidlensis 319 s. X—XI 394. 395. 488. 639. 640. 679. 680ª.
Einsidlensis 326 s. IX—X 485ᵇ. 641. 720ᵇ.
Erlangensis 840 s. XI 437. 438. 447.
Exeteranus 3507 s. X—XI 394. 395. 488. 615. 680. 689.
Gothanus I 75 s. VIII—IX 484. 492.
Gothanus 1047 s. XV 256. 630. 631. 674ª. 800. 833. 836. 843. 846. 847.
Guelferbytanus Gud. 132 s. X 486. 679.
Harleianus 3091 s. X 394. 395. 490ª. 639.
Harleianus 3685 s. XV 719ᵇ. 808—810.
Laurentianus Florent. 39, 23 s. XII—XIII 674ª. 740.
Lipsiensis I 74 s. IX—X 23. 31. 39. 97. 160. 256. 257. 259. 261. 276. 389. 481. 674. 950, 13.
Matritensis Tol. 14, 22 s. IX—X 658. 669. 727.
Matritensis nat. Ee 40 a. 1026: c. 484. 488. 645.
Mellicensis s. XI: 484. 641. 663. 672. 760ª.
Mettensis s. XI in.: 567—578. 591—602.
Monacensis 305 s. XII 1. 2. 160. 256. 392. 664. 672. 760ª. ᵇ.
Monacensis 6911 s. XIII—XIV 437. 438. 440. 447. 495—637. 720ᵇ. 804.
Monacensis 14505 s. XI 675. 762.
Monacensis 19413 c. s. XI. c. 1. 268. 762. 772ᵇ. Isidori in bibliotheca versus.
Oxoniensis S. Ioh. 18 s. XI 488. 676. 678. 680. 680ª. cf. Bodleianus.
cod. S. Oyan s. XI, cf. II, p. 372.
Palatinus Vatic. 487 s. IX 1. 394. 395. 494ᶜ, 22 sq. 495—590. 615—619. 672. 674ª. 720ª, 1—6.
Palatinus 1448 s. IX—X 394. 395. 639.
Palatinus 1753 s. IX—X 286. 719ª.
Parisinus 2772 s. X—XI 1. 2. 487ª. 490. 495—506. 516. 567—590. 638. 640. 672. 689ᵇ. 727.
Parisinus 2773 s. XI 286. 632. ad 658. ad 674. 680ª. 721. 738ª.
Parisinus 2832 s. IX 669. 689ᵇ.
Parisinus 3761 s. XIII 487ᶜ. 630. 631. 683. 786. 793—797. II, p. 391.
Parisinus 4883 A s. XI 181, 3. 488—490ª.
Parisinus 4887 s. XII 641. 644. 645. 647.
Parisinus 5543 s. IX 394. 395. 483. 639. 640.
Parisinus 5596 s. IX 286. 481.
Parisinus 6630 s. XIII 660. 667. 709.
Parisinus 7362 s. XIII 394. 488. 676. 680.
Parisinus 7533 s. X 483. 737.
Parisinus 7886 s. IX—X 394. 395. 639. 680.
Parisinus 7927 s. X 1. 2. 644—646. 672.
Parisinus 8069 s. X—XI cf. praef. I, XLI sq. II, p. 385.
Parisinus 8071 s. IX—XI (Thuaneus) cf. praef. I, XXXIV sq. II, p. 372.
Parisinus 8088 s. XI 286. 738ᵇ.

Parisin. 8093 s. IX (VIII?) 1. 2. 26. 160. 256. 257. 261. 495—561. 615—627. 630—632. 644—646. 669—672.
Parisinus 8094 s. XI 492—493ª. 670. 682.
Parisinus 8319 s. XI 286. 487ª. 491. 667. 683. 687. 720. 767. 768.
Parisinus 8440 s. X 286. 390. 658. 728—730.
Parisinus 9344 s. XI 1. 181. 392 (bis). 634. 672ª. 772.
Parisinus 9347 s. IX 491—493. 689ª. 716.
Parisinus 10318 s. VII—VIII (Salmasianus) 7—388.
Parisinus 12117 s. XI 486. 679. 741. 761.
Parisinus 13026 s. IX(—X) 392. 393. 507—518. 555—7. 641. 645. 717. 718.
Parisinus 16236 s. X—XI 672ª. 760ª.
Petropolitanus F 14, 1 s. VIII—IX 31, 2 post 160 (Anguis aper . . Sus iacet . .). 256. 286. 487ª. ᵇ.
cod. Reginae (vulgo Reginensis) Vatic. 123 s. XI 116. 117. 488. 639. 676. 680.
Regin. 215 s. VIII—IX 181, 3. 488—490ª. .679.
Regin. 300 s. XI 491—493. 716.
Regin. 421 s. XI 487ᵈ. 682. 685. 686. 689. 721. 738ª. ᵇ. Isidori in bibl. versus.
Regin. 438 s. X 640. 676. 678—680.
Regin. 1260 s. IX—X 483. 484. 676. 679.
Regin. 1414 s. XI 397—399. 487ª.
Regin. 1578 s. XI 487ª. 658.
Regin. 2078 s. IX(—X) 26. 256. 257. 286. 487ª. 492. 493. 669. 679.
Rehdigeranus Vratislav. I 6, 17 s. XIV—XV: 663. 760ª. ᵇ. 773—782 (exc. 779. 780).
Remensis 739 (743) s. XIII ex. 787. 796. 801—3.
Sangallensis 184 s. X—XI 394. 395. 488. 640. 688.
Sangallensis 250 s. IX 394. 395. 640. 679. 680. 688.
Sangallensis 251 s. IX 394. 395. 488. 639. 640. 680.
Sangallensis 273 s. IX 286. 495—550.
Sangallensis 397 s. IX med. 1. 26. 268. 394 sq. 488. 639. 640. 644—646. 664. 672ª. 688. 772ᵇ.
Sangallensis 450 s. IX 286. 488. 640. 680. 680ª.
Sangallensis 459 s. X 394 sq. 488. 639. 640. 676. 679.
Sangallensis 877 s. IX 487ª. 491. 684.
Sangallensis 878 s. XI 488. 665. 686. 689ª.
Sangallensis 899 s. X 31. 39. 160. 259. 261. 392. 641. 644—647. 664. 682. 685. 738ª. ᵇ. 950, 9; 10.
Turicensis 78 (451) s. IX 487ª. 495—590. 658. 664. 682—689ª. Isidori in bibliotheca versus.
Urbinas 290 s. XI, ex parte s. XIII 394. 395. 486. 488. 639. 640. 679.
Valentianus sive Valencenensis 145 s. XII: 647. 787.
Valentianus 330 bis s. X: 394. 395. 639. 640. 679. 680ª.
Valentianus 387 s. IX 390. 494.
Valentianus 389 s. IX ex. 1. 2. 507—518. 543—578. 603—614. 627. 631. 633. 634.

Digitized by Google

Valentianus 393 s. IX 487. 487[b]. 645. 647. 660—664. 679.
Valentianus 394 s. X 664. 727.
Valentianus 396 s. IX (XV) 687. 869.
Vallicellanus B 41 s. XI ex. 647. 667.
Vaticanus (cf. Palatinus, cod. Reginae, Urbinas).
Vaticanus 639 s. XI 83. 762. 772[b].
Vaticanus 644 s. X 394. 395. 488. 639. 640. 676. 678—680. 733. s. XI: 736. 741.
Vaticanus 645 s. IX 394. 395. 639.
Vaticanus 1575 s. XI: 1. 2. 242. 256. 257. 495—517. 672.
Vaticanus 2809 s. XI: 742. 748—753. 759.
Vaticanus 3252 (Bembinus) s. IX: 1. 2. 160. 256. 257. 644—646. 672.
Vaticanus 4493 s. X: 629. 633. 679.
Vaticanus 9135 s. XVII: 665. 680[a]. 743—749. 751—753[a].
Venetus Bessar. 497 s. XII 631. 790[a].
Veronensis 163 s. IX in. 485[a]. 494[a. b].
Vindobonensis 113 s. X 507—518. 672.
Vindobonensis 2521 s. XII 392. 393. 437. 438. 447. ad 677. 709. 716. 786.
Vossianus Leidensis fol. 111 s. IX: 1. 2. 639—657[c] (exc. 646). cf. 672.
Vossianus q. 33 s. X 26. 392. 393. 484. 485[a]. 486. 627. 645. 658. 664. 727, 15—22. 732.
Vossianus q. 69 s. X 390. 494. 670.
Vossianus q. 86 s. IX cf. praef. I, XXXVII sq. Praeterea insunt c. 26. 639. 641. 645.
Vossianus oct. 15 s. XI 645. 680. 761.
Vossianus oct. 96 s. XV 645. 760[a. b].

III

INITIA CARMINVM

Ablatus mihi Crispus 445.
Accensa in Venerem 35.
Accusas proprios cur 343.
Accusare et amare 701.
Acidos haec cernis 886.
Ad Boreae partes 679.
Ad cenam saturum p. 391.
Ad cenam Varus 796.
Adeste Musae maximi 635.
Ad fora pictoris 807.
Adludunt pavidi 238[a].
Ad Turnum propere 599.
Aedibus in nostris volitans 106.
Aeneas et Amor 805.
Aeneas primo Libycis 1.
Aeolus inmittit ventos 591.
Aere cavo falsam 282.
Aërio victus dependet 173.
Aeris fulgiduli nitens 355.
Aestatis Maius 864.
Ales dum madidis 810.
Ales virgo leo crevit 180.
Alma Venus [quondam] 874[b].
Almo Theon Thyrsis 393.
Alter Niliaco tumulo 454.
Amare liceat si potiri 712.

Ambitur gemini 873ª.
Amisit proprias vacuato 225.
Amnis ibat inter herbas 809.
Amnis iter plaustro 539.
Amphitheatralem podium 373.
Amphitheatrales mirantur 346.
Andromacham atque Helenam 310.
Angelus adloquitur 879.
Anguis aper iuvenis *ad* 160.
Ante bonam Venerem 271.
Ante dies multos nisi 459.
Ante rates Siculo 440.
Ante suum gremium 688.
Anxiam interea plebem 719ᶜ.
Apparet mendax inlimi 523.
Apros et capreas 307.
[A]quales ego mane 84.
Ardet amore gravi 594.
Ardet amore sui 146.
Ardua montanos inter 350.
Arma tuli quondam 845.
Arma virumque canit *in* 653. 654.
Armorum virtute potens 840.
Arretine calix, mensis 259.
Artatur niveus 490ª.
Artis opisque tuae 8.
A silvis ad agros 514.
Aspera diverso lassatur 223.
Aspera dum quaterent 254.
Aspice fulgentis tectis 119.
Aspice si Thomarim *ad* 859.
Aspice ut insignis vacua 13.
Augustine, tonans 493ᵇ.
Aurea concordi quae fulgent 390.
Aurea mala mihi 218.
Aurea matronas claudit 101.
Auro quid melius? iaspis 799.
Aurora Oceanum croceo 579.
Aurum quod nigri 719ᵇ.
Ausoniis numquam tellus 419.
Ausus post veteres tuis 287.
Aut Asia aut Europa 403.
Aut hoc risit Amor 85.
Bacche, vitium repertor 245.
Baiarum dum forte 873ᵇ.
Barbara praeruptis 237.
Barbati pecoris 187.
Basia coniugibus 681.
Bella die noctuque 341.
Bellerophon superans 97.
Bellipotens Mavors 272.
Bis deni binique 680ª.
Bis sena mensum 680.
Bis sex signiferae 678.
Blanditias fera mors 81.
Blandum mellis opus 231.
Boletos solus 950, 13.
Bucolica Ausonio 557.
Bucolica expressi 515.
Caballina furens 130.
Caeca profanatas 689ᶜ.
Caeduntur rastris veteris 100.
Caesar ad imperium 848.
Caesareos toto referens 854.
Caesaris a .. ap .. I.
Caesaris ad valvas 877.
Callidus Afer eris 901.
Calliope madido 285ª.
Candida iam nostris 728.
Candida per silvas 9.
Candida Phoebeo praefulgent 132.
Candida sidereis ardescunt 217.
Candida sidereo fulgebat 20.
Cantica gignit amor 277.
(Capricorni sidere frigens *cf.* 864.)
Captus amante puer 72.
Carmina mortifero 412.
Carmina si fuerint 675.
Carmina Vergilii *adn.* 507.
Carmina Vergilius 653.
Carmine bucolico nitui 566.
Carmine dulcis olor 59.
Carminibus pecudes 510.
Carminis Iliaci libros 222.

Carminum interpres 294.
Carpit blanda suis 116.
Castellane sorex 205.
Causidicus pauper 148.
Cauta nimis spinam 371.
Cauta quidem genetrix 118.
Cecropias noctes 904.
Cedite Romani 264.
Cerne Arabem Myrrham 923.
Cerne hic ora sacri 846.
Cervus aper coluber 391.
Cessit Lyaei sacra fama 360.
Cherule tu cenas II p. 391.
Chrysocome gladium 267.
Circus imago poli 197.
Clara sub aethereis 545.
Clarus inoffenso 638.
Claudius egregie vixit 853.
Clio gesta canens 664.
Clio saecla retro 88.
Cogitat Vrsidius 875.
Cogitur Aeneas 592.
Collibitum est nobis 485.
Collis sum collisque fui 685.
Collisi silicis 943.
Conditus hic ego sum 518.
Coniugis arte decus patriae 47.
Conlatum vitae 689.
Conpedibus nexi quidam 339.
Conponis fatuis dum pueris 316.
Conquerar an sileam 794.
Conspicua primum specie 729.
Constructas inter moles 369.
Consules fiunt quotannis 252.
Contentus modico tectique 838.
Conubii bellique deas 163.
(Conveniunt subito cuncti 687.)
Convivae, tetricas 719f.
Corduba me genuit 485e. 668.
Corduba solve comas 409.
Corniger in primis Aries 622.
Cor non laudo hominis 902.
Corpore par querulis 296.
Corpus in hoc tumulo 604.
Corsica Phocaico tellus 236.
Cras amet qui numquam 200.
Crede prius veniens 378.
Crede ratem ventis 268.
Credita virgo parem 43.
Credite victuras anima 487b.
Cresciture ferox 207.
Crevit ad ornatum 320.
Crinibus ambrosiis 283.
Crispe meae vires 405.
Cui dedit hirsutus nomen 833.
Cui pater amnis erat 265.
Cum cretam sumit 436.
Cum famulis telisque 342.
Cum foderet gladio 787.
Cum mea me mater 786.
Cum nemus omne suo 884.
Cum patrem et patrios 924.
Cum possis parvo sumptu 103.
Cumque serenifluo 241.
Cum radiis imbres et 552.
Cum saltas misero Gattula 361.
Cum sua cornua 772.
Cum sol ardentes radios 544.
Cum te Barbati referas 156.
Cum te diversis 689b.
Cum te mortalem 873e.
Cum tetigit nubes 548.
Cura labor meritum 667.
Cur differs mea lux 460.
Cur mihi fons 949.
Cygneas genitor 141.
Cypris †candenti 356.
Dalmatiane, iugi 723a.
Da sensus mihi Phoebe 27.
Dat Veneri malum 166.
Dea sancta Tellus 5.
Dedecus o iuvenum 255.
Defensor patriae 631.
Defensor probe tristium 149.
Defleram iuvenis tristi 760a.
Defugiens pontum silvas 151.
Deidamia virum qua 53.
Delectat variis infundere 124.

Digitized by Google

Delos iam stabili 707.
Demetrium Antigoni 855ª.
Dente perit Lycabas 905.
De numero vatum 740.
Desidiam nolis, sed nec 926.
Desine Troia tuos 162.
Dicite cum melius 873ᶜ.
Dicite qui colitis 4.
Dic mihi, parve puer 808.
Dic quid agis, formosa 24.
Dictantes Medici 899.
Diligit informes 329.
Diogenem meretrix 374.
Dira patet Iani 394.
Dirum Iocasta nefas 74.
Disce pium facinus 325.
Disciplinarum esse hominem 365.
Discipulis cunctis 494.
Discipulum medicus 159.
Discite securos non 253.
Discolor aetheriis apparet 546.
Discolor ancipiti sub 192.
Discrimen vitae ludit 167.
Dispersit remeans 168.
Dissona vox hominis 730.
Distincxi emendans 3.
Diva potens nemorum 950, 12.
Diversis iuvenes Asia 456.
Divitias grandesque epulas 321.
Docta manus saevis 334.
Doctiloqui carmen 717.
Doctrinae antistes 612.
Doctus Apollineo 114.
Donatistarum crudeli 484ª.
Dulce malum Siren 494ª.
(Dulce sopor fessis. *cf.* 798ª.)
Dulces Vestricii iocos 918.
Dulcia non meruit 785ª.
Dulcis amica veni 762.
Dum bibis solus pateras 311.
Dum dubitat natura 263.
Dum mundum natura 389.
Dum non laeta fuit 873ᵈ.
Dum putat esse parem 39.
Dumque colorati 950, 6.
Dum sis patris heres 191.
Dux Aries et frons 619.
Dux gregis et placidum 625.
Effigies liquido resp. 528.
Effingit species pur. 529.
Ego haec, ego arte 774.
Ego nata duos patres 481. II p. 376.
Egregium forma iuvenem 15.
Eloquio princeps, magnis 613.
Eminet impletus 176.
En adsum Caesar 850.
En dat aperturam 673.
(En silvis caesa *add.* 388ª.)
Ergone supremis potuit 672.
Esset causidici si par 340.
Esse tibi videor demens 431.
Est et Non cuncti 645.
Est locus in primo felix 485ª.
Est mihi rus parvum 433.
Esto nunc sol testis 17.
Est ubi non imber 798ª.
Et fugis et culpas II p. 391.
Et genus et nomen 843.
Et raucos timuit 950, 2.
Et tetracem, Romae 883.
Euphrates ortus, Rhenus 421.
Excedunt cunctos hi 785.
Excipit ingentem 384.
Exacti species viri 295.
Eximius Perdicca 220.
Ex oriente die noctis 182.
Exoritur Phoebus 585.
Exprimit oppositas 522.
Extat causa mali 165.
Extollit celsas 304.
Extulit Oceano 581.
Exultent Apono 36.
Exurgens Chelas 677.
Fabula constituit 867.
Faex Garamantarum 183.
Fallunt nos oculi 650.
Fata per humanas 406.
Fave sancta deum 919.

Digitized by Google

Fausta novum domini 120.
Fecit amore viam 48.
Felices illos qui te gen. 381.
Felix marinis alitibus 305.
Feltria perpetuo nivium 889.
Femineo geminum 107.
Fert miseranda caput 45.
Fervidus axe Pelops 67.
Filia Solis 732.
Filius Aurorae 189.
Fingis superbum quod 315.
Flammea perspicuis 122.
Flecte truces animos 505.
Flexilis obliquo 139.
Flora venit. quae Flora? 747.
Flore solum vario 578.
Flumina verna cient 642.
Foeda est in coitu 700.
Fonte lavat genitor 688.
Fonte repulsatur 530.
Fontibus in liquidis parvum 772b.
Fontibus in liquidis simplex 527.
Fontis aquae reddunt 521.
Forma meae catulae 359.
Forma repercussus 525.
Formas pura refert 520.
Formosa es, fateor 446.
Formosissima Lai 892.
Formula vivendi II p. 182.
Forte erat Aurorae 746.
Forte iacebat Amor 273.
Fortiter in vita 944.
Fortunae et virtutis 933.
Fraude carete graves 496.
Frigoribus pulsis 568.
Frondibus et membris 172.
Fulgens Eunomia 768.
Fulget et in patinis 152.
Fulget honorifico 117.
Fundit et haurit aquas 284.
Funera Lemniadum 65.
Funere turbat equos 57.
Garrula quod totis 452.
Gaudeo quod me nimis 326.
Germanos domui Caesar 849.
Gillo vomit gelidum 136.
Gorgoneos vultus 338.
Graecia bellorum 447.
Graecinum virgo 797.
Graecule consueta 127.
Graiugenas acies 861.
Gramineo, formose 950, 10.
Grata voluptatis 353.
Gratia magna tibi 79.
Hactenus me intra vurgam 19.
Haec ait et tremulo 475.
Haec Augustini ex sacris 493a.
Haec pictura docet 761.
Haec poterant celeres 133.
Haec quoque Symphosius 286.
Haec tibi, Vergili 561.
Haec urbem circa 417.
Hanc puto de proprio 366.
Hannibalem et longos 945, 2.
Has acies bello similes 82.
Heia, viri, nostrum 388a.
Hermes cunctorum thalamos 337.
Hesperie lateri 704.
Heu dolor! est magnis 345.
Heu misera in nimios 649.
Hic Cytherea tuo 202.
Hic data Vergilio 516.
Hic est ille suis 266.
Hic est qui vitam 836.
Hic gemini fratres 661.
Hic iacet Arpinas 603.
Hic Iani mensis sacer 395.
Hic nova qui celsae 832.
Hic posuit cineres 670.
Hic quem cernis Athos 461.
Hic specular renitens 950, 1.
Hic ubi Baiarum 110.
Hic ubi conspicuis 210.
Hildirici regis fulget 203.
Hinc crux sancta 379.
Hinc est quod populus 927.
His constat Veneri 134.
His contempta deum 135.
Hispidus tota facie 358.

Digitized by Google

Historias primo 664ª.
Hoc iacet in tumulo 556.
Hoc opus egregium 724.
Hoc sibi lusit opus 703.
Horrida cornuto 195.
Hortis Hesperidum 885.
Hortus erat Veneris 86.
Hortus quo faciles 332.
Hos ego versiculos 257.
Huc mihi vos largo 710.
Humor alit segetem 260.
Hunc ego, o iuvenes, locum 775.
Hunc quem nigra gerit 150.
Hunc quis non credat 349.
Iam libet ad lusus 429.
Iam mulier sibi 223ª.
Iam nitidum tumidis 238.
Iam nunc ardentes 465.
Icarus et Phaethon 324.
Ictu non potuit 398.
Iectofian prasino 328.
Igne canens belli 844.
Igne salutifero 347.
Igniculus tenuis 185.
Ilion in medium 367.
Ille ego Pannoniis 660.
Ille ego sum, patriam 842.
Ille hic magnanimus 847.
Illic alternis depugnat 477.
Imbriferas nubes 547.
In causa Hippolyti 688.
Incertum ex certo 109.
Incestum si promiseris 280.
Inclita Torquatae 835.
Inclitus hic Cicero est 614.
Indica materies 194.
Indica purpureo 691.
Indoctus teneram 96.
Infantem Nymphae 891.
Infundit nostris Titan 123.
Ingrati nebulae 921.
In gremio Veneris 34.
Inguine suspensam 137.
Inicio Furias 504.
In Macetum campis 855.
In medio generata salo 154.
Inmensi soricis 375.
In parte alveoli 193.
In parvo magnas 377.
In primis te, sponse 742.
Inprobe distractor 161.
Inputat aegra toris 60.
Insanus vobis videor 434.
In Siculas iterum 595.
Insomnem philomela 658, 3.
In spatio Veneris 115.
Inter Amazonidas 860.
Inter 'eils' goticum 285.
Inter praecipuas 786ª.
Intertexta rosa 705.
Invadunt post terga 385.
Inveniat quod quisque 464.
Invenit proprios 145.
Inventa est ferro 93.
Invictus constans 764.
Invictum victis 397.
Invisus tibi sum 416.
Ipse manu patiens 7.
Irasci victos 498.
Iris habet varios 553.
Isi, o fruge nova 743.
Ite agite, o iuvenes 711.
Ite verecundo 22.
Iudaeus licet et porcinum 696.
Iudicium Paridis 40.
Iunxit magnorum 438.
Iuppiter astra, fretum 793.
Iuppiter in caelis 813.
Iuratum tibi me 450.
Iurgia conflat amor 76.
Iussa manus sacri 399.
Iusserat haec rapidis *ad* 653.
Iustius invidia 485ᵇ.
Lambere nascentis 331.
Laniger astrorum 618.
Lanigeri ductor 623.
Laucontem gemini 99.
Lecto compositus 698.
Ledaei partus 142.
Lenaee vitisator 751.
Lenaeos latices 186.

Lenta paludigenam 94.
Libera non hostem 422.
Libra vel as ex unciolis (741).
Lictorem pro rege 155.
Linea constricto 29.
Lingua brevis, brevitate 790.
Linque tuas sedes 469.
Littera Pythagorae 632.
Littera rem gestam 663.
Litore diverso 413.
Litus harenosum 12.
Livor tabificum 636.
Luce repentina 554.
Lucifer annorum 352.
Lucifer exoritur 801.
Luciola effigies 684.
Lucis egenus, viduae 357.
Ludere sueta vadis 153.
Ludis nec superas 323.
Ludit cum multis 333.
Ludite securi quibus 499.
Lumina colla genae 795.
Luna decus mundi 723.
Lusori cupido 501.
Lusuri nummos 497.
Lutea fulgebat 584.
Lux festa sacris 928.
Lux mea puniceum 715.
Lux mundi laeta 6a.
Maeonio vati 713.
Maeonium quisquis 674a.
Magne, premis Libyam 400.
Magni animi Caesar 855c.
Magnus Alexander bellisque 862.
Magnus Alexander sum 855b.
Maiorum similis 772a.
Mandris notus olim 386.
Mantua, da veniam 233.
Mantua mi patria est 511.
Marcus amans puerum 760.
Marcus eram Cicero 607.
Marmoreo Licinus 414.
Mars gravis armorum 937.
Mars pater armorum 749.
Mars pater et nostrae 424.
Martia progenies 708.
Martis aper genitus 292.
Mascula femineo 111.
Mater me genuit 286, 318.
(Matris amor deliciumque 916.)
Matronam magni vehit 939.
Maxima civilis belli 404.
Medeam fertur natos 228.
Me legat annales 676.
Me legat antiquas 737.
Memnonis ut genetrix 587.
Me nive candenti 706.
Mensa coloratis 748.
Mens tibi dira, Creon 52.
Mens, ubi amaris ama 78.
Mentitus taurum Europam 144.
Mergitur Hippolytus 688.
Militiae cultus et 128.
Militis in galea 695.
Mille hominum species 950, 8.
Mille post annos quater 934.
Mirifico nubes 549.
Mitte, aquila, hunc 895.
Moles tanta tibi 138.
Mollior in tactu 657b.
Monstrorum princeps 196.
Monstrum feminei 317.
Monte sub hoc lapidum 261.
Mordaces morsu 181.
Moribus et vultu 224.
Mortua fit praedo 226.
Musica contingens 113.
Nam citius flammas 476.
Nam nihil est quod non 470.
Natus in excelsis tectis 487c.
Naufragus eiecta 692.
Nectareo muro 753.
Nec Veneris nec tu vini 633.
Nec volo me summis 276.
Ne mirere sacri 432.
Ne, quaeso, ne me ad 16a.
Nereides freta sic 674b.
(. Nescio quid fugiente 655.)
Nescio quo stimulante 451.

Nil mihi mors faciet 80.
Nilus quam riguis 372.
Ninus ab Assyriis 856.
Nobilis atque insons 92.
Nobilis insultat 211.
Nobilis et magno 669.
Nocte pluit tota 256.
Nolo ego semper idem 467.
Nomen amicitiae 77.
Nominis et formae 190.
Non est (falleris) haec 444.
Non est forma satis 479.
(Non fuit Arsacidum 914.)
Non redit in florem 25.
Non satis est quod nos 472.
Non sine mors gemitu 798ª.
Non tibi vina placent 745.
Nox abit astrifero 583.
Nubigenae iuvenis 621.
Nubila cum Phoebus 551.
Nullum opus exurgit 418.
Nullus ubique potest 503.
Nunc vos potentes omnes 6.
Nuntia Iunonis 550.
Nymfius aeterno 722.
O blandos oculos 714.
Occidere simul Cascae 457.
Occisum iugulum 396.
Occisis proprium pars 601.
(Occurris cum mane 915.)
O Fortuna potens 629.
Olim dives eras II p. 391.
O litus vita 474.
Omne genus mali 171.
Omne quidem nimium 950,11.
Omne quod natura 648.
Omnia casus agit 38.
Omnia quae miseras 694.
Omnia quae poscis 91.
Omnia quae sensu 652.
Omnia sunt bona 489.
Omnia tempus edax 232.
Omnipotens annosa 490.
Omnipotens genitor 719.
Omnipotens, vis trina 689ª.
Omnis mulier intra pectus 246.
O pater omnipotens 789.
Opponis frustra rapidum 425.
Opprimit insontes 102.
Oppressit Nemeae 627.
Optimus est, Cleobulus ait 882.
Orbita signat iter 537.
Ordine mortis eunt 62.
Ore leo tergoque caper 98.
Orgia lassato 32.
O sacros vultus 430.
O vetustatis memoranda 671.
Ovorum copiosa phalanx 227.
Pallas tota Iovis 278.
Pallia nota fovet 73.
Pallida mole sub hac 776.
Pande manum genetrix 201.
Pandite nunc Helicona 11.
Pan tibi, Phoebe tibi 887.
(Parce, precor, virgo toties 803.)
Parce, puer, si forte tuas 812.
Parce rapax epulis 206.
Pars tibi, Nise, datur 258.
Parvula quod lusit 90.
Parvula securo tegitur 471.
Parvula succinctis 179.
Parvus nobilium 289.
Pascua rusque canens *add. ad* 507.
Pascasium aurigam 327.
Pastor arator eques 800.
Pastores cecini 517.
Pastorum Musam 720ª.
Pastorum vates 513.
Patria diverso 455.
Pelides ego sum 630.
Perfida nox Danai 58.
Perna lepus turtur 230.
Pervixi: neque enim 474ª.
Pes est spondius 480.
Petroni carmen divino 890.
Phoeba sedens gremio 33.
Phoebe, fave coeptis 804.
Phoebus me in somnis 30.
Pica hominum voces 370.
Picta fuit quondam 274.

Pictus acu tunicas 10.
Pieridum columen 494ᵇ.
Pinge precor pictor 23.
Pingitur ora Venus 61.
Placat busta patris 177.
Placat et uxoris 600.
Plaustra boves ducunt 540.
Plaustra viam carpunt 542.
Plena deo, moderata animo 767.
Plurima mira malum 791.
Pompeius totum 402.
Pondera Paeoniis 486.
Pondere detracto 300.
Ponite mature 506.
Porcius octophoro 865.
Post casum Troiae 593.
Post mille amplexus 382.
Postquam fixa solo 920.
Postquam militia 871.
Post tot repleta busta 309.
Praecedis, Vico, nec 336.
Praecelso exspectabili 946.
Praecisae silicis 131.
Praemia magna Dolon 63.
Praeteriens hominum 662.
Praevia flammiferi 588.
(Praxitelis Venerem 894.)
Prima Cleonaei tol. 641.
Prima dies Phoebi 488.
Prima mihi Musa 555.
Prima sonat quartae 738ᵃ.
Primus adest Aries Taurusque 615.
Primus ego Ausonio 562.
Primus habet Libycam 634.
Primus habet pelagique 672ᵃ.
Primus, Iane, tibi 665.
Primus in Ausonios 945.
Primus in orbe deos 466.
Primus Romanas 639.
Principium cui sola 785ᵇ.
Principium Iani 640.
Principium signis 624.
Principium vitae 922.
Priscos cum haberes 288.
Priscos Luxori 37.
Prodentem ducibus 174.
Prodita prole parens 70.
Proditor est Helles 616.
Prole viro regnoque 105.
Proles vera dei 878.
Pro pietate nefas 44.
Proponit primus liber 806.
Publica qui celsis 213.
Pulchra comis annisque 674.
Pulcinus milvo 869ᵃ.
Pulcrior et nivei 364.
Purpura iuridicis 874ᵃ.
Purpureos flores 575.
(Quadam nocte Niger 727.)
Quaedam me (si credis) 435.
Quae dedit ipsa tulit 51.
Quae manus hos anim. 243.
Quae mihi, sancte, dabit 851.
(Quaenam haec forma? dei 896.)
Quae solita est ferre unda 535.
Qualem, Flacce, velim 275.
Qualem te pictor 312.
quales ego *cf.* A quales ego.
Qualis bucolicis 2.
Qualiter intacta processit 380.
Quam late vestros 401.
Quam melior, Neptune 348.
Quamvis ab Aurora 293.
Quando ponebam novellas 248.
Quantum ego claruerim 859.
Quantum fata valent 858.
Quantum tres Priami 344.
Qua puppes ibant 538.
Qua ratis egit iter 531.
Quas modo plaustra premunt 533.
Quattuor a quadro 484.
Qua venit Ausonias 876.
Quem natura marem 108.
(Quicquid formosum 895ᵃ.)
Quicquid Romani 950, 7.
Quicumque in libris 606.
Quidam concubitu 368.
Quid faciat laetas 2.

Digitized by Google

Quid facis ut pretium 362.
Quid iuvat imperio 837.
Quidnam solivagus 893.
Quid prodest Martis 129.
Quid saevis, Cypare? 439.
Quid tacitus Mystes 726.
Quid tibi, mors, faciam 487ª.
Qui dubias artes 925.
Qui fuit en patriae 834.
Qui mali sunt, non fuere 249.
Qui modica pelagus 738.
Qui non vult properare 478.
Qui pastorali 560.
Qui pecudes, qui rura 509.
Qui deus has incendit 270.
Quis deus hoc medium 866.
Qui silvas et agros 512.
Quis me fervor agit 240.
Qui splendere cupis 744.
Quisque gravas lacrimis 484ᵇ.
Quisquis adhuc nondum 437.
Quisquis ad ista moves 831.
Quisquis amat dictis 487ᵈ.
Quisquis Cecropias 411.
Quisquis Cumani 121.
Quisquis es (et nomen) 410.
Quisquis es, extremi 564.
Quis volucrum species 733.
Qui tenet eloquii 609.
Quod bibis [et] totum 363.
Quod cernis, dicor 738ᵇ.
Quod cernunt oculi 942.
Quod natum Phoebus 719ᵉ.
Quod te pallidulum 302.
Quod tua mille domus 443.
Quo festinus abis 303.
Quo fugis, Encelade II p. 384.
Quos paribus nutrix 936.
Raptus aquator Hylas 69.
Rauca sonora 739.
Reddita post longum 330.
Redditur effigies 519.
Regia festa canam 376.
Regia praeclaras 212.
Regius est Abcar 209.
Relliquias Danaum 71.
Res eadem adsidue 234.
(Respicis Apriles *cf.* 640)
Rex Hunerix, manifesta 387.
Roma labore vigil 870.
Romani princeps 611.
Roma, tibi ambiguum 900.
Romuleum Sicula 559.
Romulidum ductor 719ᵈ.
Roscida puniceo 580.
Rure morans quid agam 26.
Rustice lustrivage 682.
Rutilo decens capillo 298.
Sacratum Phoebo Cum. 596.
Saepius futuis nimisque 297.
Salve, magne pater 811.
[Sancta] poli domina 750.
Sancta probis pax est 502.
Sancto Ruricius 947.
Sanguine Cinyphio 188.
Sanguine flos genitus 50.
Sanguine muta probat 64.
Saxa premunt Licinum 414ª.
Scribere me voces 762, 45.
Sedulius Christi 492.
Sedulius domini 493.
Semita fit plaustro 536.
Semota et vasto 426.
Semper munditias 458.
Se Narcissus amat 219.
Sentio, fugit hiems 235.
Septa micant spinis 169.
Sera dedit Phoebo 932.
Serranum Vegetumque 428.
Servandum spurcum 204.
Sicanius vates silvis 563.
Sic Apollo, deinde Liber 247.
Sic contra rerum 690.
Sic est Maecenas 760ᵇ.
Sic et ames, mea lux 427.
Sic et membra solent 473.
Sic fugiens dux 790ª.
Sicine componis 463.
Sic me custodi 453.
Sic mihi sit frater 441.
Sic tibi florentes 216.
Sic tua semper ames 83.

Digitized by Google

Sic tua sit quamcunque 448.
Sidera deinde canit 654.
Si fontis brevis unda 666.
Signifer aethereus 798.
Signorum princeps 617.
Silvas rura acies *add. ad* 507.
Si me retro legis 656—657ᵉ.
Si novus a Iani 761ᵃ.
Sint tibi deliciae 157.
Si Phoebi soror es 693.
Si quis habens nummos 500.
Si quis hoc nostro 290.
Si quotiens peccant 262.
Sirenes varios 637.
Sit nox illa diu 699.
Si vere exurunt ignes 487.
Sol calet igne meo 221.
Sole recens orto 950, 3.
Solon praecipuus 351.
Sol oriens currusque 586.
Sol qui terrarum 18.
Solus habes aquila 850.
Somnia quae mentes 651.
Sortitos celsis 786ᵇ.
Spectantis faciem 526.
Sperne lucrum: versat 495.
Sperne mores transmarinos 250.
Spes fallax, spes dulce 415.
Spes ratio via vita 689ᵃ.
Spicula curvato 950, 9.
Squameus anguis erat 66.
Stamine resplendens 759.
Stat domus exerrans 383.
Stat duplex nullo 89.
Stat similis auro 170.
Stertis anhelanti 318.
Stirpe negata 322.
Stridula musca volans *ad* 674.
Stuppea suppositis 112.
Suave tibi nomen 753.
Subduxit morti 158.
(Subrides si, virgo 917.)
Sume sacer meritis 491.
Sum genus Aeneadum 863.
Sum noctis socia 658.
Surgit ab Oceano 590.
Sus iuvenis serpens 160.
Suspirat propriae 147.
Sustinet unda rotam 532.
Tam malum est habere 251.
Tandem deveniunt 597.
Tartaream in sedem 950, 5.
Tautane, infamem 208.
Tecta novem Phoebi 126.
Tectum augustum ingens 16.
Te cuperet Phoebus 873.
Te, formose Mida 725.
Telephus excellens 184.
Tempore qui laeto 931.
Tempore quo medio 763ᵃ.
Temporibus laetis 242.
Tempus adest. facias 945, 3.
Te quotiens victum 306.
Ter binos deciesque 647.
Terga bovis credens 143.
Ter quinos animo 785ᵉ.
. . terramque impresso 950, 4.
Ter ternae varias 199.
Te stola ne dubium 857.
Tethya marmoreo 720.
Te vigilans oculis 702.
Thaumantis proles 543.
Thesea magnanimum 54.
Thessalici proceres 940.
Thrax puer adstricto 709.
Threicius quondam vates 628.
Tibi cum non sit diei 299.
Tithoni coniunx 582.
Tityre, te Latio cecinit 558.
Tityre, tu fido recubans 720ᵇ.
Tityre, tu patulae 719ᵃ.
Tityron ac segetes 507.
Tityrus agresti 2.
Tranquillo nymfae 214.
Tres sumus ecce deae 863ᵃ.
Tres sunt fatales 792.
Tristia fata tui 778.
Troianis Rutulisque 602.
Tu forte in lucis 483.
Tullius Arpinas 608.
Tullius Hesperios 784.

Digitized by Google

Tullius hic situs est 610.
Tu primus Libycum 841.
Tura piper vestes II p. 391.
Turgida sum moriens 229.
Turne spes Italum 244.
Turnus honore ruit 46.
Turpia tot tumulo 319.
Vade, liber, nostri 783.
Vana velut cautae 198.
Vandalirice potens 215.
Vate Syracosio 777.
Vectum Pegaseo 388.
Velleris aurati fulget 626.
Venatori oculos 335.
Venator iucunde nimis 354.
Venerat Eoum quatiens 462.
Venerunt aliquando rosae 87.
Ver aestas autumnus *ad* 864.
Ver agros gemmis 574.
Vere gravis fundit 571.
Vere novis laeto 572.
Vere novo florebat 941.
Ver erat et blando 646.
Vere rosa, pomis autumno 773.
Vere sinum tellus 567.
Vere tepet picto 576.
Vere Venus gaudet 570.
Vergilium vatem 948.
Vergilius iacet hic 508.
Vergilius magno quantum 1.
Vergilius mihi nomen 565.
Veris honos tepidi 577.
Verna clausas inter 291.
Ver pingit vario 569.
Ver placidum vario 573.
Verrit tetra boum 104.
Versibus egregiis 764ª.
Verticis et thalami 164.
Verum, fama, tibi 313.
Victa prius [nulli] 420.
Victe pudor, compone 279.
Vidi hominem pendere 281.
Vidit ut Aeneas 598.
Vim Diomedis equi 41.
Vince mero curas 449.
Vincere falsa pudor 75.
Vindicat ipsa suos 31.
Vir bonus et sapiens 644.
Vir fuit iste ferox 839.
Vir magnus bello 1.
Virginis insano 912.
Virgo parens hac luce 494ᶜ.
Virgo quam Phlegethon 301.
Viribus Herculeis 55.
Vitam vivere si cupis 28.
Vita opibus tenuis 178.
Vive et amicitias omnes 408.
Vive et amicitias regum 407.
Vivere post obitum 721.
Vix Aurora suo 589.
Vltima cingebat 423.
Vna est nobilitas 697.
Vna salus homini est 175.
Vnda capax ratium 541.
Vnda quieta refert 524.
Vnda rotam patitur 534.
Vndarum rector 718.
Vnde redit fulgor 21.
Vngues Mercurio 643.
Vnicus Euryalus 49.
Vnicus orator 605.
Volve tuos oculos 855ᵈ.
Vrbs quae tantum alias 686.
Vritur igne suo 56.
Vt belli sonuere tubae 392.
Vt devota piis 95.
Vtendum est aetate 269.
Vtilibus monitis 716.
Vtilis es nulli 929.
Vt placidus noctu 935.
Vtraque fecundo 752.
Vt Venus in terris 938.
Vulnera saevus aper 68.
Vulneris inpatiens 14.
Vulpe salitur ovis 802.
Vxor legitimus 468.
Xerses magnus adest 239.
Xerses magnus adest 442.
Zeleris nimium cur 314.
Zelo [agitas] plures 308.

Digitized by Google

ل

Digitized by Google

UNIVERSITY OF CALIFORNIA, LOS ANGELES
LIBRARY
UNIVERSITY RESEARCH LIBRARY
LOS ANGELES, CALIFORNIA

All books may be recalled after 7 days
Renew by phone

DEC 15 2006